Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Acta Synodi Nationalis

https://hdl.handle.net/1874/278734

Aevum recens
Scripta varii arg.
No. 10

Hs.
6 G 5

457 *(Var. 10.) Charta. fol. 388 pp. Saec. XVII.*

Acta Synodi nationalis breviter conscripta a Theodoro Heyngio Seniori (Ecclesiae Amstelodamensis), ad eandem Synodum deputato. Dordraci. Anno 1618 et 1619.

Fuit Joannis Heyngii (1625); Jod. Heringa E fil. — Vid. de hoc ms. Archief voor kerkel. geschiedenis, III (1831), p. 538, 545 sqq.; V (1834), p. 61 sqq.

Acta

Synodi Nationalis

breviter conscripta,

a

Theodoro Heyngio Seniore

ad eandem Synodum

deputato.

Dordraci. Anno 1618.
et 1619.

Anno 1625

Concilio Dordracено pax restituta Ecclesiæ.

Synodus Nationalis Belgica Dordrechtj Batavorum cepit:

Die conditi mundj		2038037
Feria 3 Septimanę		291263
Labente mense Lunarj		69041
Anno mundj currente		5582
Diluvij universalis		3927
Pactj cum Abrahamo		3559
Exodj Israelis		3129
Captæ Troyæ		2801
Ipbite, seu Olympiadis		2394
Conditj templj Salomonis		2650
Romæ Conditæ		2370
Monarchiæ Nebuchadnezaris		2222
Ultimæ desolationis Jerusalem		1549
Constantinopolis conditæ		1289
2 Indictione Periodj Constantinj		88
25 die Marbesuan — Judaicæ		5379
25 die Marbesuan — Contractuum		1931
22 die Choiac æræ — Nabonassarj		2367
22 die Choiac æræ — Philippicæ		1943
22 die Choiac æræ — Chaldeorum		1930
22 Aprilis anni Persicj Ecclesiastici		988
7 Aby anni — Monarchiæ Augusti		1648
7 Aby anni — Martyrum seu Elkuptj		1335
25 Dhilhade Hegiræ Mahummedanæ		1027
3/13 Novembr. — Anni Julianj		1663
3/13 Novembr. — Hispanicj		1656
3/13 Novembr. — Christi Dionysiani		1618

Ex supputatione clarissimj doctissimiqꝫ Virj. D. Danielis Angelocrateris, Ecclesię Marpurgensis Pastoris et Superintendentis Ecclesiarum superioris Hassię Chronologi exactissimj.

Articuli de Indictione actionibusq; Synodi Nationalis in Conventu Illust: ac Præpotent. D.D. Ord: Generalium Fœd: Belgy Provinciarum. 11 Novembris Anno 1618 Constituæ.

1.

Ante omnia necesse erit, ut diebus quatuordecim aút tribus ante Conventa septimanis, in omnibus, quæ sub ditione Illust: ac Præpot: Ord: Generalium sunt Provincys communis precum ac Jejunij dies ab eorum Illust: Potentia indicatur: quo a Deo O. M. auspicatus actionis destinata impetretur exitus! ut Ecclesiæ suæ reddatur tranquillitas, utq; mutua inter eos subditos ad bonorem Dej, denuo recuperetur, atq; instauretur concordia.

2.

Ut quicunq; p. Literas ad hanc Synodum Vocantur, ab Illustrib: ac Præpotentib. D. Ordinib. Generalib. Vocentur, ad quos eius pertinet denunciatio, utq; in literis diserte 5 Articulorum fiat mentio: atq; hoc insuper addatur ut si quæ ex provincys alias difficultates aut Gravamina moveat, quæ spectare ad communes Belgicæ Ecclesias videantur, aut si quæ particulares adhuc restent quæ in Synodis Provincialibus commode decidi nequiverunt, ut qui publico nomine ad Nationalem delegabuntur Synodum, difficultates has dilucidè ac perspicuè scripto comprehendant, et ad Nationalem hanc Synodum deferant.

3.

Ut quo res recte atq; ordine procedant, atq; omnis vitetur confusio a singulis particularibus Synodis 6. qui commodè huic inservire pote: runt negotio delegentur, inter quos ad minimum 3. Divinj Verbj Administrj erunt: reliqui 3 aut 2. Spectatæ fidej ac probitatis si: ve Præsbiterj sive alia Ecclesiæ fuerint membra, quæ Reformatam profitentur Religionem.

4.

Ut ad Synodum eandem per Literas Gallicana, quæ sub ditione Illust: ac præpotent: D.D. Ord: Generalium sunt Vocentur Ecclesiæ: neq; minus quæ in Flandria, Brabantia, alysq; Belgy Provincys sub cruce, utraq; lingua Christum profitentur Ecclesiæ, quæ sese proxime ac finitimè Provinciali Synodo adjungant.

5.

Ut insuper a Seremiss: ac Potentiss. Mag. Brit: Rege atq; Reformatis quæ in Gallia sunt Ecclesys, a Celsis: Electore Palatino, atq; Cant: Gratio Hassiæ Illustritio, ysq; quæ puram atq; Reformatam in Hel: vetia profitentur Religionem, Genevensi, item Ecclesia (quo magis mutuo devinciantur animj, atq; in Religionis inter eos conveniat negotio) postuletur ut singulj tres quatuorve pios pacificos atq; eruditos delegant Theologos, quj presentia prudentiaq; sua Synodalibus assistant actionibus, ac subortas quantum est in se difficultates seu gravamina tollere conentur.

6.

Ut præter illos Professores Theologiæ ex Academijs, atq; illustribus harum Provinciarum Scholis, ad eandem quoq; Synodum Vocentur.

7.

Quam in rem forte nec absonum videatur Illustrj ac Præpotentj eorum Amplitudinj, si ex finitimis Reformatis Orientalis Frisiæ, ac Bremæ: si Ecclesia aliquot eruditj advocentur Theologj.

8.

Erit præterea libe cum omnibus et singulis (præter eos quorum iam est facta mentio deputatos) Verbi Divinj Ministeris, in eadem Synodo sesistere, im: petrataq; a Præside aut Conventu Venia, si quas habeant difficultates seu gra: vamina proponere, hac lege ut sese Synodj Subjiciant Judicio, qui tamen confusionis vitandæ causa decisionj non interessent nisj secus Conven: tuj videatur.

9.

In conventu primo omnium de notiss. 5 Controversis Articulis, de quæ ijs quæ ex ijsdem oriuntur difficultatib. seu gravaminibus agetur, ut sedio circumspiciatur, quopacto Salva Ecclesiæ tranquillitate, Imprimis autem habita Doctrinæ puritatis ratione, eadem commodissime quant tolli, quemadmodum reliquæ postea proponentur, tam Communes quam singula quæ ad Ecclesiæ spectant difficultates seu gravamina.

10.

In quibus omnibus actionibus, ac singulis, quæcunq; ad Doctrinæ spectant veritatē hoc erit curæ delegatis, ut debitâ atq; accuratâ investigatione Solum Dei verbum, non autem ulla humana scripta pro certâ atq; indubitatâ fidei regulâ adhibeant: De quo ut constet atq; liquido appareat, nihil illis præter Dei gloriam atq; Ecclesiæ tranquillitatem proposita fore, iuramento in hac Synodo sive conventu sese obstringent.

11.

Atq; ita quicquid postea complurib. comprobabitur suffragijs pro Conclusione Synodali sive Regula habebitur, hac tamen lege, ne qui secus opinati fuerint, eo nomine suspicionem incurrant, reprehendantur, aut ulla ratione graventur.

12.

Quod si ullæ incidant controversiæ, de quibus, aut non satis liqueat conventui aut aliqua suboriatur dubitatio, integrum tamen iudicium eidem reservabitur, ut quocunq; et quocunq; modo ac tempore de eodem necessitas concedetur, itemq; dicto tempore convenient deinde delegati.

13.

Tempus convocationis Synodi Placuit — 1 Novemb. Anni 1618 Stylo novo indicti.

14.

Neq; sane promovendo huic negotio abs re videatur si Provinciæ singulæ ab Illustrib. DD. Ordinib. invitentur Gallicaq; quæ ibidem est Ecclesia quam primum moneatur, ut singuli comparendæ rei Synodos Provinciales convocent, indicant, absolvant, idq; ante 1 Novemb. ad summum.

15.

Quod ad locum huic designatum Synodo Vebs Dordrechtum esto.

16.

Ut res eo melius succedat, ex usu videatur, ut a singulis Provincijs duo ad eam rem idonei, qui Reformatam profitentur Religionem ac Ecclesiæ sint membra nominentur, ijsq; à DD. Ord: Generalibus plena tribuatur Authoritas, atq; ut Synodo huic intersint potestas, ut eidem adsint, actiones dirigant ac moderentur, quo omnis tollatur atq; præveniatur confusio.

17.

Ut post Synodi nationalis conclusionem ac Illust: ac Præpotentes DD. Ord: Generales, de singulis actionibus referatur, ut de ijs, hoc est ipsis actis Synodalibus, ubi fuerit exhibita, deq; eorum approbatione, ab eosdem Illust: ac Præpotentib. DD. Ord: Generalib. aliquid debite ac legitime statuatur.

Sequitur

Nomenclator Synodi huius Nationalis. et primo: Nobiliss. Generosi et Amplissimi Illust: ac Præpotentum Ordinum Generalium D.D. Delegati.

Ex Ducatu Geldria. et Comitatu Zutphaniensi.

Martinus Gregorj I. V. Doctor, Primarius Curia Duc: Geldria Consiliarius.
Henricus ab Essen Consiliarius Curia Ducatus Geldria.

Ex Hollandia et West-Frisia.

Gen: Dom: Walravus de Brederode, Baro Viana, et Ameydæ Vicecomes Hereditar. D. in Neerpelt &c.
Hugo Musius ab Holy Eques, urbis Dordrachtena Practor. et eo absente
Cornelius Franciscj de Wit eiusdem urbis Consul.
Iacobus Boulenius urbis Amstelodamensis Consul.
Gerardus de Nieubueg Consiliarius Civitatis Alemariana.
Rochus Vanden Honert Supr. Curiæ Holl. Zelandiæ et Westfrisiæ Consiliarius primarius.
Nicolaus Grembultius Provin: Curia Holl: Zel: et Westfris. Consiliarius primarius.

Ex Zelandia.

Simon Schottus, I. V. Doctor, Civitatis Middelburgensj à Secretis.
Iacobus de Campe I. V. Doctor, ordinum Zelandiæ Consiliarius.

Ex Provin: Ultra Jectina.

Fredericus a Zuylen à Nievelt, Dominus Heetsbergæ, Berkenrode, de Enge &c.
Guilhelmus ab Herterelt, Consul Civitatis Amersfordiana.

Ex Frisia.

Ernestus ab Aylva Ord: Fris: Consiliarius, et Orietmanus in Oost-Dongeradeel.
Ernestus ab Hazinxma Consiliarius primarius Curiæ provin: Frisiæ.

Ex Trans-Isulania.

Henricus Hagen nobilis Vollenhovæ ex Ordine Equestri.
Ioannes ab Hemert Consul Daventr. et in Collegio Illust. Ord: Gen: Deputatus.

Ab urbe Groningensj et Omlandys.

Hieronimus Isebrants I.V. Doct: Consiliarius in Cam: Rat. Illust: Ord: General:
Edzardus Jacobus Clant. Dominus in Essinge et Sandweer.

Hisce D.D. Delegatj adiunctus est, ut ipsis sit ab Epistolis et Secretis, Classis Viz:
Daniel Heynsius Hist: in Acad: Leydensi Professor, Secretarius et Bibliothecarius.

Reverendiss.mj Clarriss.mj et Doctiss.mj Theologj Exterj.
Ab petitionem Illustr. ac Potentiss. Ord: Gen: ad Hanc Synodum missj.
A Serenissimo ac Potentiss. Magnæ Britanniæ Rege.

Georgius Gadeleton Episcopus Landavensis.
Iosephus Hallus S. Theol. Doct: Decanus Wigornensis
Iohannes Davenantius, S. T. Doct: Pub. in Acad: Cantabrigiensj S. T. Professor, et Collegy Reginalis Præses
Samuel Vaedus. S. T. Doctor, Praefectus Coll: Sidneiani in Acad: Cantabrigiensj.

post discessum Josephi Hallj. Advenit Thomas Goadus. S. T. Doctor.

Ex Scotia.
Gualterus Belcanqual Us. S. S. T. Doctor. missus a Rege. m. Britt. —

A Serenissimo Electore Palatino.

Abrahamus Scultetus, S. Th: Doctor, et eiusdem Professor in Acad: Heydelbergensj.
Paulus Tossanus. S. Theol: Doctor, et Consil.s in Supr. Senatu Eccl.o Inferioris Palatinatus.
Henricus Altingius. S. T. Doct. et Profes. in Acad. Heydelb. et Ephorus Colleg: Sapientiæ.

Ab Illustriss.o Landgravio Hassiæ.

Georgius Cruciger S. T. Doctor. et Professor. Academiæ Marpurgensis Rector Magnificus.
Paulus Steymius Concionator Aulicus Casselanus, et illust. Adelphij Mauritianj Decanus.
Daniel Anglocrater Superattendens Ecclesiæ Superioris Hassiæ.
Rodolphus Goclenius Senior Philosophiæ Antistes in Academia Marpurgensj.

4.

A Quatuor Reformatis Helvetiæ Reb. Publicis.

Ioannes Jacobus Breitingerus Eccl. apud Tigurinos Antistes.
Maccus Rutimeyerus S. Th. Doct. et Pastor Eccl. Bernensis.
Sebastianus Bechius Basiliens. S. T. Doct. et N. Test. in Acad. Basiliensi Professor.
Wolfgangus Mayerus S. T. Doct. et Basilea. ad D. Albani Pastor.
Ioannes Conradus Cellius Eccl. Schaffusana Antistes.

A Generosiss. Comite Nassovio.
D. Joannes Bisterveldius. Concionator Aulicus, et inspect. Sygn.
D. Ioannes Henricus Alstedius Professor in Illust. Schola Herbornensi.
N.

D. Bisterveldius obyt. A. 1619. in Martio. ingnam in Januario. in cuius locum missus e D. Georgius Fabricius. Minister verbi D; et inspector in Vindeck Comitatis Hanaui.

A Republica et Ecclesia Genevensi.

Iohannes Deodatus Pastor Eccl. Genevensis, et in schola Genevensi S. T. Professor.
Theodorus Tronchinus Past. Eccl. Genev. et in schola Genevensi S. T. Professor.

A Repub. et Ecclesia Bremensi.

Matthias Martinius S. T. Professor in illust. Schola Bremensi et eiusdem Rector.
Henricus Isselburgius. S. T. Doct. Verbi D. Minister et in Schola N. Testam. Professor.
Ludovicus Crocius S. T. Doctor. Eccl. Brem Pastor et V. Test: et Philosp. practicæ Professor.

A Repub. et Ecclesia Emdensi.

Daniel Elsemius Pastor Ecclesiæ Emdensis.
Ritzius Lucæ. Pastor Ecclesiæ Emdensis.

Clarissi. et Doctissi Academiarum et Illust: Scholarum BELGICARUM.

Ioannes Polyander S. Theol. Professor in Academia Leydensi, et Rector Magnificus.
Sibrandus Lubbertus S. T. Doct. et Professor in Academia Franekerana.
Franciscus Gomarus S. T. D. et Professor in Acad: Groningensi et Rector Magcus.
Antonius Tysius S. T. Professor in illust. Schola Harderviciná.
Antonius Walæus Pastor Eccl. Middelburgensis, et ibidem in schola Professor.

Reverendi et Doctiss. Ref. Eccl. Belgicarum. Pastores et Seniores deputati à pacif. Synodis.

Ex Ducatu Geldr. et Comitatu Zutphaniensi.

Guilhelmus Stephanus S. T. Doctor et Pastor Eccl. Arnhemiensis.
Eilhardus à Meben Pastor Ecclesiæ Harderviceæ.
Sebastianus Dammanius. Pastor Ecclesiæ Zutphaniensis.
Ioannes Boilletius Pastor Ecclesiæ Wesenfeld.
Iacobus Verheyden Rector Schola Neomagensis et Eccl. Senior.
Henricus ab Hel. Ecclesiæ Zutphaniensis Senior. obiit Dord: 27 Novemb: 1618.

Ex Hollandria Australi.

Balthazar Lydius Pastor Ecclesiæ Dordrecht.
Henricus Arnoldi. Pastor Eccl. Delfensis.
Festus Hommius Past. Eccl. Leydensis.
Gisbertus Voetius Past. Eccl. Heusdensis.
Arnoldus Musius ab Holy Praetor Zugdoll. et Ecclesiæ Dord. Senior.
Ioannes Latius Senior Ecclesiæ Leydensis.

Ex Ecclesia Borealis Hollandiæ.

Jacobus Rolandus Pastor Ecclesiæ Amstelod.
Iacobus Triglandius Pastor Eccl. Amstelod.
Abrahamus a Doreslaer Pastor Eccl. Enkhusanæ.
Samuel Bartholdus Pastor Eccl. Manachodam.
Theodorus Heynsius, Senior Ecclesiæ Amstelodamensis
Dominicus ab Heemskerck I. V. Doctor et Eccl. Amstelodamensis Senior.

Ex Zelandia.

Hermanus Fonhelius Pastor Eccl. Middelb.
Godefridus Udemannus Past Eccl. Siricæensæ.
Cornelius Regius Past: Eccl. Goesanæ.
Lambertus Ryckius Past Eccl. Bergopzomanæ.
Iosias Vosbergius. I. V. Doct. Consiliarius in Cam: Rat. Zel. Senior Eccl. Middelb.
Adrianus Hefferus Senator urbis Siricæensæ. et Ecclesiæ ibid Senior.

Ex Provincia Ultraiectina.

Ioannes Dibbetius Pastor Dord. et deputatus ab Eccl. Ultrajectina.
Arnoldus Bortampius Past. Eccl. Amersfordiensis.
Lambertus Continens Consiliarius Civitatis Ultraiect: et Senior. obyt.

Deputati Remonstrantium.

Isaacus Friderici P. Eccl. Ultr.
Samuel Naeranus P. Eccl. Amerst.
Stephanus ab Helsingen I. V. Doctor. Consil. Curiæ Ultraiect. et Senior.

Ex Frisia

Iohannes Bogermannus Pastor Eccl. Leovardiensis.
Florentius Johannis Pastor Eccl. Snekanæ.
Philippus Danielis F. Eilsemius Pastor Eccl. Hasingensis.

Meinhardus ab Itzeeda Consiliarius Ord: Frisiæ et Eccl. Leovard. Senior.
Kempo ab Hazinxma à Donia, Consil. Curiæ provin: Frisiæ et Senior Leovard.
Ioannes vmb Sande I.V.D. Consil. prov. Cur. Frisiæ et Senior Eccl. Leovard:

Ex Trans-Isulania.

Caspar. Sibelius Pastor Eccl. Daventriensis.
Hermannus Wiffeldingius Past. Eccl. Swollanæ.
Iohannes Langius Past. Eccl. Vollenho:
Hieronimus Vogelius Past. Eccl. Hasselanæ.
Wilhelmus a Brouhouſen Senior Eccl. Swoll.
Ioannes a Larwych Consul urbis Campens. et Eccl. Comp. Senior.

Ex Civitate Groningana et Omlandys.

Cornelius Hillenius Past: Ecclesiæ Groningana.
Georgius Placius Past. Eccl. Abbingadamensis.
Wolfangus Agricola Past. Eccl. Bedemensis;
Iohannes Lolingius. Past. Eccl. Noordbroekanæ. et eo propter adversam Valet. absente. Wigboldus Homey.
Egbertus Halbes J.C. licentiatus Senior Eccl. Groningana.
Iohannes Ruffelaert Senior Eccl: Stedem.

Ex Drentia.

Themo ab Aschenberch. Pastor Eccl. Meppel.
Patroclus Romelingius Past. Eccl. Rhenensis.

Ex Eccl.s Gallobelgicis.

Daniel Colonius Past. Eccl. Leydensis et Regens collegij Gallobelgici in Acad: Leyd:
Ioannes Crucius Past. Eccl. Harlemensis.
Ioannes Doucherius Past: Eccl. Flissingana.
Ieremias Pouretius Past. Eccl. Middelburg.
Everhardus Becherius Senior Eccl. Middelb.
Petrus du Pont. Senior Eccl. Amstelodamens.

Excerptum Literarum fratrum Genevensium, ad Synodum Nationalem.

Reverendi et Clarissimi V. Viri Patres ac Fratres in Domino Jesu, plurimum observandi.

Quatenus hactenus fuerit bonorum omnium, ex Ecclesiarum in Belgicis Foederatis provincys dissidio, moeror, quam graviè luctuosumq, orbi Evangelicam Veritatem profitenti, si latius grassetur malum, Scismatis discrimen impendeat, pietati Vestræ Patres Reverendi Venerandi, satis superq, compertum est. Quare illam demum illuxisse diem, omnium votis expetitam, piorumq, precibus toties exoptatam, et nos istius mystici corporis pacis, etsi minima, aliquantulum tamen in millibus Judæ toto concordiæ certa fidaq, rationes ineantur, hac spe nempe freti, Cum qui Veritas idemq, pax nostra est, sanctis piorum consilijs numquam defuturum, ut illustrissima Dei Veritas, et animorum in Spiritu Dei coniunctorum charitas, inviolabili foedere coalescant, nec uni temerè quicquam adjiciatur, alteri contra jus fasq, detrahendum, sed diru istud quo domini domus defluorat, sopiatur incendium, ruinæ imminenti obviam eatur, et calcatis, atq, ex tum Ecclesiæ pomeria ejectis noxijs et spinosis quæstionibus, quibus hodie, olim bona frugis feracem agrum occupaci et obsideri non sine lachrimis videmus, non uni tantum Provinciæ læta, sed etiam toti orbi Christiano salutaris lux pacis restituatur.

6.

Eo spectare omnium tum sapientissimorum Principum, et Christianarum Respub:
tum Christj servorum preces et conatus, iam aliquot ab hinc annis exploratum est.
Hanc fuisse Synodj convocandæ Illustriss. et Potentissimis provinciarum foede-
ratarum Ordinibus rationem intelleximus, ad quam quando ipsis, e nostro coetu
nonnullos accersere visum fuit, ut collatis studys, animis, precibus, consiliis,
res omnium Deo gratissima charitas fraterna promoveatur. Nos posthabitis
Ecclesiæ Scholæq; nostræ comodis, ex ordine nostro delectos fratres Reverendos
Viros D. Joan Deodatum et D. Theod: Troncinum, Fideles Chri Servos, Ecclesiæ et
Scholæ nostræ collumina, et luculentis qua Doctrinæ qua pietatis testimonys
celebres, suffraggs nostris authoritatis suæ pondus apponente, Amplissimo Ci-
tatis Huius Senatu ad Sacram Vestram Panegyrim Divinæ gratiæ presidio com
mendatos mittimus et delegamus. Deum Opt. Max. precantes, ut iter ipsorum
et suscepti laboris causam secundare consilio Vestro ne sen ipsi sen alij in
casum currant, qui Spiritu suo cuncta moderatur interesse et præesse di-
gnetur. Illi autem quæ sit Ecclesiæ nostræ fides, quæ preces, quis labor, qua
spes, quæ Sententia, quis sensus, gemitus et suspicia Vobis exponent, quis
dolor et metus etiam, quæ cura nostros animos ἀδιαλείπτως angat et cru-
Quem enim non acerbissimo dolore afficiat bellum istud intestinum, quot flo-
tissimas provincias libertatis et Religionis Vindices, lamentabili exemplo di-
cerpit? quis non extimescat, ne crescente scissura fiant novissima priora
prioribus, ne propediem eadem lues, cetteras reformatarum Ecclesiarum pastes
invadat. Cœpit enim contagio, et ea Justo Dei iudicio temporibus nostris,
incumbit calamitas, ut Evangelys ad nova prurientibus nihil iam sapiat
quam quod fidei ~~Verbo~~ S. Dei Verbo mixtæ caput petit et centum conci-
tit, fundamentaq; ipsa convellit. Quem non tangant acerrimæ hostium
Evangely, quibus nos ludibrium facti sumus sacrasmi et sannæ, Qui cum
suam olim immanitatem sanguine nostro pavérunt, nunc suos istis dilatio-
nibus oculos oblectant, nempe in sinu gaudent τοξοβολισμοῖς et disputatio-
tædas e suorum castris in nostros cohortes iniectas in tantum profecisse
ut nobilissimam Ecclesiarum pastem flamma iam depascat. Nam quibus mi-
nor Vincenti, quam Victo solet æ letior. Quapropter Patres et Fratres
observandi flos Ecclesiarum lectissima eruditorum corona, in id totis animis
incumbite, ut horum malorum radices exstirpetis, Israelis Vulnus citò cu-
retis, Incendio gravissimo in templum et prophetas Divinitus immisso occur-
ratis, matura; furit et faces subdit Satan, nullumq; dissidio fratrum
quod Deus execratur gratius est ei Spectaculum. Irrepunt fures, et in
in incendio sinuq; deq; aguntur feruntur et diripiuntur omnia. Ita
nunc quos operatur immotos, et in Bona Conscientia thesauros repositos
fidei articulos contentiosis disceptationibus, et suspectis novationibus
turbaj, et concerpi cernimus. optimorum servorum Dei opprobro, modes-
tam eruditionem et eruditam simplicitatem Vitio Confessionis ex Verbo
Dei depromptas, tot Martirum sanguine comprobatas dumno Veritj
Ingeniorum acies et stilorum mucrones adversus veritatis hostes obversi
tendos in viscera materna condj, Veteres iam olim explosas Arianorum
et Pelegianorum hæreses revivíscere, Suspicionum ubj nihil fere metuen-
dum, querelarum, injuriorum in Ecclesia in foro domj foris q3 plena cir
Equid tandem auxilij? Jam Vero per Vos Ecclesiæ suæ laborantj, suppe-
tias latureus Christus adest, monet, hortatur et obtestatur, ut Conscienty
consulatis. Nam sicutj olim cum extiterunt de Dogmatib. in Ecclesia
dissensiones, inde ab ultimis usq; temporibus Synodos coegerunt Apos-
tolj, idemq; postea institutum Principes Optimj secutj sunt. Ita quo
hoc tempore presentissimum in Sanctiss. fratrum conventu situm
est remedium, qui nihil sibj quærant, non mundo, non carnj -

Sed uni Christo seruiant. — Iam plus satis aeui nostro quam triste sit et inciuile belli sacri eventus. Jn Germanico Schismate summus docti. Quantum offendiculum Evangelio positū quantum gloriæ Christi detractum sit nimium proh dolor experti sumus. Agite igitur per Deum immortalem Patres Reuerendi ut dilecti Dei filij, induimini uisceribus ipsius Christi. Veritatis ministrate, pacj consulite, aedj Diuinæ nitorem restituite, Diuum Dei seruorum ab atrocibus calumnijs famam Vindicate, hostibus concordia Vestra formidinem incutite, lugentibus pijs gaudium reddite, Ecclesijs schismate, bonos dolore, cunctos metu liberate Nos interea supplices manus ad Deum pacis pro pace Jerusalem attollimus, ut quemadmodum res ille nostras omnes confecit, hoc etiam opus Vere Diuinum perficere, qui nos seruauit idem etiam sanare et malis inguentibus nunc opitulari dignetur. Veniat in templum suum Dominus, filios Leui purget, Veritatis suæ tuba excet, ut puro casta Religionis ministerio grata deinceps sacrificia offerantur. eundemq; obnixe rogamus, ut Vos Venerandi Patres in electos Sacerdotes filij consecret, et corda Vestra Spiritu suo impleat, ora igne Diuino sanctificet, quo pretiosum a Vili, falsum a Vero, Spirituali criterio discernentes, amplissimæ consolationis totj Ecclesiæ referendam segetem in Domino reportetis, regno Christi incrementum, Dei nomini gloriam, Vobis laudis et salutis futurum argumentum certissimum præbeatis.

Vestrarum dignitatum obseruantiss.
Pastores et Professores Ecc. et Schola
Genevensis.

Jnscriptio:

Reuerendis et Clarissimis Viris, fidelib. Christi Seruis et Orthodoxarum Ecclesiarum Episcopis, Pastoribus et Doctoribus. ad Synodum Dordracenam conuocatis. Dominis ac Patribus. Fratribus qz in Dom. plurimum obseruandis.

Preces inaũgurales a D. Præside.
Anno 1618. Novembr. 19.

Omnipotens, æterne et misericors Deus, ac Pater noster in Filio tuo unigenito Jesu Christo Domino nostro.

Oculj tuj puræ sunt, et malum videre non possis; nos vero agnoscimus impuritatem nostrã, eoqꝫ nos in nobis ipsis fatemur, esse indignos, quj comparaemus coram te. Attamen iubes, adeoqꝫ benigne invitas nos, ut veniamus ad te in nomine tuj dilectj filij Immanuelis et mediatoris nostrj, atqꝫ animis vota ac postulata, filialj libertate et fiducia exponamus apud te, additis insuper ad nostram infirmitatem sublevandam tam blandis promissis de promptu ac paternâ exauditione. His fretj Pater clementissime nos omnes et singulj miserj peccatores accedimus supplices ad thronum majestatis tuæ in fide ac complexu filij tuj Servatoris ac fratris nostrj, qui sedet ad dexteram tuam, teqꝫ humillimè rogamus, ut preces nostras acceptes, et exaudias in facie Messiæ tuj; deqꝫ eo corda nostra per Spiritum tuum sanctum secura præstes. Principiò laudat et celebrat te anima nostra, pro innumeris illis beneficijs, quæ in dilectam tuam Ecclesiam, inde a primordio eius ad ultima usqꝫ hæc tempora indesinenter contulisti. Quod eam secundum beneplacitum voluntatis tuæ, ante iacta mundj fundamenta in filio tuo electam, ad beatam eiusdem communionem vocaveris: modisqꝫ tam admirandis, potissimâ tuâ dexterâ, et fide constantissimâ, adversus oes inferorum portas in hunc usqꝫ diem custodiveris, defenderis, protexeris. Inprimis verò, quod nos Ethnicos, expertes gratiæ et fœderis, sine te, sine spe in lethalj umbra, et regno tenebrarum degentes, ac secundum carnis et mundj concupiscentias in vijs nostris ambulantes, diebus his ce ultimis, seriâ vultus tuj facie respexeris, secundum abyssum misericordiæ tuæ gratiosè visitaveris, salutarj luce Evangelij gloriæ collustrâris, in regnum filij tuj, per admirandum illud fidej donum blandâ et efficaci tuâ gratiâ transtuleris in cælestium spiritus tuj donorum fluenta in deserta et aridam nostra effundendo, nos verę iustitiæ mancipaeris, et in lætam illam beatæ immortalitatis spem erexeris.

Non nobis o Domine non nobis sed nomj tuo pro hac magna salute gloriam tribuimus.

Absit demqꝫ ut oblivisc atur anima nostra incomparabilis istius beneficij, quod nos Belgas horribilj illâ, Antichristj et Hispanizamide pressos, venenatoqꝫ impiæ illius Sectæ, Romanj poculo ebrios, tam benigne, tam potenter, tam mirac ulosè a servitute plus quam Ægyptiacâ, et captivitate plus quam Babilonicâ vindicaeris, et in dulciss imam, tibiqꝫ et cultuj tuo meritissimè sacratam libertatem asseueris, tot annos in famoso et terribilj illo bello Belgico velut manu tuâ duxeris, Sol et scutum nobis fueris, et benedictione omnimodâ, tam cœlesti quam terrenâ in conspectu et cum admiratione universi terrarum orbis coronaveris, tandemqꝫ ad beneficiorum cumulum hoc adieceris, quod sedatâ funestissimj belli calamitate, velud in tranquillitatis portu manu tuâ nos collocaveris.

Ne quidem si omnes capitum nostrorum capilli totidem essent corda ac linguæ præditi essemus comprehendendo ac satis condignè prædicandæ tantæ tuæ benignitatj quâ nos immerentes assiduè es prosecutus.

At nos o Domine, quos præ omnibus orbis nationibus decuit eē gratissimos omnium fuimus ingratissimj. Opera manuum tuarum, mirabilia tua et vestigia tua Dei inter nos stillantia non consideravimus, non observavimus uti par erat. Prætiosam illam Evangelicæ veritatis, verbj vitæ margaritam, sanctissima tua testimonia, non tantj, quantj debuimus æstimavimus, timorj nominis tuj, iustitiæ, bonisqꝫ operibus non eò quo iubes et fœdj æquum est solo studuimus, a viis tuis defleximus, retrocessimus, transgressi sumus, in terrâ optimâ inique e

nomen et cultum tuum profanavimus, scandala dedimus quibus sacrosanctum tuum nomen domj forisq; blasphematum est. Et tu o Longanimis Deus, nostram ingratitudinem tot annos ptulistj, expectando a vineâ tuâ fructus gratos et dulces, verum nos patientia tua factj sumus deteriores. Quid dicemus ad hæc o domine, nisi quod mille modis vti nos provocaverimus iustam tuam iram, et indignationem, quæ tandem cum miserendo ac tacendo velut fatigatus, in nos sic exarsit, ut a suavissimâ illâ domesticâ pace et tranquillitate in terribiles dissensionum, odiorum et turbarum intestinarū procellas præcipites dilatj simus, quæsq; omnis exulaverit, ab Ecclesijs, Politijs, Scholis, familijs, denique totius florentissimæ Reipublicæ, pacumq; abfuerit, quin æstu furoris tuj perpusillum adaucto, seu continuato, furoribus domesticis, vulnerib⁹ mutuis, manuq; adeò ipsamet nostrâ in sanguinem et cineres abysset universa Respublica nostra, statutumq; fuisset in nostro interitu orbj Europæ tremendi exemplū, tyrindictæ Divinæ in gentem adversus tam bonum et longanimem Deum tam prodigiosè rebellem atq; refractariam. Quadequidem meritò nobis obtentum fuisse absit ut diffitear.

Verum enimvero o fidissime ac clementissime Pater, tuæ pacis portæ et quidem infinitæ miserationes sunt, quod non sumus consumti, quod non simus facti sicut Sodoma et Gomorra, quod semen nobis reliquum sit. Tu propter nomen tuum, propter thronum gloriæ tuæ, propter fœdus tuum, in facie unigeniti ac dilecti filij tuj, etiam hac vice nobis pepercisti, et ex horrendo præcipitio, nos eximprovviso extendâ dextrâ tuâ cælitus retraxisti, in pulvere prostratos erexisti, in tenebris sedentes illuminasti, semimortuos et spiritum egrè trahentes vertificasti, spemq; fecisti te nobis mansurum, si fructus pœnitentiæ dignos in posterum protulerimus; quod nisi fecerimus, qui vel flammas Sodomæ, vel excidio Hierosolimæ funditus subvertamur dignissimos nos esse, cœlum et terra contestabuntur, istaq; adversum nos pronunciabit conscientia nostra. Hæc est illa tua nova misericordia et fides o Pater, cuius Evangelia aliquot abhinc elapsis mensibus, singulis pene matutinis temporibus cum cordis exultatione accepimus, cuius maximum in supremo documentum coram omnes cernimus, in hoc exoptatissimo conventu. Quis enim nostrum sperare fuit ausus, tam læta, tam subita, tam stupenda, adeoq; vel ipsissimæ pervicaciæ modis omnibus admiranda suavissimæ tranquillitatis exordia? Sævi erant turbines, obvia etiam solidissima quæq; prosternentes prostantes, vastantes, pervertentes, et ecce, serenitas! fluctibus horrendis usq; continuis surSum deorSum iactabatur navis tam Ecclesiæ quam Reipublicæ et ecce quies! Tum Ecclesia tua pro incomprehensibilj tuâ sapientiâ et bonitate legem sanxistj communionis sanctorum, et sacris servorum tuorum conventus, ad ædificationem corporis Ecclesiæ tuæ ipsius dilectj filij tuj eiusq; Apostolorum exemplis commendastj. Filius idem tuus servator noster, præsidium et præsentiam suam gratiosam in ijsdem, siquidem ipsius coganturr nomine benignè est pollicitus, hoc Divinitus monstrato ac probato remedio Ecclesia tua in hisce regionibus tot annos miserandis modis agitata et dissipata, opus habebat ut quam maximè. Verum ex adverso Sathanas malignus ille et adversarius, qui in malis nostris exultat, cum omnibus inferni portis, annos plus minus triginta, qua fraude, qua vi obluctatus est, ut usum huius remedy (aquo scilicet versipellis ille sementi suæ infernali nec abs re metuebat) interciperet eoq; iam operam perduxerat, ut humanitus spes eius impetrandj amplius nulla aut saltem perexigua supesset. Et ecce tu clemens, fidelis, benigne, mirabilis et potens rerum moderator ἀπὸ μηχανῆς demonstras, penes te esse exitus mortalis, in densissimis tenebris apud te lucem esse, te in desertis invijs viam complanare, neq; valere consilium adversus te. Illustrium Belgicæ Confœderatæ Genl. Ord. Dom. nostrorum clementiss. Illustriss. ac fortiss. illius Heroïs Principis Aurangij, nec non Illust. et Generosi Comitis Guilielmj Nassovij corda manu tua inclinasti, ardore cœlitus afflato excitasti, accendisti, ut iunctis manibus, et collatis viribus miserti sint afflictissimæ tuæ Ecclesiæ iustinctuq; Spiritus Apostolicj, ad exemplum priorum Principum, et ex more in domo tuâ, ab ipsis usq; incunabilis, quin et in his ipsis Ecclesijs Belgicis antehac

recepto et cum insigni fructu usitato remedy prędicti, id est Sacri Ecclesiastici conventus copiam nobis adeò clementer fecerint et procurarint, neq; hoc solum, sed omnia quę ad fructuosiorem eius celebrationem pertinere possent, sancto et singulari zelo, sumptibusq; gravissimis investigare, conquirere, apparare non sint gravati. Advocarunt ad hanc Synodum ex vicinis et longè dissitis regionibus complures celebres et laudatos, sanctos in Vineâ tuâ operarios, eiusdem corporis membra, eiusdem Spiritus templa, quos iure appellamus typos gregis et gloriam Christi: idq; in hunc laudabilem finem, ut domi, vitiis studio opera, precibusq; tot sanctarum animarum in commune collatis, mala nostra, te benedicente, eo certius et felicius curentur, tibi in hisce Ecclesys tua constet gloria, corpus Jesu Christi in salutari Veritate convalescat, in concordiâ charitate et pace tuâ efflorescat, regnumq; tui filij inter nos stabiliatur, propagetur q; regnum Verę tenebrarum destruatur. Hoc vero est opus nutricium Ecclesiæ tuæ, æterna dignum laude et memoriâ: nec tua cura decrunt, qui immortalitati id commendent, quandoquidem promisisti honoraturum eos qui te honorant. Preterea hunc sancto supremi nostri magistratus instituto, tam clementer benedixisti, ut Principes ac Magistratus Regionum, etiam Longinquarum, qui eminus incendia nostra sunt conspicati, non tantum non sint gravati, suorum prestantissimorum Theologorum ad hunc cętum ablegatione seriam comiserationem testari, verum etiam id fecerint oppidò, libenter, et cum congratulatione, ac gaudio, de data nobis subveniendi, et semetipsos ab imminente malo prędicandi occasione.

Deinde hęc altera tua accessit benedictio, quod ad hunc cętum vocatis et deputatis tempore satis difficili tam e longinquis, quam nostris regionib^9 ac provincys, tuorum sanctorum Angelorum comitatu salvos et incolumes huc adduxeris, eosq; omnes in tuo nomine congregatos, et coram te confidentes cum voluptate incredibili coram cernamus, in cętu tali, quam ab orbe primum reformato nulla vidit Ecclesia, saltem nunquam Belgica, Nimirum ut misericors Pater, et sapiens medicus malis remedium attemperat.

Voluisti Ecclesias nostras Belgicas, tot annos indesinentibus suspiriis, aerumnis et merore fatigatas afflictasq; novâ et singulari quadam beneficentiâ recreare ac vivificare, et pro immensâ tuâ sapientiâ malis extraordinariis similem medicinam adhibere.

Hæc omnia instar somny nobis sunt, hos dies, hęc gaudia tu nobis effecisti Domine. Quamobrem, quod debemus, pro datis a te viribus, quidni solvamus? Novum canticum tibi canit gloria nostra, quantasq; toto pectore, omniq; animæ contentione concipere possumus, gratias tibi agimus pro omnibus hisce, inspecatis, improvisis et impromeritis bonis, quę ardentibus visceribus, manu tam larga, uno tempore ex thesauro misericordiæ tuæ in nos indignos profundis.

Verum o Domine et Pater noster, tu nosti, non sufficere quod remedium hoc tuo beneficio nunc habeamus in manibus, nisi eodem, secundum Verbi tui præceptum sancè et feliciter utamur, fructusq; inde speratj redeant, ad Ecclesias tuas, non tantum hasce regionum, sed universi orbis reformati et orthodoxi. Videmus tantum in usu eius situm esse, utsi infausta, impendens, carnalis, tibiq; displicens eius sit tractatio et applicatio, posteriora prioribus, non tantum sint metuenda deteriora, sed certo certius expectanda

Quæ autem tractanda nobis erunt, sunt merè spiritualia, attingentia nominis tui gloriam, purgatissimi illius a te inspirati testimony ac sermonis Vitæ rectam tibiq; gratam explicationem, et propagationem animarum electi et dilecti populi tui salutem, conscientiarum in salutari Veritate, solido in Vitâ ac morte solatio, sinceraq; in pietate et Vitæ morumq; (ubeu minimum corruptorum) emendatione instructionem. Sentimus quantum hoc sit onus, quod humeris nostris incumbit, longè sc. vires nostras exuperans.

Ad hæc

Ad hæc adversarium hic habebimus Sathanam vafrum ac versipellem, inimicum gloriæ tuæ, et salutis nrã, Veritatis et pacis in Ecclesiâ tuâ impatientissimum. Huic etiam strenuè operam suam navabunt, quotquot passim sunt huius seculj filij, pendentiores filij lucis in suo genere. Nec deerunt emissarij ac speculatores Antichristj, qui observent omnes gressus, sermones, actiones q̃ nostras.

Audistj Domine quam acerba et simistra de hoc cœtu præsagia passim sint iactata, quam multj ijs deterritj, imbutj et abrepti, pessimè de eo sint ominati, multoq̃ inde maiores populo tuo calamitates ob venturas sibi et alijs præsentirent. Equidem o Domine, nisi tu, quod cœpistj, gratiæ opus porro perficias, non est quod meliora nobis polliceamur. Sed hoc est quod nos exigit ac solatur, spemque tuj auxilij, adeoq̃ præsentissimj tuj auxilij præsidij, et salutaris eventus facit. Tuum opus est, quod miseranlosâ tuâ dextrâ hucusq̃ perduxisti. De tuo agit nomine, de throno tuæ gloriæ, Tua causa est non nra. Tua Veritas, Tua Ecclesia quam sanguine suo sibj et tibj acquisivit filius tuus vnigenitus. Nos servi tuj sumus ad hoc tuum opus a te vocatj, in tuo nomine congregatj. A te solo in hoc tuo opere totj pendemus. Tot animas tibj imitentes, te suspicientes, tuam opem in causa tua flagitantes frustra habeas? deseras? non faciet, o Domine. Aliud nobis dictat Verbum tuum, et spiritus ille tuus adoptionis et fiduciæ quem dedistj nobis. Etsi nos maxime non respiceres (quod absit) an non respiceres gregem pastus tuj, cuius nomine et causa huc convenimus? Vinea tua est quam plantastj manu tuâ. Opus manuum tuarum est. Domus tua est in quâ habitus, Sponsa tua est, quã tibj desponsastj misericordiâ et fide perpetuâ, Corpus filij tuj est, quod sibj adunavit, cuius se servatorem est professus. Unica tua est, Dilecta tua est. Portio hæreditatis tuæ est, Demq̃ sedes est gloriæ tuæ, quandoquidem ab eâ solâ hic et posthac in omnem æternitatem vis glorificarj. Illa ad te suspicit, te inclamat e profundissimis flagitat, ut afflictam et mœrore langventem consoleris: ut vulneribus, livore, et plagis a plantâ pedis usq̃ verticem veritiem capitis agram ac squalentem obliges et sanes, dissectam ac dissipatam recolligas, in tenebris sedentem illumines, in pulvere iacentem erigas ac statuminies. Exaudj illam, Domine et nos etiam illius causâ. Ne permitte amplius, ut sit ludibrio inimicæ suæ. Sed attolle super illam lucem faciej tuæ, ut nostro, quo tu vis utj ministerio paxillj sit, quies et respiratio aliqua, a tot armorum æruminis saltem in diebus hisce nris.

Tu itaq̃ o Pater optime, quj toties nostrj es misertus, quj Ecclesiam, qui nomen, quj Verbum tuum constantissime diligis, quj fons es omnis sapientiæ inexhaustus, eam in fide te invocantibus largiris liberaliter, qui Deus es Veritatis, ipsaq̃ Veritas, ipsa charitas, qui Deus es pacis, et omnis consolationis, propitius nobis esto Domine. Omnia nostra et universi tuj populj peccata clementer nobis condona, ne nunc recordare illorum, ne visita illa in præsentj tempore, ne recordatio et aspectus illorum benedictionem tuam intercipiat, cave nos excludat, quâ impræsentiarum egemus tantopere. Sed lava nos ab iniquitatibus nostris, atq̃ iterum lava in sanguine pretioso vnigenitj filij tuj. Tege omnes nostras inobedientias et transgressiones, multas et maximas ipsius dirissimâ satisfactione et obedientiâ, utiq̃ pro nobis, filijs tuis in fide et pœnitentiâ seriâ ad te confugientibus præstitâ. Sint sanè sanguinea peccata nostra, sint purpurea instar coccinej. Immergetu nos fonti sanguineo agnj tuj immaculatj, et erimus ut nix et lana. Asperge nos aquâ mundâ, sic nitebimus, sic candicabimus coram te. Cumq̃ tibj visum fuerit nos huc accersere, ut de salutarj tua Veritate, in Verbo tuo nobis patefactâ, agamus, eam ab omnj errore, impostura et falsitate (quæ omnis a carne et Sathanâ est) secernamus et populo tuo, eius pridem sitientissimo, ut servos et œconomos decet fideles, quam repurgatissimã nostro ministerio exhibeamus, confirmemus, stabiliamus, propagemus; Corpus filij tuj, Ecclesiam tuam ab omnj infaustâ dissentione ac probro: so hismate liberemus, pristinæq̃ integritatj, pacj ac concordiæ sanctæ restituamus, quo illa te unb corde et uno ore glorificet.

Et verò nos in nobis, nec in hisce omnibus simus tenebræ, atq; ipsissima ineptitudo ad salutaris quicquam boni cogitandum, volendum pficiendum. Tu o Domine in hoc arduo ac celesti labore. Viam nobis commonstra, quam tutò ineamus, quâ rectè pergamus, qua fœliciter et serenâ conscientiâ inde exeamus. Da nobis in nomine sctũ tuũ coactis, secundum promissa tua Spiritum tuum, Spiritum illum Veritatis, Sapientiæ, prudentiæ, discretionis, pacis et charitatis. Præsidem, ducem, Doctorem. Aperi oculos mentis nostræ, facem notitiæ salutaris in eâ accende, et duc nos in Veritatem tuam, ut videamus mirabilia legis tuæ. Voluntatem nãm ab omni nativâ pravitate, rebellione ac pertinaciâ libera pręsta: Flecte et inclina illam ad ea, quę tibi grata et accepta sunt. Omnes affectus nostros tibi consecra et sanctifica, ut nihil meditemur, deliberemus, velimus, cupiamus, proferamus ac statuamus, nisi quod Verbo tuo sit consentaneum, tibi gratum, Ecclesiæq; tuę cum primis utile. Accende nos zelo gloriæ tuæ, zelo tuorũ præceptorum, zelo pretiosæ Veritatis tuæ, zelo domus tuę, zelo pacis et quicquid quę secundum te est. Unicus hic scopus in omni actione perpetuo oculis nris obversetur, ingq; animis illum nris quam altissimè defige, da uti illum gestemus ac circumferamus omnes ac singuli, præsentissimum ad manus habeamus, ad singula quæsita proposita: Hunc autem, gloriam nominis tui, et salutem populi tui, utcunq; non nostro arbitratu, sed Verbi tui ductu assequendum. Ne permitte o Pater ut unquã vel latum unguem ab eo, vel ad sinistram vel ad dextram, ullo carnali affectu, aut mundano respectu abripiamur. Da ut semper cogitemus, nos versari coram facie tuâ et s. Angelorum tuorum. Inde animis nris reverentiam nostris tui, quę initium est Veræ vis Sapientiæ. Rege nos Spiritu sanctitatis, patientiæ, longanimitatis, mansuetudinis, docilitatis. Carnem omnesq; maledictas eius concupiscentias in nobis mortifica, ne impuritate eius sancta tua gtaminemus, Quin effice ut pura sacra, animis et manibus puris tractemus. Aufer a nobis oẽm Vanitatem ambitionis, quę genetrix ẽ Antichristi, et pestifera mater ac radix omnis hæreseos, omnem inanem iactantiam, studium gtentionis, rixarum, et Vanę ac mundanę gloriæ. Da ut sedatis et compositis in tui timore animis ad gventus nris semp accedamus, similibusq; in eis sedeamus ac surgamus. Imbuè nos simplicitate columbinâ, et prudentiâ serpentinâ, utriusq; præcin spiritu tuo nos edoce.

Et quando Illustrem et celebrem hunc conventum, candelabri instar, in sublimi ac eminenti loco domus tuæ constituisti, in quem Vultus, ora, animiq; oĩm earum intenti, custodi nos Dñe ab oi scandalo, sanctifica nos, hoc præsertim tempore, propter nomen tuum, ut durante hâc actione totâ, hæc Synodus, singulaq; eius membra, sanctitate, iustitiâ, bonis sanctisq; moribus, et operibus populo tuo præluceant, ut, dum de fide ac doctrinâ examinandâ ac reformandâ laboramus, id sedulo, ac sancto studio a nobis fieri oĩbus æquiori mente præditis possit ẽe persuasissim. Da ut ex sincerâ et puræ fidei radice, fructus, te, Evangelio ac Vocatione nrâ dignos proferamus ors, nosq; ~~ors~~ invicem exemplo sancto ædificemus, neminẽ offendamus neminem lædamus, ut vel hoc argumento omnes Sancti ad assiduas pro nobis preces convocentur et excitentur, illarumq; subsidio, amplissimâ tuâ benedictiõe in nos provocemur, quę in Ecclesię tuę, harumq; regionum infinita cõmoda redundet, atq; hinc velut ex fonte in omnem terram derivetur. Sathanã vero, de quo nec dubitare possumus nec debemus, quin vobis id modis actuurus sit, ut huic conventui faciat negrè, attentusq; futurus in ores offensiunculas, levissimasq; occasiunculas, speculaturus et observaturus, ut vel ẏ minimam irrepat, seminaq; serat alienationis animorum, simultatum, discordiæ et rixarum, ut habeat quod ~~peccatum~~ etiam pro tantum quidem apud te accuset, deinde tantum criminosorum et malignantium cachinnis, sed et infirmiorum offensioni ac querelis exponat, eoq; actiones nras reddatur saltem minus Venerabiles et fructuosæ; Hunc tu, O Pater, o potens et præstantiss. Deus, constringe ac compesce, nosq; ab eius technis immunes præsta, neu patere ut ullis nos plagis irretiat, circumveniat, ictuq; averso vulneret, aut prosternat, ullave ratione sanctum hoc opus impediat retardet aut interturbet. Largire Dñe ut ibi Leo et Lupus ille infernalis pudefiat, succumbat, caleatur, conteratur, ubi mœros triumphos de tuo grege, atq; adeò de ipso ac filio tuo concepérat.

Nos

Nos autem exhilara Domine, et opus manuum tuarum, in nobis instaura. Da nobis hic sanctam sementem, letas deniq; segetes, messem deniq; ex labore copiosam, quod infirmum ē, et lini instar fumigantis, quassataq; arundinis, clementer fove, robora et constabili. Oves a pascuis tuis aberrantes, ad gregem tuum redūc o Pastor Israelis, Refractarios, pversos, duros emolli, convince, corrige et converte. aut compesce vel coërce. Quod disruptum ē, in te et filio tuo, reuni p Spiritum tuum. Quod læsum ē sana, quod mortuum ē Vivifica. Discidia tolle, et da nobis populo tuo cor unum et animam unam, in suavē præludium, beati illius consortij, quod cum beatis Angelis coram throno tuo te glorificabit in cælis.

Velis quoq; Clementiss. Pater, toto huius Synodj tempore nos ōes ab omni malo custodire pacem loci hujus in quo versamur procurare, S. Angelorum tuorū ductū et comitatū nos ōes ac singulos munire, corporisq; ijs viribus instruere, quibus absq; tedio onera nostra singuli sustinere ac referre valeamus.

Da deniq; ut sicut initium huius Synodj abs te et in te fecimus, similiter in te et tecū progrediamur ac finiamus, ut ōium Sanctorum animis testatum ēe possit, ita sancte et religiosè a nobis ēe ptractata, nobisq; in ōibus augustissimi tui nōis gloriam pacj tuj cultus conservationem, Ecclesiæq; tuæ exoptissimam pacem, et tranquillitatem curæ et cordj fuisse, Quo omnes post felicitæ confectum laboris hujus curriculum, cum ōium fidelium applausū ac benedictione, ad nostra salvi et incolumes revertamur, serenâq; et hilari conscientiâ, p oēm vitam reliquam et in ipsa morte fruamur, tandemq; in tremendo illo judicij die, servi boni ac fideles abs te agnoscamur et coronemur.

Cum verò hæc voluntas tua sit, ut ōes fideles tam publicè quam privatim tibi supplicent pro ōibus in eminentia constitutis, præsertim vs, quos Ecclesiæ tuę dedisti nutricios, agnoscimus hoc nobis in hac Synodo congregatis omninò incumbere, ut ardentissimis votis et flagrantissimis precibus tibi commendemus illos, quorum curâ beneficio ac mandato hanc celeberrimam ac Venerandam Synodum celebramus.

Quanta igitur possumus animi intentione ac devotione tibi commendamus Ill. ac Præpot. Belgicæ huius confœderatę Ordines Gnīs. Dom: nīs clementissimos. Velis o Pater beneficium illud imprimis, quod calamitoso et miserando hoc sæculo, in populum contulerunt, amplissimarum benedictionum cumulo gratiose remunerari. Præside tui assiduò in illorum conventū illustri, Spiritū sapientiæ prudentiæ ac fortitudinis. Consilia ipsis salutaria inspira, successumq; ijs, ac eventum facilem et foelicem præsta. In zelo gloriæ domus, ac veritatis tuæ ipsos confirma. Da illis regimen pacatum et stabile. Subditosq; fidos et obedientes, Robora dextras ipsorum adversus omnes, qui domi foris ve clam vel palam dissipationem, interitum et occasum huius Rejp. machinantur. Efficе ut sanctâ eaq; perpetuâ inter se concordiâ maneant colligati, qua adversus malitiosas imprimis Antichristi blanditias, ipsosq; interorum dolos, fallacias atq; præstigias cupis instar scutum subsistant. Concilia ipsis benevolentiam vicinorum et longinquorum. Da ut pacati sint Populi tui nutricij, regnumq; tui filij indefessi propagatores, et regni Sathanæ destructores, tandemq; cum toto Sanctorum choro æternâ beatitudine perfruantur.

Illustrissimum vero et fortissimum illum Herzoem Principem Auraicum quem Veræ Religionis et Veritatis Vindicem illorum D.D. adjunxisti, bacten animi et corporis robore valentem nobis servasti, in organum tuæ erga nos beneficentiæ selegisti et consecrasti, hunc, Pater benignissime, umbraculo alarum assiduò tegocilla ac protege. Da ut eo quam diutissime salvo hæc fruatur Resp. Neu permitte ut scelerata sanguinariorum manus unctum tuum attingat, capitisve illius capillum lædat. Emitte e throno tuo exercitus cælestes, qui castris suis ipsum circumcludant, instrue illum prudentiâ ac fortitudine, ut ad custodiam ad prosperitatem nostram alacriter pergo adjigilet. Largire ut dulcissimos immensi istius ac fidelissimi pro pace nostra exantlati laboris fructus cum gaudio aspiciat, ysq; annis exsatietur quem plurimis.

Imbue

Imbue et exorna illum omnibus Virtutibus Christiano Principe dignis, quib magis ac magis, in Populo tuo emineat, eiq; præluceat, tandemq; cum Sanctis Israelis Ducibus recipiatur in æterna gloriæ tabernacula.

Oramus quoq; te pro Generosis, nobilisis. ac consultiss. Ord: Gen: ad hanc Synodum Delegatis. Custodi Rege et Confirma eos Domine, per Spiritum tuum ut pia prudentiq; operâ, moderatione ac directione huic sanctæ congregationi comodent. Nec permitte Dñe, ut quicq; a nobis proficiscatur quod ipsos contristare possit, aut molestiam vs aliq; exhibere. Quin potius effice, ut inspectioni et moderationi tam angustæ, cum voluptate et sui ædificatione præsint Dominisq; suis oia exoptata ac fausta renuntient!

Oramus præterea pro Mag.^ci et Ampliss. civitatis huius Dordracena Magistratu, Prætore, Consule, reliquoq; senatu. Aperi Dñe thesauros gratiæ tuæ benedictiones inde tam corporales, quam spirituales in ipsos, et totâ hanc civitatem omnesq; eius incolas, imprimis Ecclesiam tuam effunde, ut nostrarum precum et sanctæ nostræ in Dño conversationis, ubertimum fructum percipiendo, in honore, beneficio, et memoriâ huius sanctæ Synodi exultent, æterniterq; sibi de eo gratulentur.

Demiq; quandoquidem in hoc nrogydentu tot exterorum Principum et Magistratuum Deputatos coram cernimus, viva totidem Christianæ ipsorum erga nos benevolentiæ documenta, absit a nobis hæc ingratitudo, ut illorum non recordemur coram te. Oramus quoq; te o Domine ac Pater noster, pro Serenissi. ac potentiss. Principe Iacobo, Rege magnæ Brittanniæ, cuius pientiss. zelo et ardentissima commiseratione toties nos in malis nris recreasti. Pro Illustriss. Germaniæ Principib. Electore Palatino et Landgravio Hassiæ, progq; Illustriss. ac Manif: Thiguri, Bernæ, Basileæ, Schafhusiæ, Genevæ, Bremæ et Embdæ Magistratibus, Ecclesiis ac Rebuspub.^s Recordare oim o Domine, secundum eam benevolentiam, quâ prosequeris Populum tuum; Da ut fruantur salute Populi tui, et gaudio electorum tuorum, pro Sanctâ Sympathiâ, incundissimoq; hoc beneficio, quo mœstas Sacrum Regionum Ecclesias, adeò blandè prompte ac benevole consolantur, duplum in sinum ipsorum refunde. Concede illis pacem et prosperitatem perpetuam. Tenebras illorum illumina, in angustiis et difficultatibus oibus præsentissimum illis esto subsidium. Benedic oim Regiminj, ut tibi sit gloriosum subditis gratum et utile, totiq; Christiano orbi ornamento et emolumento.

Postremo et hoc non denega nobis Dñe, expectationi votis desideriisq; ipsorum atq; adeò, universi tui Populi, in hac Synodo quam sanctissimè ac plenissimè ut satisfiat, ne laboris et studij, pro pace Ecclesiæ tuæ susceptiac præstiti irritum eos periteat.

Exaudinos in hisce omnibus o Pater misericordiarum, in facie Filij tui unigeniti ac dilecti D. ac Servatoris nri, cuj ut et tibi et S. S.^o uni. Deo, immo et tibi æterno Deo, sit Laus honor et gloria in secula seculorum. Amen. Amen.

BREVIS ANNOTATIO

Earum quæ in Synodo Nationalj, singulis Sessionibus gesta sunt. Dordracj. Anno 1618. 12 Novembr. et sequentibs.

Sessio Prima.

Aperitio Synodj.

Die Lunæ 12 Novembr. Communicatum cum delegatis Ordinum Generalt. de modo auspicandj Synodum, de ordine Sessionis, de suffragys, quę capitatim ferenda. si deputatorum Synodorum provincialium, non sit Una sententia, si vero conveniat collegialiter ab uno aliquo nomine eorum proponenda, et sic numeranda, ac si singulj suam sententiam dixissent.

Sessio Secunda ..... 5. ia.

Sessia

Die Martis 13 Novembr. habita concio idiomate Belgico et Gallico, in templo maximo et Augustinj, p. D. Lydium, et D. De Pours. à concione conventum est in locum consessus, atqs eo exterj sunt adducti, per deputatos ex Ecclesijs Synodorum Provincialium. ~~Coacta Synodo~~ et singulis suis locis per D. Consiliarium Martin. Georgy, delegatorum Præsidem designatus.
Coacta Synodo præces sunt dictæ p. D. Lydium, Pastorem loci, qui breviter præfatus est in actionem Synodj.
Postea excepit sermonem clarissimus dictus Martinus, et causas Synodj nomine illustrissimorum D. Ord: Generalium aperuit, ex, teris gratias egit et Literas fidei nomine delegatorum exhibuit Synodo.

Sessio Tertia.

Præses assessores Scriba.

Die Mercury 14 Novembr. Electus est in Præsidem D. Joan Bogerma nus, et in assessores D. Jacobus Rolandus & D. Hermanus Faukelius. in scribas D. Sebastianus Damarius, et Festus Hommius.
Hæc Electio facta per tacita suffragia, quæ collecta sunt p. quatuor Seniores, et D. Martinum delegatorum Præsidem, eorumq3 Secretarium D. Danielem Heynsium.

Sessio Quarta

Literæ fidei.

Die eodem à meridie lectæ sunt Literæ fidei, quæ omnibus probatæ sunt fratribus, præterquam quod in Ultraiectinorum Remonstrantium Credentia reprehensum, primo, quod teneantur regressum petere, Secundo. quod tantum militantes ad tractandam doctrinam de Prædestinatione cum appendicibus, tertio: quod tantum ipsis liberum sit disputare, et non decidere aut concludere.

Sessio Quinta.

Die Jovis 15 Novembr. Comparuerunt deputati Ecclesiarum Hollandiæ Borealis, et exhibuerè literas Fidei, quæ placuerunt Synodo. Remonstrantes Ultraiectini declararunt scripto sententiam ac difficultates Sessione 4 propositas, et satisfecerunt Synodo hac explicatione. Primo: Se non regressuras absq3 Venia Synodj. Secundo: sibi etiam licere agere de reliquis controversys præter quinque illos famosos articulos. tertio: Sibj etiam factam potestatem decidendj idq3 non obscurè indicarj verbo iudicandj in literis fidei expresso.

Articulos Sosce quere in fronte huius libri.

Prælecti sunt p. D. Danielem Heynsium Articuli 17. concepti ab Illust. D. Ord: Generalib. et ab eodem Heynsio latinitate donati. Vide in princip. lib:

Remonst: citandi.

Propositum à Præside, an non sit necesse Vocare Primarios Autores et defensores 5 Articulorum Remonstrantium, quandoquidem ex

Decreto D. Ordinum, ab examine eorundem actio Synodj esset auspicanda.
Placuit citare Remonstrantes, p. literas Synodj, et etiam D. Delegatorum, ut se sistant Synodo, intra 14 dies, post insinuationem: Verum quot et quj citandj, relictum est Judicio Delegatorum dictorum.
Ultrajectinj Remonstrantes petierunt pro Remonstrantibus citandis, liberum comeatum, et compensationem sumptuum. liber comeatus concessus est. sumptus reservarunt Delegatj.

Interea dum Vacantur Remonstrantes Dⁿⁱ Professoribus et deputatis singulis ex singulis Synodis Provincialibus injunctum est, ut scripta Remonstrantium examinent.

Sessio Sexta.

Die Veneris 16 Novemb: Monita est Synodus, ne quisquam discedat, verum omnes in loco maneat, ne fiat interruptio actionis, quod confirmatu est authoritate Delegatorum.

Et ne Synodus otietur interea dum Remonstrantes citandj adsunt placuit ut tempore isto intermedio, singularum Synodorum Provincialium deputatj, gravamina sua describant, et descripta Praesidj assessoribus et Scribis tradant, ut ex ijs conficiatur unum Corpus, fiatq; discretio gravaminum, ut pretereatis ijs, quae Doctrinam et Ordinem tangunt (utpote in posterum examinanda) aut etiam personalia sunt Synodus in reliquis occupetur.

Gravaminum exhibitio et discretio.

Domini Delegatj indicarunt placere, ut vocentur Remonstrantes, numero 17. utpote inter alios maxime exercitatj. Scilicet;
Ex Geldria 3. Henricus Leo. Dom. Bernerus Vesekius ex Classe Zielana, et Henricus Hollingerus Pastor Gravensis.

Ex Holland: Australj 6 Mr. Simon Episcopius, Professor Leydensis. (quem etiam specialiter dicebant vocandum ut Profes: Acadi Leydensis) Adrianus Borrius. Johannes Arnoldj. Past: Leydenses. Nicolaus Grevinchovius Pastor Roterodamens. Eduardus Poppius Pastor Goudanus, et Theophilus Rycherard Past: Brielanus.

Ex Hollandia Borealj 2. Johannes Oesterzanus Past: Alemerianus, et Dominicus Sapma, Past: Hoornanus.

Ex Provincia Ultrajectina 2. presentes: Isaacus Fridericj Pastor Ultraject: et Samuel Kezanus Pastor Amestordiensis.

Ex Provincia Transjsulana 2. Thomas Goswinus, et Assuerus Matthisius Pastores Campenses.

Ex Ecclesijs Gallo Belgicis duo: Carolus Nyellius Past: Ultrajectinus et Simon Goulartius Past: Amsterodamensis.

Hi omnes citandj, ut primo Sententiam suam, super 5 Articulis et postea si qua alia contra receptam doctrinam Eccles: Reformatarum, in Catechesj et Confessione Belgica comprehensam habent, libere dicant, proponant explicent, et quantum possunt defendant, eaq; omnia eorumq; rationes Synodj judicio submittant.

Literae in eum finem a scribis conceptae Synodo sunt praelectae, et probatae.

Vocandus D. Sybrandus Lubbertj.

Absentibus hactenus Professoribus S.S. Theologiae in Academia Franekerana placuit Synodo Vocarj. D. Sybrandum Lubbertj, et Dnj Delegati in se receperunt, studium Ordinum Frisiae p. literas excitare ut mittatur.

Conciones Latinę.

Fratres extrej rogati sunt, ut totum aliquando consonent concionem latinam in quo plenissq; suam operam libenter obtulere.

Sessio Septima.

Preces inaugurales.

Die Lunæ 17 Novembr. a D. Præside concepta et dicta prolixiores et Solemnes Preces inaugurales. quas vide pag: 8.9.10.11.12.13.14.

In Remonstrantibus citandis ex placito D. Delegatorum hæc facta mutatio ut omissis Geervinchovio et Grulaertio, antea nominatis in locum Borrej suffectus sit Bernardus Duinolio Past: Leydensis, et in locum Johannis Geisteranj Philippus Pinacker Past: Alemacianus.

Placuit ut singuli deputati Synodum Provincialium, habeant catalogum omnium membrorum Hujus Synodj, in cumq finem nomina sua una cum hospitio quo utuntur descripta Præsidj exhibeant.

Initium a Gravaminib.

Actio Synodica incepta est in nomine Dominj, ab examine gravaminum

Gravamen de Versione Bibliorum.

A Geldris, Hollandis, Zelandis, et Trans-Isulanis motum est gravamen de accurratiore translatione Bibliorum, in linguam Vernaculam, quod D. Præses (facta ex consilio D. Assessorum et Scribarum gravaminum oim a singulis Synodis exhibitorum secretione) primo loco prosequit, et quæsivit primo, an non utile et consultum videatur dictam Versionem instituere. Secundo: quomodo ista procuranda: tertia quot et quibus inimicenda.

Super propositis quæstionibus, audita sententia Theologorum exterorum, quorum plerique approbarunt necessitatem versionis dictæ, et de modo varij varia propposuere, relinquentes interea deliberationem, et dispositionem Hujus rei libero Judicio Theologorum domesticorum.

Sessio Octava.

Ratio servata in Versione Bibliorum Anglicanâ.

Die Martis 20 Novembris. Exhibuerunt Theologi Angli breve scriptum quod et Synodo prælectum, declarans rationem servatam in Versione Bibliorum Anglica, nuper ex instituto Serenmi. Regis Jacobj facta. hoc minimum quod sequitur.

Theologi Magnæ Britanniæ, quibus non est visum tantæ questionj subitam et inopinatam responsionem adhibere officij sui esse indicarunt præmatura deliberatione habita, quandoquidem incidit Sanctissimæ accuratissimæ translationis Anglicanæ a Seremiss. Rege Jacobo, magna cura, magnisq sumptibus nup. edita notum facere huic celeberrimæ Synodo, quo consilio, quaq ratione, sacrum hoc negotium a Serenissi. ejus Majestate præstitum fuerit

Primo, in opere distribuendo hanc rationem observarj voluit. Totum corpus Bibliorum in 6 partes fuit distributum: Cuilibet partj transferendæ destinatj sunt 7. Vel 8 Virj Primarij linguarum peritissimj.

Duæ partes assignatæ fuerunt Theologis quibusdam Londinensibus. quatuor Vero ptes reliquæ divisi fuerunt æqualiter inter utriusque Academiæ Theologos.

Post peractum a singulis suum pensum, ex hisce omnibus 12 Selectj Virj, in unum locum convocatj integrum opus revisunt poliuntque.

Postremo Reverendiss. Episcopus Vintoniensis Bilsonus, una cum doctore Smitho nunc Episc. Glocestriensj Viro Eximio, et ab initio in toto hoc opere versatissimo omnibus mensuræ pensitatis et examinatis, extremam manum huic Versionj imposuerunt.

Leges interpretibus præscriptæ fuerunt hujusmodj.

Primo cautum est, ut simpliciter nova Versio non adornaretur, sed vetus ab Ecclesia diu recepta ab omnibus naevis et vitijs purgaretur, atq hunc in finem ne recederetur ab antiqua translatione, nisi Originalis textus Veritas vel emphasis postularet.

Secundo, ut nulla annotationes margini apponerentur, sed tantum loca parallela notarentur.

Tertio ut ubi vox Hebræa vel Græca, geminum idoneum sensum admittit, alter in ipso contextu alter in margine exprimeretur, quod itidem factum ubi varia lectio in exemplaribus probatis reperta est.

Quarto Hebraismi et Græcismi difficiliores in margine reponi sunt.

Quinto in translatione Tobiæ et Judithæ quandoquidem magna discrepantia inter Græcum contextum et veterem Vulgatam editionem reperiatur, Græcum potius contextum secuti sunt

+ latinam.

Sexto ut quæ ad sensum supplendum ubivis necessario fuerunt contextui interserenda, alio scilicet minusculo charactere distinguerentur.

Septimo ut nova argumenta singulis libris, et novæ periochæ, singulis capitibus præfigerentur.

Denique absolutissima Genealogia et descriptio terræ Sanctæ huic operi coniungantur.

Dixerunt Sententias (hoc scripto lecto) Assessores, Scribæ, Professores.

Sessio nona.

Die eodem a meridie dixerunt Sententias deputati Pastores et Seniores Synod: Provincialium, et tandem D. Præses sententiam suo scripto comprehensa peregit

Rogatæ sunt Synodi Provinciales, ut cogitent de personis nominandis ad Versionem et revisionem, et exhibeant in eum finem catalogum Doctorum Virorum quos habent in suis, quibus ex ipsarum iudicio opus translationis et revisionis possit committi.

Sessio Decima.

Die Mercurii 21 Novemb. collectis, et a D. Præside, assessoribus et Scribis perlustratis suffragijs, compertum est inter omnes convenisse

Necessitas et utilitas novæ Vers. approbatæ.

Primo de necessitate atq; utilitate novæ Versionis Bibliorum in linguam Belgicam instituendæ.

Secundo in hisce legibus translatoribus præscribendis, scilicet.

Leges translatoribus præscribendæ.

1. Ut in Versione veteri relinquant omnia, quæcunq; salva Veritate et linguæ Belgicæ proprietate et puritate servari possunt.

2 Ut Hebraismos omnes quantum orationis perspicuitas et seemonis Belgici proprietas permittit retineant. Si vero obscuriores Hebraismi occurrat ut in textu retineri nequeat, ut ille in margine passim annotetur.

3. Ut textui originali religiosè adhæreant

4. Locos Sacræ Scripturæ parallelos in margine passim ēe annotandos,

5. Brevia scholia adjicienda quibus ratio interpretationis reddatur et obscuriores Hebraismi illustrentur.

6. Argumenta singulis libris et capitib. ēe præfigenda.

7. Non ēe addendas observationes Doctrinarum.

8. Instituendam ēe hanc Versionem ex ipsis fontibus seu originalibus linguis, adhibitis tamen et collatis optimis Versionibus, lexicis, et commentarijs, et Doctorum etiam Virorum in difficilioribus locis iudicium.

9. Vt ad supplendum hiantis textus sensum quam paucissima addant verba, eaq; in textu alia Characterę exprimantur, ut dignosci possint.

Legibus hisce prælectis, omnes et singulæ a Synodo probatæ sunt.

Deinde rogatum est de libris Apocryphis.

Quæst. de Apocryphis.

1. An vertendi quoq; sint et reliquis libris Canonicis in uno volumine adiungendi
2. Si vertendi et adiungendi. quomodo vertendi, et quo loco collocandi in volumine Bibliorum.

Sententia Th. Externorū de Apocryphis.

Responderunt Theologi Externi omnes eē vertendos et voluminj Biblico adiungendos, et quidem, vel loco hactenus ipsis assignato (ut volebant plurimj) retinendos, vel saltem in calcem totius operis (ut placebat alijs) rejiciendos. suamq; hanc sententiam hisce rationibus firmabant, quia hactenus a Viris Doctis et Ecclesijs, etiam in Belgio nostro retentj sint, etiam utilitatem suam habeant, immo ipsj sacræ Scripturæ lucis aliquid conferant, et eximia præcepta inveum contineant, quin et a Patribus Orthodoxis tolerati et pro deutero Canonicis, omnibus alijs scriptis extra canonem præferendis habitj sint, ut propterea absq; scandalo populj, et occasione calumniandi maxima vix ac ne vix quidem extirpandi possint. Distinguendos tamen volebant a reliquo corpore Biblico Characterę, titulo, præfatione, scholijs et annotationibus marginalibus, præterea q; Canone Ecclesiastico cavendum, ne quis illos pro concione prælegat, aut ex illis aliquid ad confirmationem Doctrinæ Christianæ adducat.

Verum inter Genevenses D. Deodatus contrarium sustinebat, dicens planè segregandos dictos libros, quia multa falsa et S. Scripturæ contraria continerent, neq; retentione eorum populj errorem fovendum, præsertim cum iam per Dei Gratiam habeamus Conventum, nimquam antè habitum et in posterum vix iterum habendum, qui malo isti possit mederi. Petyt tamē deliberandi spatium ut sententiam suam cum Collega communicatam postea scripto exhibeat et plenius declaret.

Respondерunt quoq; Theologi nostrates et primo post Assessores et scribas Professores, inter quos D. Gomarus extirminationem dictorum Librorum multis urgebat, tum, ne humana miscentur Divinis, quam propter periculum Idololatriæ, quæ committitur quum honor Verbo Dei debitus tribuitur humanis scriptis.

Deinde Pastores et Seniores Synodorum Provincialium: quorum alij, nempe Gelrj, Suyd Hollandj, Remonstrantes Ultrajectinj et Groningani (excepto D. Hillenio) Sententias suas diversimodè ex tempore promerunt et in illis Remonstr: Ultrajectinj inter alia dixerunt, si reprehendendi sunt quj libros Apocryphos aut Biblijs adjiciunt, aut pro concione prælegunt, non eē excusandos illos quj Catechesin S. Scripturæ adjiciant, et populo e suggestu prælegunt, alij vero nempe Noordhollandj, Zelandj, Contrarem Ultrajectinj, Transisulanj, inter Groningenses Hillenius, Drentinj, et Gallo-Belgæ petierunt spatium deliberandi, ut re et rationibus, quæ ibidem proposita erant bene expensis, proxima sessione sententias suas dicant.

Ne vero Varietas Suffragiorum videatur inferre contrarietatem in re ipsa, rogati sunt fratres a D. Præside, an non omnes habeant libros istos pro Apocryphis, et respondерunt omnes de singulis aptis capitibus quod habeant.

Quæstiones ad translationem nempertinentes.

Deinde proposuit D. Præses, de hisce quæstionibus etiam deliberandum in translationibus.

1. An de Deo, in numero singulari Belgice sine offendiculo (Jehu) dici possit et debeat.
2. An vox Jehova sit retinenda, et quomodo vertenda.
3. Propria nomina an mutanda an retinenda.
4. An Addenda descriptio Genealogiarum et Chorographiæ?

De translatoribus.

Menuit preterea cogitandum de Translatoribus.

1. An Eligendi hic sint tres quatuorve, qui uno in loco, Collegialiter in transferendo, quotidie operam navent, atqz interim, ab omnibus functionib. Vacent.

2 An 6 deputandi quorum terni Vetus Testamentum et terni novum Testamentum transferant.

3. Quinam ad hanc translationem sint deputandi.

De revisoribus.

Deniqz adiecit perpendendum de Revisoribus.

1. An non deputandus ni hac Synodo ex singulis Synodis vel Ecclesys Belgicis Vnus atqz alter, ad quem translatorum librorum singulorum Exemplaria transmittantur.

2. Quot Personae ex singulis provincys sint deputandae, et quae.

3. Qua ratione revisio sit instituenda.

4. An translatoribus Judicium de revisione sit permittendum.

5. An non tempus sit praefigendum tum translatoribus, tum etiam revisoribus.

Atqz haec omnia in eum finem proposita, ut singuli haec apud se ponderantes postea suo loco & tempore, eo melius de singulis possint Judicare & dicere.

Sessio undecima.

Sent: D. Gomari de Apocryphis.

Die Jovis 22 Novembr. D. Gomarus sententiam suam antea propositam exhibito scripto plenius declaravit hoc modo:

Disquiritur an libri Apocryphi dicti Biblys sunt adiungendi. Mihi salvo meliori judicio hisce rationibus indignum videtur.

Prima. Haec mere humana sunt, ideoqz indigne sacro Canoni inseruntur.

Altera: multa hominum figmenta ys continentur, qualia Judithae et Susannae Historia, et ut Hieronymus recte indicat, Belis Draconisqz fabulae, et libri Esdrae 3 et 4^us Somnia, eoqz a Veris segreganda.

Tertia. nonnulla in ys extant Historica & dogmatica Canoni Bibliorum repugnantia, ideo ab honorem Dei segreganda.

Quarta, quia illa librorum Apocryphorum in Canone insertio, horrendae et idololatricae Superstitionis occasio, non solum apud Pontificios, dum scripta humana et impura, partem Canonis S. Scripturae constituunt. sed partim etiam in Ecclesys nostris, ut experientia & fide dignorum testimonia demonstrant, quare occasio idololatriae huius superstitionis, sancte a sanctis precidenda: quam ob rem cautionis adhibere minus satisfacere tristis eventus comprobat.

Quinta: Quia antiqua Ecclesia Judaica ante Christum in qua nati sunt libri Apocryphi, eos perpetuo a sacro Canone segregavit.

6. Quinetiam illi qui Apocryphos tam retinendos suo loco existimant, ingenue et recte profitentur, optandum eos nunquam Codici sacro insertos: Ideoqz ut male factum recte rescindendum.

7. Est, quia nulla videtur gravis occurrere ratio quae secus suadeat. Nam si antiquitas obtenditur, ea hic non compatit: hac parte vincit segregatio ut quinta ratione exemplo Ecclesiae Patriae Judaicae et Apostolicae liquet. Nec antiquitas errorem purgat sed augeat. At malum bene positum non movendum, quod malum agnoscitur sane quia ingenuitus: quod bene positum putatur, illud sane videtur non dictum bene, An malum bono, humanum Divino fabulosum partim et veritati Canonis repugnans, Canoni sanctissimo recte copulabitur? at Cautiones adhibebuntur, Scilicet vulnus utilius infertur et sanatur, quam plaga non infertur, exemplo res cadet: At in praeclare factis non exspectenda exempla sed danda. Scandalum metuitur, a recte factis non est metuendum, et Apologia insta occurretur. Haec salvo meliori Judicio propono ac subjicio.

Præses proposuit, quæstionem hanc non esse tantj ponderis atq; videtur non enim quærj quo loco hæc scripta habenda in animabus fidelium, veerum quem locum debeant habere in chartis, hoc est, quomodo cum sacro codice possint compingj. Scopumq; huius questionis ee, quopacto plebs possit instruj de Judicio Ecclesiæ, atq; hoc modo posse conciliarj sententias discrepantes, quarum una, quæ urget exclusionem istorum librorum, conatur consulere bonorj Divino, Altera vero quæ urget retentionem eorundem, ædificationj Ecclesiæ.

Sententia D. Deodatj de Apocryphis.

Postea D. Deodatus qui superiorj sessione spatium deliberandj petierat, rogatus ut sententiam diceret, eam de scripto recitavit, cuius hoc exemplum.

Ad questionem a Clariss. D. Comaro iniectam, An consultum videatur in Editione Belgicorum Bibliorum excludj libros Apocryphos: Sic sentio:

Licitum id est et legitimum mihi videtur utile præterea atque plane necessarium, præsertim propter magnum numerum illorum librorum qui liquido falsa, fabulosa Judaica complectuntur, ut sunt Libj 2 Esræ, tertius et 4. Judith Tobit et Susanna, Historiæ Draconis, Esthere, et Macabeorum.

Ex istis ingenuè profiteor me nullam unquam utilitatem percepisse vel Ecclesiam et Populum percipere posse in animum inducere potuisse.

Multa ex adverso incommoda, semina errorum et scrupulorum, et perversarum sententiarum fuisse constat.

Imo pace omnium dictum esto nihil indignius Veritate et maiestate Scripturæ sacræ illj potuisse affigi existimo, et istos libros omnino sub genere fabularum Judaicarum Ad Titum primo taxatarum repono.

Scriptura abundat tot exemplis Vitæ et pietatis, ut absurdum videatur illis ab his fumidicis Lucernis Lucem fœnerarj.

Dramatum loco non possunt haberj, quamvis forsan eo fine scripti sint, isti libj complures, quia omnem speciem veræ Historiæ præ se ferunt, nec est in illis quod lectorem præmuniat.

Denique nitidius et magis absolutum foret corpus ipsum si istis strumis tandem aliquando sublevetur.

Scandalum a Pontificys iam est devocatum, quj æque impotenter inclamant propter extractos ex Canone, atq; factum est si eliminentur ex codice ipso.

Secus iudicarem de libris Bazuchj prientissimo, Sapientiæ eruditissº et Sapientissº Ecclesiasticj, Instructissimo penuario prudentiæ consiliorum, monitorum, Oeconomiæ Vitæ, et facile excellentissimj Machabæorum, Historia præstantissima et ad Prophetias intelligendas cumprimis necessaria.

Ex istis 4. magnum usum capere posse Ecclesiam omnino profiteor, et illorum lectionem diligenter urgendam, et per me locum illis secundarium aliquem, post S. Scripturam obtinere liceret. si liceret dirimere et dissociare.

At vero cum id difficillimum videatur factu, existimo sententias Ecclesiarum exquirendas, ut collatis et expensis utringq; rationibus pacj exemplo aliquid æqualiter tentetur et efficiatur, quod si sententiæ vel refragentur, vel nimis præfracte dissentiant concedendam existimo, ad tantum abusum patientiam scandalj et rixarum periculo.

Sentent. Theol. domest. de Apocryphis.

Dixerunt deinde sententias suas Fratres domestici, qui superiore sessione responsum suum deposuerant.

Suffragijs omnibus collectis tandem potioribus Votis conclusum est tandem Apocryphos ex corpore Biblico non esse prorsus exterminandos sed reservandos, donec ab Vniversali Ecclesia Reformata communibus Sententijs hoc decernatur, eosq; sic vertendos, ut Vetus Versio potius corrigatur quam planè nova instituatur.

Apocryph. ad calcem N.T. cum certis cautelis reyciendos.

At proinde nova quæstione de loco illis assignando mota, putarunt Theologi exteri (paucis exceptis) esse retinendos loco suo solito, verum Domestici pluralitate suffragiorum iudicarunt eē reyciendos ad calcem Novi Testamentj, et a reliquo corpore Biblico Titulo, Præfatione, characterę, animadversionib. marginalibus distinguendos, neqꝫ una cum Novo Testamento seorsim excudendos.

De Epist: ad Laodicenses

De Epistola ad Laodicenses communi consensu decretum est, eam, quandoquidem privatj facti est, quod codicibus quibusdam adiecta sit, planè omittendam.

Quod psonę ad versionem deputandę.

Ad quæstionem quot psonæ deputandæ ad versionem Veteris et Novj Testamentj et Lib: Apocryphorum, responsum est, sex psonis Theologiæ et linguarum peritis, opus hoc miungendum, ita ut terni Veteris Testamentj, terni vero Novj Test: et Apocryphorum versionj incumbant.

An Professor Hebręus sive Græcus adhibendus.

Ad quæstionem an sit adhibendus Professor Hebræus ad translationem Veteris, et Græcus ad translationem Novi Testamentj & Apocryphorum. Responsum potioribus Suffragijs, ut Translatores se conferant ad Academiam aliquam celebriorem, eorumꝫ arbitrio relinquatur, ibidem prout res nata consulere Professores tam Theologiæ quam linguarum Hebraeę Chaldaicę Græcę.

Revisores quot et ex quibus.

Ad Revisores quod attinet placuit potioribus suffragijs, ex singulis Synodis, singulos ab hac Synodo ad revisionem deputandos, ysqꝫ post absolutum quemqꝫ librum translationes eē transmittendas, animadversionesqꝫ a revisoribus cum provincialibus suis (si visum sit) communicatas eē remittendas, donec tandem absoluto integro opere interpretes et revisores eodem loci conveniant, ac inter se de summa rei agant, et penes illos iudicium Supremum de re tota maneat, si vero accidat hunc aut illum ex revisoribus morte prevenirj, in ipsius locum alium à Synodo Provincialj, cuius erat membrum surrogandum.

ad interpretes

Sessio Duodecima.

Adventus D. Sybrandj et Delegat. Ord: Transisul.

Die Veneris 23 Novembr. Advenit D. Sybrandus Lubbertj SS. Theol. Professor in Acad: Franekerana, literasqꝫ fidei ab Ordinib. Frisiæ conscriptas exhibuit, quæ Synodo prælecta & probatæ.

Advenerunt etiam Deputatj D. Ordin: Transisulanię, et inter delegatos locum suum occuparunt.

De tempore præfigendo translatoribus.

Quæsitum est, num tempus aliquod præfigendum sit, tam translatoribus qua Revisoribus, ut opus translationis eo citius promoveatur, &c. Debere quidem fieri intra huius operis ad summum 4^to^ mense ad finem huius Synodj, verum efficiendo operi certum tempus non eē præfigendum, optandum tamen esse, ut quadriennio (si fieri possit) absolvatur, et adhibenda omnia media, quibus Interpretes moneantur ac moveantur ad accelerationem, quorum erit singulis trimestribus Specimen aliquot suæ diligentiæ exhibere, tam Illust: D.D. Ord: Generalib: quam Synodis aut Synodorum Deputatis. Specimen inquam quo monstrent, quousqꝫ progressi sint.

Unde initium faciendum.

Quæsitum fuit, quoniam præcipua difficultas Versionis, in libris dogmaticis sita est, annon videatur consultum, ut initium operis faciant interpretes, ab hac difficiliori parte, et libris quorum Versio vetus est mendosior et vitiosior, antequam aliquis interpretum morte præripiatur. Placuit ut initium fiat ab ipso initio Sacri codicis et Interpretes servantes ordinem librorum, et insistentes vestigijs S. Sanctj. a facilioribus progrediantur ad difficiliora, eoqꝫ facilius stylo S.S. assuescant.

De vocula Dū.

Quaesitum an de Deo et ad Deum Belgice in nūmero singulari sine offendiculo Dū dici possit et debeat. Variarūt Sententiæ, tam Exterorum quam Domesticorum, Voluerunt multi Vocem Dū esse expirmendam, quia sic placuerat D. Aldegondio, quia est vocula singularis numeri Ēē autem pluralis, et quandoquidem agitur de honore Dei, iuxta textum Hebraeum, ipsum nō singulari appellandum, ne endi populo occasio detur aliquid de multitudine Deorū cogitandi. Alii voluerunt vocem Ēēi retinendam, neq temere mutandam quia alia est proprietas linguae nostrae quam Hebraeae, quia Vox Dū: Jampridē obsoleta est, horrida dura et absona, et offendens aures populi, quia nō nisi p contemptum Vulgo usurpatur. Praesertim si coniungatur cum Verbis Salvat. Gebiet. Hilft &c. Quia vox Ēēi non est simpliciter Numeri Pluralis, ergo

fol. 105

Imo terminatione Videtur Singularis, usuq facta indifferens, Imo magis Nē Singularis qp pluralis, ac proinde nihil ēē periculi si ea Voce utamur, praesertim ut habeatur res, cum Voce magis reverentiore, nemo enim suspicabitur ēē Vel contra majestatem Dei, Vel p tra unitatem essentiae etiamsi illam Vocem retineamus. Esse ergo potius loquendum cum Vulgo, ne huic Versioni accidat, quod Versioni Psalmorum D. Aldegundi, qui propter Vocem Dū qua p petuo usus est hactenus populo ingratj et in usum Ecclesiae inducj nō potuerunt, atq hac sententia posteriori, poticrib. suffragijs obtinuit.

Sessio Decimatertia.

Die Sabbatj 24 Novembr. Quaesitum, an Vox Jehova sit retinenda, et si non quomodo Vertenda Rx. Quandoquidem Sp. S. ipse nos praeit, Vocem Sanctam in N. Test. reddens per Vocem Curios, illam quoq in nostra Versione ad imitationem Christi et Apostolorum reddendam p. Vocem Heere. sic tamen ut maiusculis literis exprimatur (quemadmodum Anglj suum Lord, et D. Piscator suum Heere) ubi in Hebraeo textū legitur Jehova, quam Vocem etiam Gallj. in sua translatione per l'Eternel expresserunt, et ut in Praefatione causa huius assignetur.

De Voce Jehova quomodo Vertenda.

Quaesitum est an nomina propria retinenda an vero mutanda? Rx. Esse retinenda.

An nomina propria mutanda.

Quaesitum est an addenda sit descriptio Genealogiarum et Chorographiae? Rx. Chorographias utiles et necessarias addendas, sed cautione, ne addantur Imagunculae aliquae superstitiose. De Genealogijs autem Videriht interpretes. Et si quid occurrat notatū dignum et singulare, hoc illorum prudentiae committendum, tantum monendi nihil addant, nisi quod ceetam sit.

An addendae sint Versioni Genealogiae et Chronologiae.

Ad Quaestionem de distinctione capitum? Rx. Servandum ēē usitatam distinctionem, quia mutatio magnam dat difficultatem ut lignet ex Junij et Piscatoris Libertate, qua in hac re usi sunt, exceptis paucis locis, ubi connectio textus manifestē discerpitur, alias ubi divulsio occurrit, ad marginem indicetur.

An usitata distinctione capitum sit retinenda?

Tandem quaesitum est an Interpretes et Revisores iam nominandi sint dum adhuc versamur in hac materia, an vero nominatio differenda in finem Synodi. Placuit potioribus suffragijs, ne deputatio differatur, verum ne res haec praecipitetur die Lunae proximo absolvatur.

Quando interpretes et revisores nominandi.

Interea Professores et Singulae Synodi exhibuerunt catalogos, continentes nomina quorundam absentium. qui ad Translationem et Revisionē apti habentur. ut ijs lustratis deliberatio de nominandis Personis eo melius instituatur.

Catalogus eorum qui ad translationem apti habentur.

Geldrj - Guilhelmus Bandectius Past. Zutphan. Rutgerus Vitarus Past. Eepensis. Judocus Hoyngius. Rector Harderwicensis.
Suytholandj: Ioannes Becius, et Ioannes Borrhius. Pastores Dordracenj. Michael Hovius Past. Septimontij. Abrahamus Mylius Past. in Lapendrecht.

Abrahamus Musenbolius P. Brudæ. Michael Balda Senior Delfensis.
Ludecus Vogelsanch Past: Vianens. Edzardus Fridericj Past. Amegdan.
Ioannes Cloppenburg P. Heusdanus. Matheus Sladus Rector Amstelodj.
Abrahamus Kostezus P. propè Berg. ad Zoom.

Noort Hollandj.

Gosuinus Geldorpius P. Amstelodamensis. Wilhelm. Nicolaj P. Eccl. Oct. Alcm.
Matheus Sladus Rector Amstel. — M. Adrian. Georg: Smoutius —
Petrus Cornely Pastor Enchusanus:

Zelandj.

Geeson Buserus Pastor Vezianus. Cornelius Bosschardus P. Lilloens.
Henricus Brant P. Zirizeanus. Abrah. Appacti P. Goussanus.
Iacobus Hegrodius P. Aenemudan.

Vltra-Jectinj. 2

Albertus Huttenus Pastor Buranus. Didericus Campbusen P. in Vlaeten.

Frisij.

Hermannus Kolde. Bernhardus Fullenius. Regnerus Hachtingius Pastores Leovardienses.

Trans-Isulanj.

Daniel Piparcus Gallo Belgicæ Ecclesiæ Campensis. Jacobus Revius Pastor Daventriens. Joannes Volterus P. Nigropontis.

Groninganj.

Sibbo Emmius Græcæ Ling: et Hist: Profes: Henricus Schonenburg Rector Gronig.
Iacobus Heyningius Rector Scholæ Damens. Nicolaus Tulsingius Theol: Candidatus.

Drentinj.

Onias Boëty P. Coevordiensis. Iohannes Rupertus Past: Gasseltanus.

Professores.

Wilhelmus Baudertius P. Zutph. — Joannes Becius. Past: Dord.
Ioannes Buserus —. — Joannes Kloppenburg P.
Iudocus Lanius Past Ysendyk. — Abrahamus Kosterus.
Petrus Cornely.

Sessio Decima quarta.

Die Lunæ 26 Novemb. potioribus suffragijs ysq; tacitis, et a duobus ex D. D. delegatis Martino scilicet et Scbotto, exceptis, electj sunt.

Ad translationem Veteris Testamentj.

Electi Ad. V. T. translatione
Joannes Bogermannus.
Guilhelmus Baudertius.
Geeson Buserus.
Quibus proximis vocibus succedunt
Antonius Thysius.
Iacobus Rolandus.
Hermannus Faukelius.

Ad translationem Novi Testamentj et recognit: Apocryphor.

Ad N. T. translation.
Petrus Cornely.
Iacobus Rolandus.
Hermannus Faukelius.
Quib. proximis vocib. succedunt
Festus Hommius.
Antonius Walæus
Iodocus Hoingius. & Idem.

Iniecta quæstione de revisoribus nominandis ex provincia Vltraiectina, quandoquidem Vltraiectini Separati sunt, ne nunc aut nullus, aut duo nominentur, quod utrumq; contra ordinem esset, visum fuit electionem ad revisionem ex Vltraiectinis differendam, donec Eccl. Vltraiectinæ coacta legitima Synodo communi suffragijs, et consensu interpretum ac revisorum suos eligere poterunt.

Sunt itaq; præteritis hoc tempore Ultrajectinis, ex reliquis Provincijs singulis electi

Revisores ad V. T. Translat:

Ad revisionem Veteris Testamentj.

Ex Geldria: Antonius Thysius.
Ex Suydholl. Joannes Poliander.
Ex Northoll. Petrus Plancius Senior.
Ex Zelandia Jodocus Lazenius
Ex Frisia Sybrandus Lubbertj D.
Ex Trans-Issul. Iacobus Revius.
Ex Groñ et Ōm. Franciscus Gomarus D.
Ex Drentia - Onias Boëty.

Ad revisionem Novj Testamentj.

Ad N. T. Revisores.

Ex Geldria Sebastianus Dammanius.
Ex Zuytholl. Festus Hommius.
Ex Northoll. Gosuinus Geldorpius.
Ex Zelandia. Antonius Wallæus.
Ex Frisia — Bernhardus Fullenius
Ex Trans-Iss. Joannes Langius.
Ex Groñ et Omm. Ubbo Emmius.
Ex Drentia - Joannes Kuspezus.

Sessio Decimaquinta. 27. Martis die Novembr.

Petitio Drentanorum.

Petierunt Drentinj, ut Provinciales suj subeantur immunes ab opere revisionis, quia pauci nostri Idiomatis periti inter ipsos inveniantur, cujus ipsorum petitionj, Synodus putatj, inter revisores non erunt numerandj.

Decl. plenior de distinct: Capitum.

Prælecta et probata sunt acta de Translatione Bibliorum à Scribis consignata et injecta dubitatione de servanda an mutanda distinctione Capitum, in quibusdam textus locis ubj est manifesta divulsio: declaratum est, mentem fuisse Synodj, ut vulgaris distinctio passim retineatur, et de divulsione textus in margine fiat mentio.

GRAVAMEN
De docenda catechesi.

Proposuit Præses Secundum gravamen, motum a Frisys de Catechesi docenda post meridiem, in omnibus Ecclesijs et singulis pagis, quandoquidem in plurimis locis, doctrina Catechetica negligitur: quæsivitq; Primo ùn non deberet Catechesis doceri Singulis diebus Dominicis tempore post meridiano?

Secundo qua ratione illud possit procurarj?

Responsum est communibus suffragijs:

Catechesin singulis diebus Dom. docendā.

Ad Primum. Concionem pomeridianam Catechetican ubivis locorum tam in urbibus quam pagis esse observandam, præsertim, quandoquidem in Synodis Nationalibus jam antea ea de re sit decretum.

Qua ratione.

Ad Secundum, Atq; illud posse obtinerj, si singulis diebus Dominicis binæ Conciones instituantur. Pastoresq; auditores suos ad audiendas Catechetican conciones diligenter moneant, et familiam suam (reliquis exemplo) adducant: Si quoq; combinationes Ecclesiarum abrogentur, aut si commodè abrogarj non potuerint, tamen ratio concionum catechetican alternatim instituendarum habeatur: Denicq; si profanationes Sabbatorum publicis legibus tollantur: Atq; ad hæc omnia ultroneitas Magistratus imploretur.

Consensus J. Exter. de docenda Catechesi.

De necessitate Catecheseos docendæ Theologi Exterj rogatj omnes declararunt se cum Theologis nostris sentire, et indicarunt singulj, quanta diligentia apud suos adhibeatur, quæq; rationes ineantur, ut populus imprimis concionibus Catechetican erudiatur.

Sessio Decima sexta 28. Novembr die Mercurij.

Quest. de catechisatione juniorum et adulterorum.

Proposuit D. Præses quæstionem de modo catechisandj, tam juniorum quam adultorum. Et ad eam primo Theologj Exterj, ac deinde domestici sententias suas singulj scripto dixerunt et tradiderunt, Exteris declarantibus, qua ratio catechisandj apud suos observetur, et domesticis, qua ratio catechisandj, nostris Ecclesijs maxime accommoda videatur.

Sententys omnium collectis, Praeses pronuntiavit se eas cum assessoribus et scribis lustraturum, atq; ex ys formam aliquam catechisandj concinnaturum, quam postea Synodo examinandam et diiudicandam proponet

Sessio 17. Die Jovis 29 Novemb.

Concio. D. Jos. Hallj. Vide pagr. 295.

Habuit Clarissimus Decanus D. Josephus Hallaeus in consessu Concionem latinam ex Vers. 17. Cap: 7 Eccles. Ea verbis. Ne sis nimium Justus, et ne sis nimium sapiens, pro qua concione D. Praeses nomine Synodj ipsj gratias egit.

Sessio 18. Die Veneris 30 Novemb.

Praelecta sunt reliqua sententiae eorum de ratione catechisandj. quae hactenus non non erant exhibitae nempe theologorum Hassiacorum, Genevensium, Embdanorum itemq; 4 Professorum. et seperatim D. Gomarj, nec non contraremonstrantium et Remonstr. Ultrajectinorum, ac tandem Gallobelgarum.

Praelecta est deinde formula, quae collatis omnibus sententys, a Praeside, assessoribus et scribis est concinnata, et unanimj consensu ab omnibus, tam exteris quam domesticis (exceptis Ultraiectinis Remonstrantibus) probata.

Formula autem concepta erat huiusmodj.

Formula catechisationis a Synodo probata.

Expensa in timore Dominj summa accuratioris tum iuniorum tum adultiorum Catechisationis, utilitate ac necessitate, considerata etiam Dei hac in re voluntate et continua Ecclesiae praxj, explicata denique ab exteris theologis catechisativis, quae in Reformatis Ecclesys exteris observatur, ratione, collatisq; et scripto exhibitis, omnium tam exterorum quam Belgicorum ad hanc Synodum deputatorum consilys ac sententys, statutum fuit in Ecclesys nostris diligentem accuratioris huius institutionis curam habendam.

Et iuventus Christiana a teneris annis accuratius in fundamentis verae Religionis instituatur, ac vera pietate imbuatur triplex hoc catechisandj genus observarj diligenter debet, domestica à parentibus, scholastica à Ludimagistris et Ecclesiastica. a Pastoribus, Senioribus, et Lectoribus, seu aegrorum Visitatoribus Utq; omnes hi diligenter officium faciant, rogandj sunt Christianj Magistratus ut tam sanctum et necessarium opus sua auctoritate promoveant, omnesq; quib. Ecclesiarum et Scholarum Visitatio atq; inspectio demandata est, ut huius rei imprimis curam gerant.

Parentum officium est, domj liberos suos, totamq; adeo familiam, fidej suae commissam, quam maximâ diligentiâ in praecinys Christianae Religionis principijs singulorum instituere, ad timorem Dei et sinceram pietatem, sedulò et indesinenter exhortarj, sanctis precum domesticarum exercitys adhibere, atq; assuefacere, ad audiendas conciones secum adducere, auditas conciones imprimis catechesticas cum ys repetere, capita quaedam sacrae scriptnrae quotidiè praelegere vel praelegenda dare, insigniora sacrae scriptnrae dicta edisscenda proponere atq; inculcare, eademq; familiarj quadam et teneris aetatj accommodata ratione explicare, atq; ita ad scholasticam catechisationem praeparare, et ubj ad eam primum venerint confirmare, excitare, et pro virilj provehere.

Huius officij Parentes omnes, apud quos admonitionj locus esse potuerit, sedulò et sedulò admonerj debent a Pastoribus Seniorib; et aegrorum Visitatoribus, tum publice in concionibus, tum privatim, ante S. Synaxin, Visitationibus, quibus alys temporibus atq; occasionibus. Si qui vero Parentes religionem Reformatam professj in hoc sancto officio negligentiores reperiantur, serys Pastorum admonitionibus, et si res postulaverit, Presbiterij coercitionibus ac censuris ad officium revocabuntur.

Scholae in quibus Juventus in fundamentis Rel. Christianae rite institutae, in omnibus non tantum urbibus, sed etiam in singulis pagis haberj debent. Rogandi sunt magistratus Christianj, ut ubj nullae sunt ibidem instituantur, atq; ut Ludimagistris omnibus de honestis stipendys prospicj possit, quo viris

idonej ad illas functiones adsibej possint, yq; alacriùs in ys versentur, imprimis autem, ut pauperiorum liberj gratis ab illis instituj possint, neq; à scholarum beneficio excludantur.

Ad has functiones scholasticas adsibej nemo debet, nisi qui sit membrum Ecclesiæ, ornatus insignj fidej et vitæ probatæ testimonio, doctrinæ Catechetice probè gnarus, et qui subscriptione manûs suæ Confessionem et Catechesin Belgicam approbet, et sanctè promittat, se iuuentutem sibi commissam fideliter in Rel. Christ: fundamentis secundum hanc catechisandj ratione instituturum.

Officium horum Ludimagistrorum erit, omnes suos discipulos pro ratione ætatis et captus, ad minimum duobus in hebdomade diebus exercere, non tantùm in ediscendis, sed etiam in intelligendis Catechesecos rudimentis. In quem finem triplex catechesecos formula, ad triplicem iuuentutis conditionem accomodata in scholis est adsibenda. Prima erit pro incipientibus, continens Symbolum Apost. Decalogum, Orationem dominicam, Sacramentorum, ac disciplinæ Ecclesiasticæ institutionem, cum brevibus quibusdam precatiunculis, et quæstiunculis simplicis. ad tres catechesecos partes spectantibus, quibus et sanctulæ quædam addj possent insignioræ S. Scripturæ dicta ad pietatem excitantia. Secunda erit compendiùm brevè catechesecos Palatinæ, in quo porro instituentur, qui nunc aliquousque in priore profecerint. Utraq; autem Formula vel ad exemplum Ecclesiarum Palatinatus aut Ecclesiæ Middelburgensis, vel alia commodiorj ratione a Synodo hac concinnabitur. Tertia erit Catechesis Palatina ab Ecclesijs nostris olim recepta et in illis omnino retinenda, in qua provectiores exercentur.

Non autem licebit cuiquam Ludimagistro alys catechisandj formulis quam hisce tribus in scholis utj. Pontificy vero omnes Catechismj alyq; liberj rectores aut impurj authoritatj magistratuum ex omnibus scholis planè eliminarj debent, quod ut facere magistratus velint seriò rogandj sunt.

Curabunt enim Ludimagistj ut discipulj non tantum has formulas ediscant sed etiam ut easdem probè intelligant: quem in finem pro singulorum captu dilucidè etiam eas explicabunt, atq; an sensum rectè perceperint diligenter ac sepius examinabunt.

Universam iuuentutem scholasticam singulj Ludimagistrj, ad audiendas conciones sacras, in primis autem Catechesticas adducent, earumq; rationem diligenter exigent. quis per ætatem capaces sunt eos ad recitandas in templis responsiones catechesticas præparabunt.

Ut autem de fide et industria Præceptorum, simulq; etiam de iuuentutis profectu constet, officium Pastorum erit, adsibito Seniore, et si opus erit aliquo ex Magistratu, Scholas omnes tam privatas quam publicas quam sepissimè visitare, præceptorum diligentiam acuere, in ratione catechisandj præire, atq; exemplo suo instruere, iuuentutem blanda compellatione examinare, sanctisque exhortationib. Collationib. et præmiolis a Magistratu constitutendis ad industriam et pietatem excitare.

Præceptores si qui hac in re negligentiores aut refractarij deprehendantur, a Pastoribus et si opus fuerit a Præsbiterio officij diligenter admoneantur, quibus monitionibus si morem non gesserint, rogandus est magistratus ut Authoritate sua ad officium faciendum constringantur, aut alij illis substituantur.

Nullæ autem Scholæ admittendæ aut tolerandæ erunt, quæ sancta hæc Catechisationis exercitia non admittant aut neglegant.

In Ecclesia Pastores conciones Catechesticas ad eum modum instituent, ut breves, et non tantum adultorum aliorum, sed etiam iuuentutis, quantum fieri potest captui sint accommodatæ. Laudanda quoq; erit industria Pastorum qui easdem in scholis familiariter repetere, in pagis præsertim studebunt,

Adultiores autem et qui scholarum institutione nunquam usi fuerint, aut amplius ea non ututur, ut melius erudiri queant, in fundamentis Christianae Religionis, quandoquidem experientia docet, ordinarias institutiones Ecclesiasticas non sufficere apud multos eam Rel. Christianae notitiam illis ingenerandam, quae in populo Dei vigere debet, ususque testetur maximam esse vivae vocis efficaciam, cum per familiares et ad singulorum captum accommodatas interrogationes et responsiones (quae vera catechisandi ratio est) rudimenta Religionis animis inprimuntur, statuit haec Synodus, ut Pastoris discendi cupidos accedant, et singulis septimanis adhibito Seniore, vel ad aedes privatas, vel in locum consistorij vel alium aliquem huic actioni opportunum convocent et invitent, numero iusto sed non nimis magno, tam ex membris Ecclesiae, quam ex alijs auditoribus, quos constet de animarum salute sollicitos esse, et cum aliqua fructus non poenitendi spe adhiberi posse, cum illis amice et familiariter agant, et pro ratione captus ingeniorum et profectus, singulos diligenter catechisent, Conciones in primis Catechetricas cum ijs repetant, omnique studio in id incumbant, ut omnium animas clara et solida catecheseos intelligentia induant, atque ut eos, praesertim qui nomen Ecclesiae dare volunt tribus quatuorve ante S. Coenae celebrationem septimanis diligenter recto in loco instituant, ut ad fidei rationem reddendam pietatisque triocinia colenda magis idonei atque alacres reddantur. Hi conventus precibus et sancta exhortatione inchoentur et concludantur.

Adhibeatur autem a Pastoribus prudentia in deligendis et vocandis eodem tempore quos conditionis paritas ad parasiam alliceat.

Haec si ea qua omnino convenit voluptate, alacritate, vigilantia, fide, zelo ac prudentia a Pastoribus Ecclesiarum gregis sibi concediti rationem aliquando reddituris praestentur, non dubitat haec S. Synodus quin brevi temporis spatio horum laborum fructus uberrimi tam in fidei quam sanctitatis vitae ac charitatis non fictae profectu ad honorem Dei, Religionisque Christianae propagationem Divina benedictione ante oculos omnium erunt exposita, gratiamque apud omnes Dei et pietatis incolas Ecclesiae conciliatura.

Iniecta deinde questione a Geldris, num concionibus catechetricis habendis, praelegendi sint textus S. Scripturae, sensum quaestionum explicandarum continentes, visum fuit lustrare quid ea de re in precedentibus Syn: Nat. decretum sit. Proposita quoque quaestione a Zelandis de censuris imponendis Pastoribus in praxi catechisationis iam approbata, aut difficilioribus aut negligentioribus: decretum est, illas relinquendas iudicio Synodum Provincial: et Classium.

Quandoquidem Remonstrantes Ultraiectini in declaratione Sententiae suae dixerunt de Catechesi formanda ex puris putis Verbis Scripturae — monitum est de eo agendum suo loco.

Ad concipiendas novas catecheseos formulas de quibus supra actum est deputati sunt ex toto huius Synodi corpore tres Professores et tres Pastores.

D. Joannes Polianders Professor.
D. Antbonius Thysius Professor.
D. Franciscus Gomarus Professor.
D. Balthasar Lydius. P. Dord.
D. Hermannus Faukelius. Assessor.
D. Godefridus Udemannus. P. Zierix.

Proposita est quastio Eccl: Amstelodamensis: An pueri ex parentibus Etnicis nati et iam a Christianis accepti in suis familias sint baptizandi. Siqs eos baptisandi offerunt fide iubeant se eos in Rell. Ch: educaturos, aut educandos curaturos? Monitiqs sunt fratres ut de ea inter se deliberent et proxima sessione responsi pati adsint.

Sessio 19. Die Sabbati. 1 Decemb.s

GRAVAMEN 3.
De Proponentibus et Candidatis S.T. promovendis.

Proposuit D. Prases tertium gravamen motum a Zelandis Sc. quomodo proponentes et candidati ministerij sacri, ad sacram illam functionem sint preparandi, dixitqs valde apposite post deliberationem de Catechisandis rudibus tam pueris quam adultis, hanc deliberationem sequi de psonis ad ministerium sacrum idoneis, ysdemqs ad tam excellens munus in Ecclesia informandis, et pro Scribam prælectum est consilium fratrum Zelandorum, super hanc quæstionem scripto exhibitum, Consilium hoc erat.

Primum hic de Electione personarum ad ministerium sacrum idoneorum: Deinde de recta illarum institutione deliberandum est.

Consilium Fr. Zelandorum. sup. hoc Gravamen.

Ut itaqs Ecclesijs numquam idonei Pastores desint, rogandi erit illust: D. Ordines ut in singulis Provin: ubi id nondum obtinuit curent sit huiusmodi adolescentium numerus, qui sumptib. publicis alantur ad ministerium sacrum. Monendi etiam erunt ditiores ut liberos suos quos ad hanc rem videbunt idoneos, ad scholas mittant, atqs illic erudiendos curent, ut sint seminaria publica ex quibus ad Pastorum munus obeundum evocentur quoties opus erit.

Ad hanc rem ex scholis trivialibus seligantur adolescentes, ingenuis et honestibus parentibus orti, ne forte probrum aliquod ministerio accedat. ex generis aut parentum infamia. Eidem tam animi quam corporis vitijs vacent, ad tantum onus et munus subeundum. Quiqs in scholis trivialibus ea ingenij et eruditionis specimina ediderint, ex quibus spes certa concipiatur, eos ubi adoleverint Ecclesiæ in ministerio utiles fore: denique in quibus pietatis, probitatis, modestiæqs indicia certa conspiciantur.

Hoc modo selecti aut a Parentib. in hoc studio enutriti ubi in scholis trivialibus rude donati fuerint, ad Academias mittantur, in quibus utile, imo necessarium esset certa et distincta provinciarum Collegia instituj, ubi subregentium et inspectorum cura studiosi vivant, ex quorum consilio studia sua instituant, quiqs illis certam in studijs methodum prescribant, ne in incertum vagentur, et capientes ex omnibus aliquid, de toto nihil discant. Denique qui vitæ illorum et morum curam gerant, nimia etiam libertas in Academijs multos perdidit.

Ab his qui aliquando Ecclesijs præfuturi sunt hoc requiritur, ut et ipsi nomen Ecclesiæ dent, et quam alios aliquando religione doctrinj sunt ipsimet primum profiteantur, concionib. S. crebro interesint Cenæ D. cum Ecclesia communicent, Ecclesiasticæ disciplinæ subijciantur, et Pastorum in illos singularis sit inspectio.

Ad solidam autem Philosophiæ et linguarum, imprimis vero Theologiæ cognitionem comparandam, non unus aut alter annus requi-

— ritur.

sed spatium in Universum 5 aut 6 annorum. Nam ut magna est quorundam adolescentium temeritas, qui vixdum biennio in Academys facto, promotionem ad munus Pastorale ambire audent: Ita nec laudandum illorum consilium qui totum fere ætatem in Academys terunt, et sero nimis ad ministerium Sac: accedunt. Quamobrem ut huic utrique malo obviam eatur, non inconsultum foret tempus aliquot præscribere, intra quod studiorum cursum teneantur absolvere et Ecclesia illorum laborib. frui possit. Ut autem Ecclesys, Mecœnatibus, et Parentibus, de illorum profectu constet, consultum est ut singulis annis, rationem studiorum suorum ysdem reddant.

Absoluto hoc in Academia aliqua studiorum cursu, non inutile esset, eos exteras Academias et Ecclesias invisere, ac tamdiu in celebrioribus locis subsistere, donec quid illic laudabile esset perlustrassent ac ediscissent, ut ita domesticis et exterorum exemplis instructiores ad suos redeant.

Domum reversi, testimonium ab Ecclesiarum Pastorib. et Acad: Rectorib. aut Professorib. aut facultatum Decanis, Ecclesiæ et Classi exhibeant in qua sunt victuri, expectantes Vocationem legitimam ad munus Pastorale.

Et ut visis hisce testimonys nemo nisi præmisso examine præparatorio ad exercitia formandarum concionum admitti debet, ita necesse est alia etiam exercitia accedere, quibus amplius idonei reddantur ad S. hanc Ministerij Sac. functionem.

Hic vero non inutile esset huiusmodi ministerij candidatos interdum scripturam Sacram publice in templis prælegere: Atque hoc pacto eveniet, ut totij Ecclesiæ innotescant, et coram illius facie ambulent, tota Ecclesia morum, probitatis et pietatis illorum testimonium habeat. denique illi ita prudenter se gerant ne quidquam committant quod Vocatione illorum (ad quam se præparant) indignum sit, et sic omnibus innotescant et ab omnibus probentur qui omnibus præfuturi sunt. Denique ista lectione publica accedet paræsia quædam qua assuescent aspectui totius multitudinis. Vox etiam et elocutio eorum formabitur, ut paratiores accedant ad dicendum coram populo, quod illis post accuratius examen etiam concedi posse iudicamus, modo classis consensus antecedat.

Deinde expediret illos frequenter adesse Pastoribus, cum illis de variis conscientiæ casibus conferre eosdem comitari, in visitatione ægrotorum, consolatione afflictorum, atque ab illis discere quomodo fides sint compellandi, afflicti erigendi, denique quæ et quales preces interdum pro re nata concipiendæ. Et si enim ex Scholis potentes sermone debent ad Ecclesias venire, tamen quæ didicerunt ad praxin sunt revocanda, id quod a Pastoribus necesse habent addiscere.

Et quia Vocati ad Sac: Ministerium regiminij Ecclesiæ aliquando sunt præficiendi, et vero regimen Ecclesiarum in Scholis exacte non addiscitur, non abs re foret si aliquot ante Vocationem mensibus in urbibus celebrioribus potestas illis fiat, ut intersint Presbiterijs,

et Com'entib. Diaconorum, sub certis tamen, et limitatis conditionibus: atqꝫ ita intelligant, quo modo Ecclesia regimen sit instituendum, quæ ratio interrogandj et colligendj suffragia, quomodo disciplina exercenda, quid in Varys casibus facto opus sit. Item quæ cura sit habenda pauperum et quæ sunt similia, quæ usu potius quam præceptis addiscuntur, quorum omnium magnus illis usus futurus, quando ad Pastorale munus vocabuntur.

Denique cum hactenus in examinibus ante promotionem tantum fuerit habita ratio doctrinæ, an nempe orthodoxj essēt (quod fatemur esse primarium) deliberarj tamen potest, an non etiam expediat examen practicum instituj, in quo examinarentur, an etiam tenaces essent sermonj illius quæ est secundum pietatem, et idonej ad tradendam ethicam Christianam, ad mores hominum in omnj virtutum genere informandos: oportet enim Dei hominem perfectē ad omne opus bonum instructum ēe. et nō tantū ad doctrinam et redargutionem, sed etiam ad correctionem et ad institutionem quæ est in justitia paratum esse. Ad quam rem optandum esset, ut in collegijs et Academijs Adolescentum animj Theologia practica inhærerentur et de Varijs conscientiarum casibus instruerentur.

Consil. Fr. Suyd Holl.

Fratres Suydhollandj u quibus idem Gravamen motum fuit, scripto quoq; suum consilium et Sententiam exhibuerunt quam Scriba prælegit ad maiorem hujus rei explicationem. sed quia nihil continebat alicuius momentj quod antea a Zelandis expressum non erat, hic omittere visum fuit.

Spatium deliberandi concessum.

Quia autem hæc res non minimj momentj est placuit Synodo ut post meridiem, hora tertia, ex singulis Synodis, singulj convenirent, quj prælectas considerationes et explicationes hujus gravaminis a Zelandis et Suyt-holl.s propositas describerent, ut ita omnibus et singulis rite ac diligenter expensis sententias suas ad diem Lunæ, sessione proxima, scripto consignatas, exhibere possint.

Interea repetita est quæstio Eccl. Amstelred. de baptizandis infantib. Et alias.

Repetita deinde est quæstio Ecclesiæ Amstelodamensis de qua sententias suas scripto exhibuerunt, inter exteros Theologos Anglj, Helvetj et Bremenses. inter domesticos D. Professores et Fr. Suydhollandj. Reliqui omnes rogati sunt ut suam responsionem scripto comprehensam ad diem Lunæ parent.

Finis D. Henricj ab Hell.

Hora undecima tota Synodus prodyt in funus Rev. et Nobilis. Virj deputatj Synodo Geldriæ D. Henricj ab Hell. Senr Eccles. Zutphanensis. qui febrj continua correptus obyt 27 Novembr.

Sessio 20: Die Lunæ 3ª Decembr.

Ad quæstionem Ecclesiæ Amstelodamensis antea propositam et proxima sessione repetitam reliqui fratres omnes sententias suas, hactenus nondum exhibitas scripto exhibuerunt inter quas nostra hæc fuit.

Sententia F. Bozealis Hollandię de quest. Eccl. Amstelodamensj.

Ad questionem: an puerj ex Parentibus Ethnicis natj, et jam a Christianis adscitj in suas familias, sint baptisandj, si qui eos baptisandos offerunt, fide iubeant se eos in Rel: Christiana educaturos aut ut educentur curaturos?

Respondemus, Videri nobis non eē baptisandos sive Infantes illj sint et recens natj, sive adultiores, ut 6 aut 7 aut plurium annorum sive etiam sint adoptatj: sive bello captj, sive pretio emptj: Sed prius in Rel. Christiana probè et fideliter instituendos, donec fidem in J. Christum unicum mundj Servatorem professi, ipsi ultrò edita fidej confessione, sacrum baptisma sibj administrarj petant.

Quia certum est nihil a nobis nisi ex fide fierj debere: Quidquid enim non fit ex fide, ut Apost. docet Rom 14. peccatum est. Fides vero nostra Verbo Dej innitj debet, in quo tamen hactenus nihil nobis fuit invenire quod eiusmodj pueros baptisandos eē suadeat, multa vero quæ contrarium omnino evincant.

Primum est. Quod in fœdere Dej cuius Sigillum est baptismus non comprehendantur, utpote natj ex Parentibus, quos Apostolus Eph. 2. testatur esse sine Christo, alienos a repub. Israelis, Spem non habentes et sine Deo Versantes in hac mundo.

Secundum. Quod promissiones de remissione peccatorum et Spiritu S. gratia, quæ baptismate obsignantur, ad eos non pertineant, cum solis fidelibus et eorum liberis facta sint prout explicatum habemus ab Apost: Pet. Act: 2. Vbi Judæos ex semine Abrahæ oriundos ita alloquitur: Vobis enim facta est promissio et filijs Vestris et cūctis qui procul sunt, quoscunq; Dñs Deus noster advocaverit.

Tertium quod Paulus 1. ad Corint. 7. eos immundos pronuntiat qui ex neutro parente fidelj orti sunt: immundis autem dare ablutionis p. sanguinem et Spiritum Christi signum, quid esset aliud quam sanctum dare canibus? contra expressum Christi mandatum Matt. 7.

Quartum. Quod D.N.J. Christus mittens Apostolos suos ad Gentes iussit ut eas prius docerent, deinde baptisarent, qui ordo a nobis invertj non debet.

Quintum. Quod Apostolj non legantur ullos baptisasse, nisi quos ante cognitione Rel. Christianæ imbuerant, qui tum demum cum liberis suis in Ecclesiam receptj, sigillum eius in Baptismj sacramento accipiebant.

Posset etiam si necessitas postulaverit huc adduci praxis Eccl. Veteris q3 varia huius rei exempla abundè suppeditaret; qui enim illis erant temporibus admissos, nisi qui in Rel. Christiana satis probe institutj erant. Sed quę ex Verbo Dej allata sunt rationes sufficere, et Sententiæ nostræ evidenter satis demonstrare videntur.

Abrahami Exemplum, familiam suam circumcidentis, nihil, nostro Judicio pro contraria facit Sententia. 1. Quia familiam eius Deus expresse includebat singulari precepto. 2. Adulti circumcidebantur, qui eundem agnoscebat et profitebantur cum Abrahamo Verum Deum, quorum tum liberj, utpote eiusdem fœderis cum parentibus participes a Circumcisione excludj non poterant.

Adoptionē etiam nihil in hac causa posse iudicamus, cum adoptio humana Divinam non inferat.

Sicut.

Sicut nec fidej suo multum huc facere videtur, ut quæ plerumq; fit pro more recepto, etiam si fiat aliquando animo pio et sincero sepissime tamen non præstatur, quod fideiussores morte præripiantur. Vel pueri a parentibus aut repetantur aut etiam vi abripiantur. Charitas autem proximo debito, quæ postulat, ut non tantum corporale sed etiam et præcipuè spirituale ipsius bonum quæramus, et promoveamus, sufficienter erga eos exercetur quando in cognitione et timore Dei fideliter educantur. Privationem vero baptismi frandj ipsis ex non posse, ab omnibus extra dubium ponitur, secundum receptum in Ecclesijs Axioma. Non privationem Sacramentj damnare sed contemptum.

Privatio Sacramenti non damnat sed contemptus.

Lectis omnium suffragiis dixit D. Præses, se cum assessoribus et Scribis eas a meridie illustraturum, et proxima sequenti Sessione indicaturum quid potioribus suffragiis conclusum sit.

Rogata sunt deinde et lecta omnium tam exterorum quam domesticorum Sententiæ de Gradamine Zelandorum super præparatione Candidatorum Sac. Ministerij; inter quas nostra hæc fuit.

Sententia Fr. Bozealis Hollandiæ de præparatione Candidatorum. S. Minist.

Probari nobis fratrum Zelandorum consilium, exceptis illis tribus Articulis, in quibus de prælectione in templis, Visitatione ægrotorum cum Pastoribus, et admissione ad conventus Presbit. et Diaconorum, mentio fit. De quibus nihil certi statuendum, sed summa cum Prudentia hic agendum propter varias difficultates et conditiones Ecclesiarum, Ideoq; hæc arbitrio Ecclesiarum et Pastorum relinquenda esse.

Addendum quoq; nullas conciones publicas a Candidatis ministerij ad Populum habendas, nisi presente ministro uno aut altero, sive a Presbiterio, sive a Classe ad id deputato.

Variæ difficultates a quibusdam fratribus præcipuè Nort. Hollandis in sententijs suis motæ, dederunt D. Præsidj occasionem hasce quæstiones proponendj.

Primo, an consultum sit ut permittatur candidatis Minist: S. 1. Habere conciones publicas 2. Administrare Sac: Baptismj. 3. Interesse præsbiterio, et classibus. 4. Prælegere in templis.

Quæst. 2. explicavit Sententiarum.

Secundo Utrum præstet de tota hac vocatione Candidatos præparandj, decreto Synodico certj aliquid statuere, an vero ex omnibus Sententijs aliquid concipere quod D.D. Ordinibus et Ecclesijs singularum Provinciarum commendetur.

Resp. ad primam.

Ad priora duo membra quæstionis primæ Responderunt Theologi exterj.

Sessio 21. die Martis 4^{a} Decemb:

Responderunt ad dicta priora membra primæ questionis Theologi domestici et inter illos fratres Northollandj.

Primum et Secundum an Candidatis Theol. liceat publicè concionarj et baptizare?

Expensis rationibus ex verbo Dei allatis, sensimus non esse post hac permittendum candidatis Theologiæ, ut Conciones publicas ordinariè passim in Ecclesijs exercity causa habeant. Si se exercere velint, uti oportet coram Synedrijs et classibus id faciant. Verum ubj ad Ministerij functionem a Classibus idonej judicati erunt, ex Classium indicio coram Ecclesijs vacantibus conciones 3. 4. ve habeant, quibus dona sua Ecclesijs probare, atq; ita legitimè ad ministerium vocarj possint: Sed ne id fiat,

Sententia F. Northollandj.

nisi presente Pastore vno aut altero, ad id a classe deputato, qui de eorum donis iudicare, et si quid censura dignum committant, illos de eo monere possit. A Baptismi vero administratione, omnino abstineant. donec legitime vocati, et in S. Ministerio confirmati erunt.

Et potioribus suffragijs conclusum est, quantum ad conciones publicas a candidatis habendas, istas relinquendas iudicio Synodorum et classium, cum certis limitationibus et conditionibus, ut admittantur, si admittendi sint, non nisi qui maiores fecerunt progressus, ut fiat precedente examine, et non nisi necessitate Ecclesiarum urgente. Ita tamen, ut nullo modo ipsis concedatur administratio baptismi.

3. An liceat illis interesse Presbiteris et Classibus.

Ad tertium membrum Quæstionis primæ respondebunt Theologi exteri et domestici communibus suffragijs, illud quidem esse utile candidatis, nihilominus tamen relinquendum prudentiæ et libertati singularum Ecclesiarum et Classium, qua desticient, an, quando, et quibus de causis expediat, ut candidati hi vel illi, in Presbiteriis aut classibus intersint, aut quos admittere vel non admittere velint

4. An consultum sit prælegere in templis.

Ad quartum eiusdem quæstionis membrum respondebunt dicti Theologi prælectionem in templis candidatis quidem conducere posse ad comparandam paresiam et formandam Vocem. Verum relinquendum hoc libertati Ecclesiarum, et ipsorum Candidatorum, qui si visum fuerit ad prælectionem invitentur, non autem constringantur. Sic tamen ut hoc non sit præiudicio Ecclesijs Gallo-belgicis. aut Legibus Collegij Gallo Belgici, quibus Candidati Theologiæ tenentur 4. Vices in templo prælegere.

Resp. ad quæst. 2^m.

Ad quæstionem secundam responsum est communibus suffragijs, ex omnium quæ proposite sunt sententijs, Esse quidem concipiendam certam quandam formulam de præparatione candidatorum ad S. Ministerium, Verum illam ecclesijs protinus commendandam quam imperandam, exceptis ijs de quibus necessario decreto Synodico aliquid statuendum.

Dissensus Remonst. Ultrajectinorum, de forma Catechisationis.

Remonstrantes Ultrajectini exhibuerunt scriptum Synodo ex petitione ipsorum prælectum, quo declararunt, se non posse assentiri articulis quibusdam nuper in Synodico decreto, de forma Catechisationis expressis: nempe, Nullos ad functiones Scholasticas admittendos nisi membra Ecclesiæ et doctrinæ Catechesticos probe gnaros, qui subscriptione manu sua Catechesin Belgicam approbent, et sancte promittant se iuuenturum in Rel.^ne Christ.^i fundamentis secundum conceptam Catechisandi rationem instituturos. Item, Quod Ludimagistri teneantur universa iuventutem adducere ad conciones Sacras, imprimis autem Catechesticas. Item, Quod nulla Scholæ admittende quæ S. Catechisationis exercitia non admittant aut negligant. Sic enim libros Lutheranorum Anabaptist. et similium scholis omnino excludi, quod putabant indecens et iniquum esse. Præterea quærebant, an consultum esset, inconsultis Ord: Singularum Provinciarum, tale quid de scholis statuere, Denique impertiens ipsis videbatur quod decretum esset Catechesin Palatinam ab Ecclesijs nostris Sactorum receptam in illis omnino retinendam, quam illi prius volebant revidendam, Postulantes ut hic illorum dissensus referatur inter acta.

Resp: D. Præsidis.

Hoc scripto lecto, responsum est ipsis a Præside, quod hæc Synodus tantum decrevit, et D.D. Ord: indicare statuit quid fieri debeat et Ecclesijs nostris expediat, quorum erit iudicare quid possit et velint fieri: nihil enim horum posse executioni mandari absq; illorum Voluntate et authoritate. Et quæ de Catechesi dicta sunt intelligenda de tali quali retinebitur in fine Synodi. Denique ipsorum dissensum dictis non posse inseri, quia decretum Ord: est, ut id quod potioribus suffragijs conclusum, pro Decreto Synodico habeatur. Huic resp: acquieverunt, et sibi satisfactum dixerunt.

Ipsisq; Satisfactum

GRAVAMEN 4^tum.

De re Typographica.

Proposuit D. Præses gravamen 4^tum. De re typographica, et monuit ut singuli cogitent de abusibus Typographiæ, et remedys quibus isti commode tolli possent.

Sessio 22. Die Mercury. 5 Decembris.

Advent. Wigboldi Homerj.

Advenit Pastor quidam ex provincia Groningana nomine Wigboldus Homerj ——. subrogatus in locum Joannis Lolingy, qui propter imbecillitatem corporis hactenus cœtui interesse non potuit.

Præleeta est praxis Ecclesiarum Helveticarum qua utuntur in præparandis candidatis S. Theologiæ ad S. Ministerium, ab Helvetys Scripto exhibita et hoc modo concepta.

Praxis Eccles. Helveticarum in præparandis candidatis S. Theologiæ.

De præranda copia idoneorum ministrorum Verbi Divini ante omnia venerandorum fratrum Belgarum sanctos conatus, et consilia pia approbamus, eisq; benedictionem Divinam longè uberrimam precamur animo, atq; hunc Votj testificandj causa, generalissimam ideam œconomiæ nostræ scholasticæ et Ecclesiasticæ, quantum ad presens negotium pertinet, cujj Minerva delineatam exhibere rogatj non gravamur.

Quatuor Helveticarum Reform. Urbium, Thigurj, Bernæ, Basileæ et Schafhusy amplissimj Magistratus, qui Ecclesiarum suarum et Academiarum idoneos pastores ac Professores, seculum hoc integrum gratia Dei singularj acceptum ferunt, ne talibus carendum sit unquam, nihil faciunt ad summam industriam relicuj, ut suorum quisque civium et subditorum filios ingenuos, corporis et animj nullo defectu evidentiore, aut ulla Parentum infamia labecfantes, seligant, et Seminarium alant frequens, ex quo non tantum suæ ditionis Ecclesys, verum etiam Orthodoxis fœderatis, quorum forte facultates tenuiores sunt, sufficere possint Pastores idoneos, veritatis, pacis, ac Patriæ amantes.

Ex scholis Civicis sive Vernaculis, nec non ex scholis municipalibus maturiores transferuntur in Academiam Basiliensem, Vel. Scholas Metropolitanas. Atq; ut Parentes quibus est res domj angustior, filios suos bonis literis alacrius conferent, etiam Classium inferiorum discipulis mediocria stipendia solvuntur.

Quotties in solemnj examine digniores promoventur, promotj ornantur et exhilarantur præmiolo, et reliquis hoc modo stimulus admovere consuevit.

In hos usus redituum Ecclesiasticorum partem haud exiguum ampl.^ Magistratuum pietas destinavit accedentibus præterea opulentiorum legationibus, quibus si reditus quotidie locupletantur.

In Academia et Scholis metropolitanis instituta sunt certa collegia, in quæ adsciscuntur, qui in literis maiores fecerunt progressus ibiq; liberaliter alluntur. His inspector vel Regens præficitur, qui non victus tantum et amictus rationem habet, sed institutione privata quoq; publicam iuvat, moresq; fingit.

Ingenia autem maturè explorarj, felicioza provehj, infeliciora ad aliud vitæ genus ablegarj solent. Quod si in adultioribus etiam prava se prodit indoles aut respondendj altercandi libido, post admonitionem unam et alteram iusto spatio emendandj sese concesso, si pergant ex Collegys et Scholis dimittuntur. Præstat enim Pastor doctrina meliorj instructus, pacificus tamen et pius, Pastore docto quidam sed contentioso.

Academiæ Basiliensis, ceterarumq; Scholarum metropol. ea quidem est ratio et forma, ut ad Academias exteras quemquam mitti admodum opus non sit. Si tamen nonnulli ab singulares ingenij dotes, spem de se concitant eruditionis illustrioris, ac in Orthodoxia confirmationes esse videntur, mittuntur ad Academias exteras eas quas Mecœnates ipsorum ætati et studijs arbitrantur potissimũ convenientes.

Certum tempus peregrinationis non definitur, sed penes Antistites est, suos revocare domum vel tempus prorogare.

Qui revocantur, tenentur parere, et rationem reddere transactæ vitæ, ornati testimonio eorum, apud quos vixerint.

Sive in Patria quis sive apud exteros studia sua ad metam perduxerit, tamen par æquè omnes probare tenentur progressus suos Ecclesiastico et Scholastico conventui, in quo examinantur. In Academia ad examen Theologicum admittitur nullus, qui non prius Magisterij gradum adeptus sit.

Neq; Philosophiæ, linguarum, et Theologiæ cognitio spectatur tantùm verum etiam formandarum habendarumq; concionum facultas gratia atq; dexteritas, cuius specimen in conventu iam dicto ab ipsis exigitur.

Si satisfaciunt ad Ministerium SS. admittuntur, generaliter primùm, et ista lege, ut confessioni sese ceteriisq; laudatis, ac necessarijs constitutionibus Ecclesiæ suæ iureiurando obstringant, nihil se quidquam ab his alienum, neq; publice neq; clam, proposituros, sparsuros aut propugnaturos, priusquam id in conventu superiorum, vel in Synodo proposuerint ac obtinuerint.

Antequam certis cœtibus sti præficiantur, concionando intra et extra urbem, si quis eorum opera egeat, exercentur aliquandiu.

Nulli concionari licet legitime nondum admisso. Si tamen necessitas id fieri cogat, permittitur nunquam ys, de quorum profectu, pietate Orthodoxia atq; proposito certò constat.

Ministerium Verbi et administratio Sacramentorum individuæ iunguntur, ut ea liceant aut ambo aut neutrum. Sunt tamen Collegia candidatorum in hunc institutu finem, ut concionibus privatis exerceantur. Huic exercitio præest moderator ac censor, sed certus seu arbitrarius.

Qui matrimonijs immaturis delinquunt, pro ratione delicti luunt.

Certus annorum numerus ordinando ministro constituitur nullus, quia donorum potius quam ætatis ratio habenda videtur.

Qui legitime vocatus est ad ministerium Ecclesiæ tamen nulli sese offert, sed vocationem legitimam, etiam specialem expectat.

Qui convincitur ambitus, ab omni ministerio suspenditur.

Legibus quoq; cautum est, ne quis Ecclesiæ vacantis ullius intercessionem emendicet, aut si hoc fecerit intercessio sit irrita. Nominantur autem a conventu Ecclesiastico tres quatuor, plures ve, e quibus Amplis. Magistratus unum aliquem ratum habet, nisi Ecclesia illa idoneas causas non admittendi Pastoris exponat.

Receperunt quoq; in se Theol. Palatini se communicaturos Synodo praxin quæ in suprædicta materia servatur in Eccl. Palatinis.

Visum est ergo ex precedentibus Suffragys certam aliquam formulam de Ieiacspatione Candidatorum Ministerij, nondum esse colligendam sed exspectandum donec et Praxis illa Palatina exhibita, et qua nobis utilia esse possint inde addantur et excerpantur.

Decretum Synodicum an infantes Gentium sint Baptizandi. quest: Amstelodamensium.

Ad questionem Ecclesiæ Amstelodamensis, de Baptisandis pueris Gentilium, a Christianis in familias suas adscitis, pronuntiavit D. Præses: Collatis Sententys omnibus, decretum ee suffragys communibus, Adultiores et institutionis capaces non esse baptisandos nisi fundamentis Christ: Religionis initiatos, et nisi semetipsos baptisandos efferant, et baptisari petant. adhibitis testibus idoneis, qui fide iubeant se eos pozzo in Rel: Christiana instituturos, Et ne a familys Christianorum iterum eximantur curaturos. Et quod attinet ad Infantes suffragys potioribus: eos etiamsi adoptati sint Legitimè in familias Christianorum vel alio quodam modo adsciti, tamen no ee baptisandos.

Remonst: 2°. Citati.

Post hæc declarauit D. Præses, tempus citationis Remonstrantium iam effluxisse et Sodiecnum diem ultimum esse; quia autem hactenus neq; nobiliss°. D. Præsidj Politico, neq; Ecclesiastico se manifestauerat publicè denuo citarj, et monerj, ut si qui adsint Præsidj Politico vel Ecclesiastico se sistant quamprimum.

Ultraiectinj Rem: respondeunt Sodiè eos ad futuros, et adventum suum D. Præsidj indicaturos.

Ad propositum gravamen de re Typographica dixerunt Sententias suas Theologi exterj, inter quos Anglj et Bremenses, inter quos Sententias suas scripto exhibuerunt, et reliqui se exhibituros promiserunt. Et inter domesticos Sententias suas descriptas exhibuerunt Gelrj Suyd Hollandj et Noortbollandj, quorum N. Holl: Sententia erat huiusmodj.

Sententia Noortbolland: de re typographica.

Agnoscere se et dolere Varios et magnos in Typographia hactenus fuisse et adhuc esse abusus, quos ablatos certè optant, et ut tollantur summopere cum bonis omnibus adlaborandum indicant. Nihilominus tamen existimant plenariam istorum abusuum enumerationē in hoc Venerando consessu instituj vix posse, nec forte expedire. Neq; etiam vident malo hinc ab hac Synodo, remedium aliud posse adhiberj nisi, quod Illustriss. D. D. Ord: Generalib: (Quos hæres imprimis spectat) per certos huius Synodj deputatos, qui in abusus omnes diligenter inquirent, incommoda et pericula istorum abusuum, et necessitas remedy proponantur ac inculcentur, Illorumq; Dominationes rogentur ut authoritate sua hoc consilium (si videbitur) approbent et promoveant: Nempè ut magna illa licencia et scriptorientium et Typographorum in edendis et excudendis quibusvis et quoslibet libris legibus certis reprimatur, Et scriptoribus Visitatores ac Typographis correctores adhibeantur, ne quid nisi legitimo consensu et ea qua decet cura imprimatur. Quas leges si hæc Synodus a Summo Magistratu possit obtinere, non grauabitur cum debita reverentia operam suam conferre, si aut in dandis consilys, aut in condendis legibus ea placeat utj.

De scriptis vero et libris, quos aut Virj Ecclesiastico aliquo munere fungentes. aut membra Refi Ecclesiæ parant edere, quatenus hoc ad ordinem et eam Ecclesiæ spectet, postea suo loco erit agendum.

Reliqui sententias suas sequentj sessione exhibendas dixerunt.

Appendix ad quæstionē de re Typographica.

Monuit quoq; D. Præses, ut reliqui fratres eo melius ad propositam de Typographia quæstionem responderent. Habendam esse etiam rationem eorum qui membra cum sint Ecclesiæ, vel munere aliquo in Ecclesia fungantur, libros conscribunt de rebus Theologicis, ut ys etiam ordo præfigatur.

Sessio 23. Die Jovis. 6 Decembr.

Remonstr. citati stiterunt se primo Præsidj.

Indicavit D. Præses adfuisse sibj nomine citatorum Remonstrantium Henricum Leonem. Carolum Niellium. Pslm. Pinacrum et Isaacum Matisium qui significarunt citatos omnes advenisse, sed, quia ipsis nondum esset prospectum de hospitys, eorumq; supellex adhuc dispersa, et res quæ agenda erit maximj sit momentj, quæ non sit præcipitanda, petere eos, ut actio in diem crastinum, vel (ut Remonstrantes Ultrajectinj ipsorum nomine addebant) in diem Sabbatj differatur.

Dominj Delegatj a Præside rogatj, utrum Remonstrantib. petitio hæc sit concedenda, responderunt, quandoquidem terminus citationis iam effluxisset, eos debere se sistere Synodo, et causas dilationis, qua petunt, coram proponere, ut Synodus de ys cognoscat et judicet. Quod responsum totj Synodo placuit.

Exierunt itaq; nomine Synodj Pastores Remonstrantes Ultrajectinj reliquos accersitum——.

Interea exhibuerunt reliqui Theologi tam Exterj quam Domestici sententias suas scripto consignatas, ad gravamen de re Typographica——, qui superiorj sessione responsa sua distulerant.

Placuitq; fratribus Noordhollandis Sententiæ suæ, antea declaratæ hanc appendicem adjicere.

Appendix fr. Noordhollandor. ad sententiam suam de re Typographicâ.

Quod ad eos attinet qui Ecclesiastico aliquo munere fungūntur aut etiam Eccl. Reformatæ membra sunt, censent fratres Noordhollandj, id observandum, quod in Synodis nationalibus, Dordracena, Middelburgensj et Hagiensi statutum fuit, ys nimirum non licere ullos libros Theologicos edere, nisi prius a synodorum particularium aut classium deputatis censoribus examinatj et approbatj fuerint.

Sententys omnibus prælectis dixit Præses, ex illis suo tempore concinnandam formulam quandam, eamq; judicio Suius Synodj subjciendam——cui pronunciato Synodus acquievit:

Ultrajectinj reversj retulerunt remonstrantes addesse in inferiori conclavj: Eosq; jussu Præsidis in coetum hunc Venerandum adduxerunt.

Remonstr. citatj stiterunt se deinde Synodo.

Locus ad mensam in medio consessus collocatam ipsis est assignatus. Quo occupato D. Præses significavit se petitionem ipsorum Synodo explicasse, verum D. Delegatis et Synodo placuisse, ut ipsj si quid habeant coram proponant: Licere ergo ipsis hoc ipsum indicare.

Excepit deinde Sermonem M. Episcopius, qui synodo congratulatus et bona omnia a Deo precatus, nomine omnium dixit, appulisse se et suos intra tempus præfixum, paratos esse ad defensionem causæ suæ quam hactenus bona conscientia egerant, ac proinde ad amicam collationem! De tempore comparitionis et actionis, nolle se aliquid præfigere! Verum totum hoc arbitratus Synodj relinquere: Et quod D. Præsidj de differenda actione in diem unum aut alterum dixerant, se illud propriè non petisse sed solummodo ut æquum proposuisse: quia cistas aperire et charta explicare debebant.

Illis igitur secedere iussis, rogavit D. Præses an hæc Propositio Remonstrantium DD. Delegatis de Synodo æqua videatur.

Responsum est a Delegatis ut tempus comparitionis differatur in diem crastinum, cuj et Synodus acquievit, simulq; statuit, illis nunc rotunde esse indicandum, eos debuisse attendere, ad sensum literarum citatoriarum, nempe eos citatos, non, ut cum illis institutur collatio (quæ admodum illj videbantur subindicare) ne synodus habeatur pro parte adversa: Sed ut sententiam suam coram Synodo proponant, explicent, et quantum possunt defendant, eamq; cum rationibus omnibus synodi Judicio submittant. Simulq; ut considerationes suas Syn. Catechesi et Confessione Belgica quas habent expressas, huic Synodo exhibeant.

Respondet Episcopius, postquam Remonstrantes in consessum revocatj essent; quod voce collationis usj sint, quia putarent ad pleniorem cognitionem et defensionem causæ, collationem eē necessariam.

Verum instabat Præses ipsis debere sufficere, quod eorum sit attendere ad Argumentum literarum Citatoriarum.

Petitio Remonstr. de adhibendis sibj Grevinchovio et Goulartio.

Episcopius ergo orationem deflectens ad D. Delegatos rogavit ipsos ut liceat sibj ad defensionem causæ etiam adhibere Grevinchovium et Goulartium, non ut Synodum remorentur, quippe quj tempore præfixo essēt adfuturj) Verum quia iam ante libello supplice idipsum ab D.D. Ordinib. Gener. Petyssent, et ab illorum Dominationib. ad D. Delegatos ablegatj essent.

Visum fuit D. Delegatis et Synodo libellum supplicem de quo mentionē faciebant, p. Samuelem Nezarum, una cum Apostilla, ab ys ruesum egressis petere; Qui retulit ipsos nec libellum supplicem, nec Apostillam habere, quia libellum supplicem D.D. Ordinib. reliquerant, et Apostillam scriptam obtinere non potuerant. petere tamen ut Grevinch. et Goularti⁹ Vocentur, quia iam antē sic a Synodo decretum fuerat. ad quod responsum est, id quidem verum esse, sed ex placito D. Delegatorum, quorum arbitrio Synodus totum hoc opus commiserat, decretum illud mutatū fuisse.

Status Grevinchovy et Goularty quis.

Dominj delegatj sententiam rogatj iudicium distulerunt in sessionem proximam segnentem.

Interea D. Præses indicavit quo loco res Grevinchovy nunc sint, et ex actis Synodj particularis Delfensis prælegit, ipsum a dicta Synodo, postquam aliquoties citatus comparere noluisset propter contemptum Synodj et Ordinum Hollandiæ et Westphrisiæ, Item propter seditiosos sermones varios errores et blasphemias ex scriptis ipsius deceptas, ab omnj ministerio Ecclesiastico abdicatum, neq; illum ab ista sententia ad hanc Synodum provocasse. Quod ipsum fratres Synodi Hollandj confirmabant, dicentes cum hoc ipsi decretum per duos delegatos D.D. Ordinum Hollandiæ indicatum esset, ipsum acquievisse, et tantum petysse, ut liceret Roterodamj commorarj, atq; ibidem mercaturam exercere.

° De Goularto dixerunt fs Gallobelgę ipsum ab Ecclesia Gallobelgica Amstelodamensj a functione quam in ea sustinebat suspensum et abdicatu, et Amplis. Magistratum abdicationem hanc approbasse. f

f sed postea intercedente Synodo cum Ecclesia ibidem Gallobelgica reconciliatum esse.

° Vide plenior. huius declarationem fo. 36.

Verum ut omnia accuratius expendantur placuit etiam Synodo, iudicium de hac re cum Dnis Delegatis differre in diem crastinum.

Sessio 24. Die Veneris 7. Decembris.

Ad petitionem Remonstrantium de adhibendis sibj Grevinchovio et Goulartio responderunt D. Delegatj scripto. quod p. Cl. D. Heynsium prælectum est. Vt sequitur:

Resp: D. Delegatorum ad petitionē Rem. de Grevinchovio et Goulartio.

Decretum Illustriss. ac Prępotent. D.D. Ord. Generat. Delegatorum de Nicolao Grevinchovio et Sim: Goulartio.

Ad petitionem et postulationem citatorum Remonstrantium, regnizentiæ presentiam, patrocinium, et adiunctionem Nic: Grevinchovij et Goulartij Delegatj Illustr: D.D. Ord: Generalium cognita Sententia depositionis et remotionis dictorum Nicolaj et Goulartij, a competentib. Judicijs pronuntiata, et legitimè executionj demandata, nec appellatione vel provocatione ad superiorem, vel querela ulla suspensâ. Declararunt et declarant per presentem, quod postulationj et petitionj eorundem citatorum Remonstrantium ex mandato Dominorum suorum, annuere nec possint, nec inire debeant: Permittentes nihilominus gratiosè dictis Nicolao et Goulartio, quod liberum ad Sanc Synodum Venire, causam Remonst. citatorum privatim et particulariter instruere possint et valeant (ita tamen ut nulla sine dilatio vel mora Synodalibus actionibus ingeiatur) auditisq; rationibus eorundem, et plenè à Synodo examinatis, si quid ad explicationem, defensionem & notiss. Articulorum et eorundem dependentiarum, ante promulgationem decretj Synodicj deesse putaverint, quod ad uberiorem et perfectiorem eorundem articulorum intellectum vel sensum pertinere et requisj arbitrentur, impetrata a Synodo Venia breviter et modeste ea proponere et scripto comprehendere possint, et desuper Synodj huius indicationj se submittere debeant. Ratis nihilominus manentibus censuris et Sententijs Ecclesiasticis respectivè contra ipsos latis, quibus in nihilo per nostram Sanc gratiosam concessionem derogatum esse, sed eas firmitatem suam et robur obtinere volumus. Dordraci 7 Decemb. 1618.

Ex mandato Amplissi. D.D. Gen: Ord: Deputatorum publicè prælectum.

D. Heynsius.

Decretum hoc prælectum tota Synodus unanimiter approbavit.

Quod a Synodo approbatum.

Postea proposuit D. Præses, Remonstrantibus Ultraiectinis ad Sanc Synodum deputatis an non ipsis æquum videatur, propter communis causæ defensionem se adiungere reliquis Remonstrantibus, i° Quia a suis habeant in mandatis ut causam Remonstrantium defendant. 2. Quia etiam illi iam antea inter Remonstrantes citandos nominatj essent. adeoq; pro citatis habitj 3° Quia eorum res eodem sint loco, quj Episcopy et reliquorum. Dicti vero Remonstrantes petierunt et retulerunt sibj scripto propositionem Sanc exhiberj, spatiumq; deliberandj concedj, quia potestas ipsis facta sit a suis, an se Remonstrantibus adiungere velint aut nolint.

An Remonst: Ultraiect. se non debeant reliquis adiungere Rem.

Dominj Delegati pronuntiarunt se non gravarj, si ipsis spatium deliberandj detur quod et Synodus ipsis non negarit, Verum propositionem scriptam obtinere non potuerunt, quia id moris non est singulas propositiones scripto tradere. Sunt itaq; à Præsidem monitj ut die crastino parati sint ad propositam quæstionem respondere.

R. V. petunt spatium deliberandj. quod ipsis concessum.

Interea Remonstrantibus reliquis in consessum vocatis, Significatum est ipsis à Præsidem, quid a DD. Delegatis totaq; Synodo ad ipsorum petitionem de Nicolao Grevinchovio et Goulartio esset decretum.

Quod cum ipsis a D. Dan: Heynsio esset prælectum, instituit Episcopij absq; ulla petita et concessa Venia prolixam Oratorem, eamq; apologeticam pro communj causa Remonstrantium, et invectivam contra Orthodoxos nec non obliquè contra Magistratum.

Oratio prolixa a Episcopy absq; Venia, quę a singulis Remonst. consignata D. Præsidj tradita.

Ea finita postulavit D. Præses a Remonstrantibus ut copiam istius Orationis exhibeant quia multa contineret non exigui momentj, ad quod cum Episcopius respondisset se exemplar descriptum non habere.

petivit.

petivit D. Præses ut scriptum traderet quod ad manus habebat.

Postularunt quoq; D. D. Delegati, ut orationem istam, quia multa continebat, non tantum Ecclesiasticos, sed etiam Politicos tangentia exhibeant consignatam et a singulis subsignatam.

Cui postulato ex tempore satisfecerunt, tradentes in manus D. Præsidis autographum ab omnibus subsignatum.

Quo facto significavit ipsis D. Præses, se iam videre, quanta cum æquitate et longanimitate Synodus cum ipsis agat, quod loco brevis Responsi ad prælectum Decretum, nondum intellecta causa citationis, neq; etiam petita multo minus concessa venia (quod quidem nec ipsis Synodi membris licet) quã prolixissimè de rebus maximi momenti pronunciarint: Debuisse enim Præsidi ante de proposito percurrendi et argumento orationis constare, idq; eo magis quia hoc agendi modo indicarunt sibi propositum fuisse in ipso ingressu exterorum Theologorum animos præoccupare.

Ad quod Episcopius respondit, se fecisse quod sui erat officij, neq; se orationes istas antea vidisse

Præposuit deinde D. Præses, quia nunc agendum esset de causa Remonstrantium, ante omnia despiciendum esset, ut satisfiat decreto Illust. D. D. Ord: Generalium. et ut propterea a singulis membris huius Synodi præstetur illud iuramentum de quo in articulis de indictione Synod: Nat. Artic: 10: fit mentio, &c.

Quod iuramentum D. Præses scripto comprehensum prælegit et exemplo suo reliquis omnibus præiens, qui etiam singuli (exceptis Remons: Ultrajectinis) idem præstiterunt, primo Domestici, deinde Exteri, præfati se etiam a suis Principib. et Magistratib. in mandatis habere ut in hac causa secundum solum Verbum Dei agant.

Iuramentum autem quod præstitum est, erat hoc.

Iuramentum præstitum a singulis Synodi membris.

Promitto coram Deo, quem præsentissimum, rerumq; et cordium scrutatorem credo et veneror, me in tota hac Synodali actione, qua instituetur examen, iudicium, ac decisio, tum de notis 5 Articulis, et difficultatibus inde orientibus, tum de omnibus reliquis Doctrinalibus, non nulla scripta humana, sed solum Dei Verbum, pro certa et indubitata fidei regula adhibiturum, mihiq; in tota hac causa nihil propositum fore præter gloriam Dei, tranquillitatem Ecclesiæ, et cumprimis conservationem puritatis Doctrinæ. Ita propitius mihi sit Servator meus Iesus Christus quem precor ardentissime, ut in hoc proposito Spiritus sui gratia perpetuo adsit.

Hoc iuramentum non fuit totidem verbis a singulis repetitum, verum singuli ex ordine assurgentes, apertis capitibus declararunt, se idem sanctè coram Deo promittere, atq; id præsentib. Remonstrantib. citatis.

Sessio 25. Die Sabbati 9 Decembr.

Respondérunt deputati Remonst: Ultrajectini, ad propositionem hesternam, se hactenus pro membris Synodi agnitos, et porro agnosci debere et rationes a Præside allatas contra ipsos nihil posse. Non primam, quia missi essent ad hanc Synodum, ut eius membra, auctoritate tum Ecclesiastica tum politica, nec astricti ad defensionem causæ Remonstrantium nisi necessarium id sibi videatur, parati illud demonstrare literis suis instructorijs. Non secundam. Quia sibi non constaret id literis citatorijs contineri, nec indicta Citatione grievissent. Non tertiam. Quia magna esset disparitas inter ipsos et Rt. Simonem Episcopium, utpote qui nulla auctoritate Ecclesiastica vel Synodica, ad hanc Syn: missus esset.

Resp. Remonst. Ultrajectin. an reliquis Rem sint adiungendi.

Hoc audito, quia ad literas instructorias procavezant missus est Isaacus Tideseji ut eas adferret, concessamq quam dicebant libertatē in ys ostenderet.

Litere Synod. Suytbolland. ad Synodum Nat:

Interea prelegit D. Preses Literas missas Briela ad Synodum hanc Nat: a Synodi Suydboll: Deputatis, significantibus, quod munitj authoritate ac delegatis D.D. Ord: Hollandiæ, intentj et occupatj essent rebus agendis quę ad tranquillitatem Ecclesiarum maxime spectarent, et petentibus quandoquidem haberent quod agerent in civitate Brielana, ac propterea sibj opus esse in primis presentia Theoph. Rycheward, qui inter citatos Remonstrantes Dordraci iam aderat, ut dictus ille Rycheward, ad tri: duum posset dimittj, seqz dictis deputatis sistere.

In cuius rei explicationem a D. Preside propositum fuit, non esse de Doc: trinalibus, sed allys quibusdam rebus, cum illo Rycheward agendum.

Ad hanc petitionem respondezunt D. Delegatj, in quorum sententia tota Synodus acquievit. Non posse eum quj a maiorj tribunalj citatus esset a minorj vocarj. Liberum tamen ipsi relinquj si velit ad triduj spa: ciam hinc discedere.

Litere instructoriæ Ultraject. quibus prolatę unati sunt sibi liberum ee Rem. defendere aut no defendere Sententiam.

Isaacus reversus prelegit ad mensam Presidis, ex instructione deputatis allata hæc verba idemmate Belg: conscripta, quibus suprædictam libertatem exprimj dicebat. Voor eerst end hl voore sullen de Bode den broederen seggen de liefde Christelyck te betoonen, alle de s. fe controverterende articulen van predestinatie en aenverbonden dingen, tsy deur Defensie van Sententie t'zy by overmodatie of mitsdien te: lerantie, so haer E. in conscientie best sullen sien te: eynden Vinden. Et paulo post: Ende dien eynde sullen haere E. voor indient noodich bevinden hl, haer by en nessens daselve voegen, om met haer in dit stuck a yuel te beseignen: dese est: Inprimis et ante via conabuntur Dñi ac fratres una cum allys pertractare articulos 5 Controversor de predestinatione einsqz appendicibus, sive per defensionem Sententiæ, sive p. accemo: dationem aut mitiam tolerantiam, prout ipsorum dignitatibus in conscientia maxime consultum videbitur. Item paulo post. In illum finem ipsorum dignitates — — — si necessarium indica: bitur, se eysdem adiungent, ut cum ipsis in hac causa sedatim agant.

Ad maiorem explicationem ~~respondit~~ dixit Isaacus pronomen Iisdem referrj ad Remonstrantes, indicium vero de necessitate sibi delatū esse, ita ut se Remonstrantibus adiungere possint, si necessarium id esse indicent.

Cum igitur urgerent ex vi instructionis suæ, sibi deberj locum hactenus ipsis concessum, rogavit eos Preses, utrum ipsis propositum sit, sententiam Remonstrantium defendere nec ne, Respondebant illj, se hoc indicare non ee necessarium, atqz id sufficere. Instabat Preses quia necessarium non indicabant, ut promitterent se non facturos, illi autem regessezunt, se sententiam Remonstrantium, non magis defensuros, quam reliqua membra huius Synodj, suam, atqz sic paratos ee ad prestandum iuramentū. herj a reliquis prestitum.

Sententię de hac questione.

Tandem rogavit D. Preses sententias, ac primo D.D. Delegatorum, qui responderunt ut indicium hac de re sit penes Synodum.

Deinde Theologorum tam Exterorum quam domesticorum, inter ~~has~~ fr. Northollendorum haec fuit.

Sententia Fr. Northollandi.

Remonstrantes Ultraiectinos reliquis citatis adiungendos esse censemus his motivationibus.

Prima, quia Remonstrantes sunt a Remonstrantibus deputati, cum Remonstrantibus causam communem habentes, quae nunc Synodi huius examini et iudicio subiecienda est: Iudices autem ut sint propriè causae equitas nequaquam permittit.

Secunda Quia in mandatis habent a suis Remonstrantium articulos ut proponant et defendant, adeo ut ex vi mandati suorum deputantium reliquis Remonstrantibus se adiungere teneantur.

Tertia. Quia antehac cum citatio reliquorum, ex placito amplissimorum D.D. Delegatorum, et huius Venerandi Synodi decreto instituebatur, pro citatis habiti, usque annumerati fuerunt, eamque ob causam, cum ex omnibus Provinciis, quae Remonstrantium doctrinis turbatae fuerunt, aliqui essent citati, Provincia Ultraiectina praeterita fuit.

Quarta. quia in ipsis literis citatoriis, publice Synodo praelectis et probatis, manifeste satis indicatum fuit, ipsos reliquis citatis annumerari.

Quinta, quia eodem plane sunt loco, quo M. S. Episcopius, qui tamet. si ab Illust: D.D. Ordinibus Holl. et West Frisiae ad hanc Synodum inter Professores missus, citatus tamen cum aliis Remonstrantibus ex vi illius Citationis, eidem se adiungendum esse intellexit.

Nec obstat. quod liberum sibi factum esse dicant a suis, sententiam Remonstrantium vel defendendi vel non defendendi.

Primo, quia nostrum non est attendere ad secretam quam secum gerunt instructionem, sed ad literas fiduciales patentes quas Synodo exhibuerunt.

Secundo, quia non satis sincere sic agitur cum hoc Venerando conventu, quando quid aliud habetur in recessu, quam quod publicis literis Synodo manifestatur.

Tertio, quia occulta quaedam instructio, vel rescriptum postea a suis impetratum, amplissimorum D. Delegatorum et huius Venerand. Synodi iudicio ac decreto eximere ipsos non potest.

Quarto, quia instructio ipsa, ut ex pluribus excerptis patet, liberum ipsis non relinquit, in hac actione, quae de veritate sententiae Remonstrantium fiet inquisitio, eam non defendere. Sed alterutrum enim adstricti sunt, vel defendere, vel accommodare: Synodo vero sic de accommodatione non agit. Restat ergo ut ex vi illius suae instructionis Remonstrantium sententiam defendant. Quapropter ingenuè profitemur, illorum responso nobis minimè satisfactum, imo in sententia magis nos confirmatos esse.

Statutum Synodi.

Synodus autem potioribus suffragus statuit, Licet optandum fuisset ut Remonstrantes Ultraiectini sic reliquis Remonstrantibus citatis adiunxissent, nihilominus tamen, ut aequitati aliquid detur, ipsis liberum esse, ut sedeant cum reliquis membris huius Synodi, tanquam iudices, si velint praestare hasce sequentes conditiones.

Conditiones Vltraiectinis Rem. propositę.

Prima, ut declarent se in conscientia existimare, sibi a deputantib. datam eę potestatem s Hetic. Remonstrantium non tantum accommodandj, sed etiam definitivè sententiam suam pronunciandj. non tantum de Vezitate, sed etiam de falsitate eozundem, si in conscientia falsos indicavezint.

Secunda, Ne cùm coneitatis Remonsteantibus hac in causa communisint, negę quidquam eliminent eozum, quę absentibus citatis in Synodo dicuntur aut aguntur.

Tertiam, ut pozro maneant, in ozdine indicium, negę postea se mutata Sententia adiungant citatis.

Quartam: Ne turbent actionem Synodj. cum deliberatur de hisce articulis, interpellationibus importunis,

Quinta: Ut idem inzamentum prębstent, quod ceterj prestiterint.

Illj Vero hasce conditiones scripto sibj exhiberj, spaciumqę deliberandj concedj postulazunt, estqę ipsis concęsum deliberandj spatium, in Vesperam, ut hora quinta responsionem suam brevi scripto, ad D. Presidem, et assores scribasqę perfezant.

Sessione 26. Die Lúna 10 Decembr. antemeridiem.

Remonst. Vltraiectinj adiungunt se ceteris Remonst.

Retulit D. Præses, Remonstrantes Vltraiectinos, hora indicta se stitisse et ad conditiones ipsis propositas scripto quodam (cotuj prælecto) excepisse rogatos tamen, ut de penitus examinata, responsum categoricum velint ex hibere, tandem scripto, sententiam suam categoricè concepisse, eamq; Synodo prælegendam obtulisse: nempe sibj visum fuisse, salvo principalium suorum iure, reliqnis Remonstrantib. citatis se adiunzere.?

Verùm, Quia Helsdingius Senior istj declarationj Remonstrantium Vltraiectinorum non subscripserat, rogatum est, num esset ille vocandus et privatim cum illo agendum? Set placuit D. Delegatis rem ipsa differrj.

Prestiterunt inzamentum, qui antea absentes non prestiterant, inter exteros D. Tronchinus, inter domesticos. Iezemias Doezius.

Remonst. scriptum quoddam Theologis exteris exhibuerunt.

Proposuit D. Sybrandus sibj a Vizum quendam prium et Doctum significatum Resmonstrantes Citatos Theologis Exteris exhibuisse scriptum quoddam, eoqę ipsorum animis iniecisse scrupulos; quos sibi eximere non potezant.

Rogatj ergo Theologi Exterj, de hoc scripto, respondezunt Anglj, Palatinj Hassiej, sibj quidem scriptum, a Remonstrantibus exhibitum, vera scrupulos nullos iniectos, seqę paratos esse, scriptum illud exhibere. Helvetij de scripto quidem, sed de scrupulo nullum fecerunt mentionem.

D. Deodatus isto scripto nullos sibi iniectos scrupulos, preter illos quos iam ante Episcopius oratione sua iniecerat. Seqę scriptum istud iam ipsis Remonstrantibus confestim Presidj tradidisse. Bremenses indicarunt sibi quidem scriptum exhibitum sed illud non nisi a D. Corvo lectum, qui profitebatur se esse illum qui D. Sybrando de scripto indicaverat, sibiqę lectione istius scrupulos quosdam iniectos, non quidem doctrinam, verum historiam rerum iam actarum et pozro agendarum tangentes. Embdanj Vero dicebant nullum sibi scriptum exhibitum, licet 3 ex Remonstrantibus Ritzio Luca adfuissent.

Domestici Theologi hisce auditis obnixè rogarunt exteros ut placeat scriptum illud exhibere, et quibus scrupulj iniecti essent, eadem opera scrupulos istos exprimere.

Rem.

Remonstrantibus in consessum vocatis quæsitum fuit, num æquum esset ut Remonstrantes Vltraiectini, qui se iam reliquis Remonstrantib. adiunxerant, orationi ab Episcopio habitæ subscriberent, quemadmodum reliqui subscripserant? Illi vero petierunt spatium orationem istam prius legendi et examinandi.

Remonst: causa citationis sua exposita.

Proposuit Præses Remonstrantib. causam citationis suæ, ac propterea ut ad rem veniatur, ipsis nunc esse proponendam declarandam et defendendam sententiam suam de 5 articulis, et scripto exhibendas, suas quas habent considerationes, sup. Catechesi et Confess. Belgica, in eum finem ut omnia examinentur, et Synodi iudicio subjiciantur.

Rem: prærequisita quædam proposuerunt, et inter alia declararunt se Synodum hanc non habere pro iudice, quia cæt pars adversa et pluerimi in illâ schismatis authores aut fautores.

Illi vero petierunt, priusquam ad rem veniatur, liceret sibi quædam necessario prærequisita proponere, ac scripto prælegere.

Concessa legendi venia, prælegit Bernhard. Duinglio scriptum satis prolixum quo conati sunt iudicium huius Synodi subterfugere, declarantes se hanc Synodum non posse nec velle habere pro Iudice sua Sententiæ, sed geminam aliam Synodum debere substitui, constantem altera ex Remonstr. altera ex Contraremonstrantibus, inter quas tanquam inter partes adversas tam diu ultro citroq; esset agendum et disputandum, donec in formula quadam accommodationis vel mutuæ tolerantiæ esset consensum, In quem finem, rejicientes hanc Synodum (exceptis Exteris) ut partem adversam quia pluerimi, quis ex foederato Belgio comitiissent essent schismatis aut Authores aut Votores, præscripserunt duodecim illas conditiones, quas paulo ante hanc Synodum Ordinib. Holl. et West Friss. certa quadam Remonstrantia complexæ fuerant exhibuerant, Verum nunc variis accusationibus intermixtas rationibus ac testimonys firmaverant.

Rem. propter accusationem schismatis

Indicarunt D. Delegati, scriptum hoc continere duplices rationes, quarum alia D. Ord. Generales, alia Ecclesiasticos spectarent, ac propterea se Ecclesiastica Synodo relinquentes, Politica ad plenioram cognitionem velle revocare.

Ex sententia D. Delegatorum et Iudicio Theologorum tam Exterorum

Estq; scriptum hoc post prælectionem unanimiter approbatum, et a Remonst. ordinis subsignatum D. Præsidi exhibitum: Qui deinde proposuit, cum Synodus hæc authoritate Supremi Magistratus, cuius subditi illi sunt, et Ecclesiarum Reformatarum, quarum se membra et Pastores profitentur, congregata sit, illos non posse subterfugere huius Synodi iudicium, absq; vilipendentia ullius ordinis, tam Politici quam Ecclesiastici: Neq; suis tergiversationibus causæ suæ consulere: ac proinde eorum esse, ut præambulis omnibus missis tandem ad rem deveniant.

Vide aliquid quod huc facit Sess. 36. parag. ultima.

Excepit C. Niellius Remonstrantes inter conditiones propositas discernere, easq; non omnes æque necessarias facere, sed quasdam tales esse a quibus salva Conscientia non possunt recedere: Et addidit Episcopius, imprimis illam rationem esse examinandam, quod sedeant Iudices qui Schismatis sunt authores et votores.

Sessio 27. Dicendem à meridie.

Proposuit D. Præses, quandoquidem Remonstrantes Sessioni antemeridiana satis imprudenter animadversum eorum qui in hac Synodo sunt Schismatis accusaverant, eaq; accusatio non tantum in Synodum contumeliosa, et iniuriosa sit, Verumetiam in Summum Magistratum ipsumq; Principem suum redundet; an non omnino consultum videatur, ut citatis de gravi hac accusatione seriò moneantur, ysq; ostendatur ipsis tam inconsiderate non fuisse loquendum? Responderunt D. Delegati se iam aliquid scripto consignasse, quod citatis sit prælegendum.

Responderunt quoq; exteri, oportuisse illos memores esse quod citati sint, et ut Christianos ordinis imitari decet, non tantum æquitas verumetiam authoritas

huius Synodj, illos graviter esse increpandos, quod omnes modestię limites transgressi maximam huic Synodo iniurię notam inusserint, ac talia in conspectu et coram auribus auditorij tam frequentes proposuerint, quę coniuncta sunt cum summo Vilipendio D.D. Ordinum et Ecclesiarum, ac propterea monendos ne postea tam petulanter ac Inuemiliter agant. Quod idem etiam dictum est ab illis, qui antea declaraverant, sibj scrupulos aliquos iniectos fuisse, seqꝫ suspensos hesisse, ex oratione illa, quę ipsis a citatis erat exhibita.

quam Domesticorum,

Respondernnt denięꝫ Domesticj, illos omnino monendos et reprehendendos, quia absurdum sit, illos inchoasse ab accusatione huius Synodj, quā ipsi sciunt ab D. Ill. Ordinibus convocatam et a Rege Mag. Britanię alysqꝫ Principibus et Magistratib. approbatam. Debuisse illos incipere a doctrinalibus, de Schismate et authoribus illius postea esse despiciendum, ac propterea illud quod in controversia est, non debuisse illos tā intempestivè huic Venerando consessuj impingere, ad quod nostrum non est tacere, ne tacendo in tam gravem criminationem videamur consentire.

In consessu à Presidę seriò et graviter taxati et monitj.

Citatis ergo in consessum Vocatis, D. Præses ex authoritate Synodi ipsos suę protervię et immodestię seriò et graviter, cum taxatione et reprehensione, monuit, Jisque iniunxit ut in posterum a tam petulanti et inuemilj (ut Synodus indicavit) pronuntiatione abstineant.

Deinde prælegit ipsis Clar. Daniel Heynsius Decretum hoc D. Delegg.

Decretum Illust. ac præpot: D.D. Ord: Generalium Delegat: ad petitionem Remonstrantium.

Decretum D. Delegat ad Exceptionem Remonstrant.

Visis atqꝫ examinatis singulis articulis conditionibusqꝫ quę a Remonstrantibus ad Nat. hanc Synodum citatis exhibitis hodie ac prælectis quas in antecessum a Synodo concedj sibj ante ulteriorem rerum inchoationem, disquisitionem, ac tractationem petierunt, Illust. ac Præpotentium D.D. Ord. Gen. Fœd. Belg. Provinciarum Delegatj, prævia informatione harum petitionum relecta formula legibusqꝫ Visis, secundum quas omnes actiones Synodales adeoqꝫ totius huius Synodj decursus instituj, dirigj, administrarj, ac tandj voluerunt, Declarant, singulis hisce petitionibus, articulis, et conditionibus par præfatus illust. ac P. Potentes D.D. Ordines abundè prospectum ac provisum iam esse: Et quæ porro cunqꝫ in hanc rem durante tota hac actione incidere possunt, a Synodo maturè curarj, et decerni posse. Quapropter, ut ne mens aut intentio eorundem Illust: ac præpot. D.D. Ordinum ullo modo eludatur aut Synodales hac actiones porro contrahentes aut tempus diutius longinsqꝫ, in Reipub. atqꝫ Eccl. detrimentum extrahere, Deputatj Illust: ac Præpot: D.D. Ord: generalium, iam antedicti censent, mandant atqꝫ imperant, Remonstrantibus citatis, ut citra ullam dilationem, moram aut dilationem ullam, ad ulteriora et præcipuè hac Synodo agenda accedant, et quæcunqꝫ a Synodo huc tinus decernentur ijs obediant atqꝫ morem gerant. Dordrechtj 10 Decembr. 1618.

Post hæc respondit Episcopius citatos gravissima de causa proposuisse ea, quę ante meridiem proposita essent, non fuisse sibi mentem, Politicos Schismatis reos facere, hoc tantum voluisse, esse Schisma factum, et factum ab Ecclesiasticis sc.

Inter-

Interposuit D. Pręses politicus: Citatorum esse ut memores sint modestiæ, prælectum et anditum nunc esse decretum, oportere ut pareant, nec Synodum interpellationibus interturbent. Excepit Niellius; Varia intermiscuit, disputationem instituit, et multis ultro citroq; consertis verbis, licet D. Delegatis bis terve citatis obedientiam impetrassent, et ut tandem ad declarationem Sententiæ, et exhibitionem considerationum suarum devenirent, non tamen destiterunt excipere, cupientes ut ad examen referatur, num illis sit deferendum iudicium suæ causæ, quos habent pro adversarijs. Immo in eo perstiterunt, dicentes hoc deferre sufficere, quod ijs adverse non possit deferri iudicium, et interea togati quem ergo velint sibi iudicem, nullum designantes, nec designare volentes, sed excipientes. Hoc Vobis sufficiat, quod Vos saltem pro Iudicibus non habeamus.

Petierunt quoq; exscriptam Decreti prælecti et moniti ut semel dicant utrum illis constitutum sit ad rem Veniæ, promiserunt se cras responsuros.

Sessio 28. die Martis 11 Decembris. antemerid.

Citatos in consessum Vocatos rogavit D. Pręses, an iam parati sint sententiam suam de quinq; articulis dicere, et considerationes suas super Catechesi et Confess. Bel. exhibere?

Scriptum Remonstrantium continens.

Respondit Episcopius scriptum aliquod a citatis ec conceptum quod petyt prælegi tanquam præambulum ad actionem.

Deinde a Bernhardo Duinglione prælectum est, continens. 1°. Criminationes quasdam adversus Præsidem, quasi ipse iniuriam impegisset seperatim Episcopio, ac si mala fide egisset in exhibitione Orationis suæ quam dixerat: ac deinde citatis omnibus, quibus conatus fuerit propositione sua invidiam conflare apud Supremum Magistratum et Illust. Princ. Auriacum, ac si illos fecissent reos Schismatis. 2°. Criminationem adversus Synodum: Persistebant enim in superiore accusatione Ecclesiasticorum plurimorum, eosq; denuò Schismatis accusarunt, neq; a se, non male factum dixerunt. quod accusationem istam Sedj instituerant, sed peccatum potius a Præside, quod ipsos propterea increpaverit, quasi ex iuvenilj fervore dixissent, quod non nisi præmeditatè et ex animj sententia dixerant. 3°. Protestationem, quod ad suas conscientyas suis non possint impetrare, ut pro iudicibus habeant adversarios suos, qui Schismate facto abillis discesserant, Illamq; sententiam animis suis altius inhærere quam ut aut bonitate Ordinum aut Ecclesiarum possit eximj, ac propterea se testatum facere, quod saltem hanc Synodum non habeant pro Iudice Causæ suæ, nihilominus tamen, quia citatj sint, se subista protestatione ad rem Venturos. modo hæc ipsorum Protestatio actis Synodalibus inseratur.

1°. Criminatiuē adversus D. Præsidem.

2°. Criminat. adversus Synodum.

3°. Protestationem.

Scriptum hoc post prælectionem est ab eis subsignatum et exhibitum.

Deinde rogavit eos Pręses nomine d. Delegatorum, an velint parere hesterno ipsorum Decreto, nec ne? Excepérunt illj apographum petitum ~~ipsis~~ sibi nondum fuisse exhibitum.

Illis secedere iussis proposuit D. Præses scripto ipsorum prælecto, contineri varia, de quibus aliquid omnino videtur statuendum, ut et Synodj et Præsidis consulatur honorj.

Iudicium Synodj de mendacio Episcopy. ab ipso in exhibitione orationis suę comisso.

Quæsivit ergo primo, an non Episcopius, rogatus ut orationem a se habitam scripto exhiberet, dixerit se non habere exemplar aliud, quam ex quo recitaverat, illud mendosum esse ac spatium petijsse ut nitide describeret, vel si omnino illud ipsum esset exhibendum licere sibj vel autographum vel saltem apographum repetere? Responderunt omnes tam exterj quam domesticj, et quidem ex ordine singulj (excepto D. Pone qui actionj tunc non interfuerat) præsertim vero illj qui citatjs sedebant proximj, se verba Episcopy non aliter, atq; a D. Præside relata sunt accepisse. Idemq; D. Delegatorum singulj, ~~idemq;~~ et eorum Secretarij. Daniel Heynsius declaratione sua declarabant.

De calumnia Schismatis per latus Synodj etiam summo Magistratuj impacta.

Secundo quesivit D. Præses an non illud, quod citatis proposuerat de calumnia schismatis ab illis pro latus Synodj, etiam Supremo Magistratuj et Illust^mo Principj Auraico impacta, proposuerit ex re, et secundum mentem Synodj?

Et ut appareat ipsos magistratuj non pepcisse, prælegit duo loca ex ipsorum scripto exteris exhibito, quibus aperte supremum Magistratum ab hac causa non excludunt: Conquerunturtur enim, quod equissima ab D. Ordinibus petierint, nihil autem obtinuerint, quod diam præda sint expositi adversarijs suis, si ipsis comparendum sit ad hanc Synodū. et quod maxima ipsis fiet iniuria si nunt deserantur ab Ordinibus tā generalibus quam Hollandiæ.

Responderunt D. Delegati citatos de supremo Magistratū non satis reverenter loquutos, ac propterea iure reprehensos.

Responderunt Exterj SS. liquido satis constare, citatos tecte ac involute vel oblique &. accusationem Synodj etiam Magistratum notasse, ac propterea eos bene et ex mente Synodj a Præside fuisse monitos.

Sessio 29. Die eodem à meridie.

Responderunt SS. Domesticj, non posse in dubium vocarj, an citati pro latus Synodj, summos Magistratus petiverint, satis enim multa testimonia eius rej extare, ac propterea eos a D. Præside non tantum recte et ex Synodj Sententia antea monitos, sed rursum accite monendos, semel enim esse faciendam harum calumniarum finem et etiam honoris huius Synodj ac præsertim exterorum habendam rationem.

Ex occasione Sententiæ D. Voetij, prælegit Præses ex quadam Remonstrantia a Remonstrantibus D. D. Ord: Holl: nup. exhibita, locum quendā notabilem, pag: 18. quo Theologorum Exterorum iudicium etiam plane calumniantur et rejciunt.

Quæstiones de protestatione Remonst. quod habeant Synodū pro parte adversâ et Schismaticâ.

Tertio quesivit Præses, num aliquid sit deliberandum et statuendum super Protestatione citatorum, quam adornant Varijs quidem rationibus sed præcipuè illa, sepius inculcata, nempe quod habeant Synodum hanc pro parte adversa, quia multis in ea, Sententiæ suæ iam antea contradixerunt, eamq; comparent cum Synodo Tyria contra quam Athanasius legitur excepisse.

Præterea proposuit Præses quia Remonstrantes semper inculcant se non esse Schismaticos sed potiorem partem huius Synodj, ut scrupulus in antecessum fratrum cordibus eximatur, an non sit consultum, citatis hac quoq; expendenda proponere?

Primo. Quod Remonstrantes articulos suos 5. formaverint inconsultis Presbiteris, classibus, Synodis.

Secundo. Quod articulos illos Ordinib. Holl. et West-Frisiæ exhibuerint, et ab eorum Dominationibus, contra omnem censuram Ecclesiasticam protegi petierint.

Tertio. Quod impetraverint sanctionem istorum articulorum sine præeunte examine aut Iudicio Ecclesiastico.

Quarto. Quod Sanctio istorum articulorum sit mandata executioni, ita ut Pastores qui p. conscientiam illis non potuerunt acquiescere, functionibus suis sint amoti.

Quinto. Quod tum primum facta sit secessio Ecclesiarum in Belgio postquam huius ataxyas p. tessum fuit.

Dixerunt Sententias suas, præter D. Assessores et Scribas, Anglj et Palatinj. Sed monuit D. Præses, se paratum, ut reliqui Theologi et etiam illj qui iam Sententias dixerant, proxima sessione sententias suas scripto exhiberent, atq; in eum finem dictavit citatorum Protestationem quæ sic se habet.

Protestationis formula.

Nos omnes et singuli hac solemnj et diserta Protestatione totj huic Synodo et universo orbj Christiano Testatum facimus, nos præsentem Synodum aut maximam eius partem, præter causas superadictas, et in scripto a nobis exhibito comprehensas, et rationibus munitas non habere pro legitimo controversiarum nostrarum iudice, ideoq; iudicium eius nullum apud nos et Ecclesias nostras habiturum pondus. Qua protestatione præmissa ad rem presentem et propter quam citatos nos credimus, nos accingimus, hoc petentes ut hoc quoq; scriptum nostrum, et Protestatio actis Synodalibus inseratur. Rationes Protestationis potissimæ eoq; accuratius expendendæ erant binæ. Pars adversa. et Schisma.

Sessio 30. Die Mercurij 12 Decembr. ante meridiem.

Præstitit iuramentum Josias Vossergius Senior Middelburgensis.

Ad binas hesternas questiones, Theologi omnes sententias suas exhibuerunt scripto se. tam exterj quã domesticj. et inter has fratrum Northoll. Hæc fuit.

Responsum Northollandorũ ad protestationem Remonstr.

Remonstrantium citatorum protestationem, illegitimam esse, nullique vere rationj innitj, ac propterea esse minime admittendam censemus.

Quia Synodus hæc ligitimo modo ac via, a supremo federati Belgij magistratu convocata atq; indicta est, quique ad eam celebrandam convenerunt Pastores ac Seniores domesticj, legitime secundum morem in Eccles. Belg. Reformatis, ab ipso reformationis initio, rite usurpatum, a suis Eccles. Classibus, Synodis. q; particularibus eiusdem Supremj magistratus iussu ac mandato convocatis, deputati advenerunt, atq; in eius rei testimonium literas fidei debite exhibuerunt: adeo ut nulla vel sit species illegitimæ actionis aut ordinis eversi appareat.

Saltem non est quod citatj huic Synodo parere detrectent, aut protestationibus eidem se opponant. Remonstrantes enim sunt qui ante annos plus decem, dom: Ord: Holl. et W. frisia suam quam vocant obtulere Remonstrantium, quinq; notiss. articulos comprehendentem, qua ab illustr. eorum potentia, cum ijs qui ipsorum ad gerendas Sententiæ ad S. Ministerium promovendj essent, adversus omnes Ecclesiasticas censuras protegi petiverunt.

Tolerati aliquandiu ab Jll. DD. Ordin: ad hanc iam relegati sunt Synodum, huic ut Sententiam suam exponant, eiusq se subiiciant iudicio, Maximi facere autoritatem supremi magistratus videri Voluntq summum in rebus Ecclesiasticis iudicium summamq potestatem tribuere: Illustrissimi Vero Ord. Genls. Foederati Belgij Supremus Magistratus, observantes Ecclesiarum omnium fluxerit, piorumq Imperatorum Regum ac Principum insistentes Vestigijs, Ecclesiasticum hunc conventum, pro supremo controversiarum de Religione, in hisce regionibus iudice agnoscunt eumq suis auspicijs atq autoritate in eum finem congregari voluerunt, non est ergo quod citatis ullo modo hic sit tergiversandum. Ipsum quo gaudent Remonstrantium nomen eaq, quam supremo Magistratui debent, obedientia, de qua tantopere alias gloriantur, omnino quid aliud ab ipsis exigit.

Petierunt ipsi in iam dicta sua Remonstrantia vel libello supplice a supremis Holl. et Westfrisiæ potestatibus (quemadmodum in Oratione a D. Episcopio habita, etiam in hoc Veneranda consessu gloriose satis iactitarunt) ut in legitima libera Synodo, ipsarum Nob: Potestatum autoritate et præsidio, ductu et moderamine celebranda plenè audirentur, et rationibus eorum, ut decet, expensis, notis ipsorum articulis exactius considerarentur et examinarentur: aut si illud commode fieri non posset &c. Impetrata est iam huiusmodi Synodus sub autoritate ductu et moderamine Illustrissimorum D: D. Ord. Gen. per suos qui hic adsunt amplissimos Delegatos. Nisi ergo id non sincerè satis, sed astuta quadam, Christianisq illicita Vafritie petierunt, oportet ut missis omnibus fergiversationibus atq protestationibus, ad rem ipsam veniant, et articulos suos considerandos et examinandos proponant.

Accedit quòd cum Ecclesiarum Reformatarum Pastores haberi velint, earundem, ubi legitimè per suos deputatos convenerint, iudicio se submittere teneantur: nisi ab illis secessionem ipsi facere, omnemq Ecclesiasticum ordinem subvertisse videri cupiant.

De parte quod dicunt adversa, nullo nititur fundamento. Nemo enim hac actore est, nemo accessit, ut causam suam particularem defendat, nemo in mandatis habet, ênt Sententiam vel cânsam contra Remonstrantium quos vocant, treatûr. Adversa pars habet nè eâ privatim interest. Causa hîc agitur communis omnium nostrûm, causa Dei, Causa Ecc. Belgicarum. Causa nobis communis cum Remonstrantib quatenus ipsi Pastores Ecclesiarum sunt. Pars adversa inter a nostris dicitur Rom: Pontifex cum suis omnibus Episcopis, Prelatis, Abbatib. et cæ. ipsius enim privata agitur causa, de ipsius in Ecclesia Dominio eiq amexis: Ecclesiastici omnes Pontificij inter iurando, non Dei Verbo, sed ipsi adstricti sunt. Hic Vero contrarium omnes præstiterè iuramentum, se ex solo Dei Verbo, seposito omni privato affectu, iudicium laturos.

De Schismate quod maxime huius Synodi partij impingunt, magis in ipsos quadrat. Schismatis enim rei non sunt, nec ullo modo dici possunt, qui simiter receptæ atq Orthodoxæ (ut factemis indicamus) Doctrinæ usitatoq ordini legitimo inhæserunt, sed qui novum introducentes doctrinam, ordinemq longo tempore, cum summa Ecclesiarum

pace

pace, observatum subvertentes, communios atq; unionis fraterne vincula ruperunt. Qui novos Actic: condentes, in seqs Collegis, Presbiteris, Classibus et Synodis, eos Supr: Magistratus obtulerunt, atq; per ipsius Illust: Potentias Ecclesys invitis obtendere laborarunt. Qui sint suo tempore, ubi ad rei historiam, modumq; agendi ventum erit, evidenter demonstrari poterit. Schismaticus sit qui ab Ecclesia recedit, et Communionis Ecclesiasticæ vincula solvit, qui vero a particularibus se separat novatoribus, Ecclesiæ ut adhuc est, ab eo crimine liber habeatur. Illi quibus Schismatis crimen Rem: intentam, non ab Ecclesys in Belgio Reformatis, sed a Remonst; Ecclesiis ut coniuncti manerent secessionem fecerunt.

Quæ cum ita se habeant, censemus omnino non esse permittendum ut sub ista Protestatione Remonst: ad rem recedant, ne tanti criminis nota huic Venerande Synodo inuratur: Sed publica quadam declaratione totius Synodi nomine instituenda spectatiss: huic auditorio, totiq; Christiano orbi manifestum fieri debere, quo loco eiusmodi protestatio habenda sit. Timendum enim omnino est ne, si id non fiat, Cistas altius erigant, eoq; nomine tum intra tum extra provincias triumphos agant, piorumq; multorum animos ad modum dubios reddant.

Preterea rogatos velimus Nobiliss: Ampl: qs Delegatos D. D. Ord: Gen: ut ipsorum Nob. Pot. placeat, publico quodam edicto nullitatem istius protestationis declarare, et ut illa missa, alias q; tergiversatione ad rem veniant Remonstrantibus mandare.

Rogati D. Delegati ut etiam suam sententiam explicent, Respo: dерunt D. Heynsium illam prælecturum.

Citatis in consessum Vocatis, præfatus est D. Præses Synodum aliam Responsionem ab ys expectasse. Verum quia ipsis visum fuit scriptum aliquod prælegere heterogenium, hesternam totum diem examini istius fuisse impensam, et iudicium aliquot ipsis prælegendum esse.

Deinde prælegit Festus acta hesterne diei, et pronuntiavit, ex iudicio omnium et singulorum huius Synodi membrorum, Citatus binas suas criminationes adversus Præsidem iniuste instituisse: eosq; utroq; nomine, tam mendacy ab Episcopio, in exhibitione oratoris sui commissi, quam calumniæ non solum Ecclesiasticis verum etiam Summo Magistratui impacte, inde meritoq; fuisse monitos. et rursum serio monendos.

Et quod attinet ad ipsorum Protestationem prælectæ sunt ipsis presentibus et audientibus (quemadmodum Angli antipetierant) ex ordine sententiæ Theologi Exterorum, quibus omnes et singuli pronunciarunt. Protestationem dictam ipso iure ee nullam, et auctoritate Supremi Magistratus annihilandam, neq; etiam rationes ab ipsis allatas ee alicuius ponderis, imo iniuriosum et calumniosum ee, quod maiorem huius Synodi partem, habeant pro parte adversa et Schismatis rea: Sententiam hanc suam variis rationibus confirmantes, et rationes contrarias solide refutantes.

Sententia Theologorum Magnæ Brittanniæ
et protestatatione et exceptionibus di-
ctis Remonstrantium hæc fuit.

Resp: Theol. Magnæ Britan. de Protestatione et exceptionib Citatorum.

Putamus Ministros Belgicos, etiam si contrariam sententiam publice docuerint ac defenderint, posse nihilominus et (quandoquidem hâc legitime vocati sunt) debere iudices sedere in causa Remonstrantiũ examinanda et diiudicanda: Nec posse Remonstrantes ullo iure illorum in hac Synodo congregatorum authoritatem declinare.

Nam quod obtendunt contraremonstrantes eẽ Schismaticos id nec verum nobis videtur nec verisimile.

1°. De Schismate.

Primo, Quia suprema Ordiñ potestate et communibus Ecclesiarũ Belgicarum suffragijs, ad hanc Nat: Syn: celebrandam præ alijs electi approbati et constituti sunt. Schismatici ergo si habeantur eodem Schismatis crimine tota hæc Eccl. et Respub. involvetur.

2°. Quia constat hæc Synodus ex personis nulla Ecclesiastica censura notatis nullo publico aut legitimo iudicio de Schismate convictis unquam, aut condemnatis: Protestatio autem Remonstrantium facta in contrariũ vim latæ sententiæ habere non debet.

3°. Quia Professores delegati ab Ordinibus, et Pastores deputati a Synodis suis provincialibus, constituunt corpus representativum totius Ecclesiæ Belgicæ. A ratione autem alienum est, ut pars Schismatica et ab integro corpore divulsa censeatur, quæ ordinatione et authoritate legitima totum corpus representat, et virtute sua continet.

4°. Secessio (si qua olim fuit) ea magistratus authoritate aut tolerata fuit pacis causa donec commodiore aliqua via Ecclesiis prospici possit: aut saltem mox emendata et sublata fuit. Separatio autem à paucis facta ad tempus tolerata, iamq; sublata non potest infamem et generalem Schismatis maculam, quam plurimis huius Synodi membris aspergere.

5°. Quia ipsi Remonstrantes, recedendo a Doctrina communiter accepta initium et causa huius Separationis extiterunt. Nam Veritas habetur quod a primordia in Ecclesia aliqua traditum et receptum fuit. Error deputatur, quod postea inducitur donec habito legitimo examine et iudicio contrarium concludatur. Quo etiam accedit, quod illi dici non possint a Doctrina Remonstrantium recessisse (quod in schismate necessario præsupponendum est) qui illam nunquam receperint, sed ab initio sibi propositam reiecerint et condemnarint.

Denique. Quia in confesso fuit apud omnes exteros Principes et Respublicas, qui suos Theologos huc delegarunt suprema Reipub. et Ecclesiæ Belgicæ authoritate, non conciliabulum Schismaticorum sed Legitimorum Pastorũ Synodum fuisse convocatam.

2°. De parte adversa.

Nec secunda valet ad Synodi huius authoritatem enervandam quod cluũsantur Remonstrantes, maximam Synodi partem constare ex adversarijs suis, neque naturale ius pmittere ut qui adversarius est in sua causa iudex sedeat.

Huic Sententiæ refragatur. primo Perpetua praxis omniũ Ecclesiarũ. Nam in Synodis Œcumenicis Nicena, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensi, in Synod. etiam Nationalibus approbatis qui antiquitus receptam Doctrinam oppugnarunt, ab illis qui eandem sibi traditam admiserunt, et approbarunt, examinati, iudicati et damnati sunt

Secundo: Ipsius rei necessitas hoc cogit. Nam cum suprema potestas determinandi controversias in qualibet Ecclesia sit penes Synodũ Nationalem legitimè convocatam et formatam, fieri non potest ut nova dogmata in-

in quęstionem vocentur et ventilentur, nisi ab illis qui antiquitus tradita doctrinę adhęrescunt. Theologi enim in negotio Religionis neqꝫ esse solent tanquam abraſę tabulę neqꝫ ee debent. Si igitur soli neutrales possunt ee Judices, extra Ecclesiam in qua lites enatę sunt semper quęrendi essent, et nulla Ecclesia esset ad componendas suas lites idonea.

3°. Ipsa ęquitas Soc suadere videtur. Nam quę ratio reddi potest, cur suffragiorum iure privientur omnes illi Pastores qui ex officio receptam Ecclesia doctrinam propugnantes, secus docentibus adversati sunt? Si Soc obtineret, nova dogmata spargentibus nemo obsisteret ne ipso facto ius omne postmodum de illis controversys iudicandi amitteret.

4°. In eo erratur, quod Pastores in sua causa Soc modo Judices esse pręsumuntur. Veritas communis Ecclesiæ thesaurus est, nec potest ullo pacto fieri peculium singularum personarum. Dei et Ecclesiæ publica causa est, non sua cuiusqꝫ quæ in Synodis agitur. Atqꝫ hanc ob causam sacro Sancto iuramento obstringuntur, sepposito omni partium studio et affectibus inordinatis, non tanquam de sua causa, sed tanquam de causa Dei ex verbo Divino se iudicaturos.

Demqꝫ. Judex non habet eam potestatem in causa Religionis deficiendę, quam habet in rebus externis. In rebus externis iniqua Judicis sententia alteri eripit, ad se ptrahit rem alienam. At qui authoritatem Judiciariam exercent, in causa fidei, neqꝫ sibi adindicare, neqꝫ appropriare possunt ipsam Veritatem, neqꝫ alys eripere. Cum igitur supremum tribunal apud eos sit externum eorum iudicium non potest declinari, ut pote quod soli Deo subiicitur.

Hasce ob causas putamus protestationem Remonstrantium infirmis fundamentis niti, illosqꝫ tam Divino quam humano iure obligatos, ut se huic Synodo subiiciant et Protestationi suæ tanquam temere factę, renuncient: Id quod nobis et toti Synodo longe gratissimum fore arbitramur.

Hæc Anglorum et ceterorum externorum Theologorum prælectis Sententys, pronunciavit D. Daniel Heynsius Sententiam D. Delegatorum:

Ad criminationem Remonstrantium qua accusatus fuit R. V. Præses Ecclesiasticus, et eorum Protestationem. Responsum.

Decretum D. Delegatorum ad criminationem et Protestationem Rem.

Cum Vir Reverend. m. S. Episcopius S. S. T. in Acad. Leydana Bat. Professor a Reverendo ac Clarissimo Viro Jacobo Bogermanno, Venerandæ hujus Synodi Præside, ex authoritate Ampliss. Delegatorum, fateretur imp. fuerit admonitus, quod sincere parum cum hac Synodo egisset quamquam maluissent Illust. ac præpot. D. D. Ord. Generalium Delegati dictum magistrum ~~magistratum~~ Episcopium, reliquosqꝫ fratres Remonstrantes simplici ac candida Confessione, delictum de quo omnibus constabat, ut qua reverendę eorum dignitati atqꝫ muneri hæreret labes, deprecatos esse, aut Confessione quod insemium est, aut pendenti saltem excusatione crimen dimisse, tandemqꝫ aliquando sine ullis ambagibus, in presentem rem venire; Quia tamen animo deliberato atqꝫ hoc ipso illo die quo de alys agendum erat, coram tota Synodo, sine executione ulla Reverendiss. Clarissimum Virum, et Dominum in Christo D. J. Bogermannum, conventus hujus Præsidem, nulla tot magnorum, tot clarorum, tot honestorum Virorum, qui universam

Vere reformatam hac in loco coram Deo representant Ecclesiam, nulla eorum conscientia presentiæ ratione habita, mendacij accu: sare non dubitaverint, Illustrissimorum ac Præpot. D. Ord. Delegati audito consentiente omnium Exterorum, omnium Provincialium, totius denique huius Venerandæ Synodj, et quidem iuramento iam ob: strictè testimonio, suo quoque insuper addito, inter quos non nemulli sunt qui verba ipsa exceperunt, atque ex ore dicentis descripserunt, graviter, serio, atque pro authoritate sua comonendum arbitrati sunt, eundem R. Virum M. S. Episcopium reliquosque F. Remonstran: tes, ut in posterum, et ipsius Veritatis, quæ virtutum omnium Eccle: siasticarum normam et Regula et quam Deus Virus, Supremus ille atque unicus scrutator rerum, cordiumque inspector, qui abissos maris penetrat adeoque ipsa Veritas est, in Veritatis suæ interpre: tibus maximè requirit, rationem habeant: utque tam illustrem tam Venerandum, tam angustum, tam eximium, tam legitimè huc convocatum, Ecclesiarum omnium, quæ eodem fidei vinculo coniunc: tæ sunt conventum, in quo ipsi Illustrissimi atque Præpot. Illustres Dom Ord: Fœderatarum Belg: Provinciarum præsident Delegati, qui Supremum representant Magistratum, revererj, saltem tuti: es iam monitj, addiscant, neque per delegatorum atque convocatorum latus quod non semel, cum in Synodo hac Venerandâ, tum antem in libello extedis Theologis clam exhibito ab ijs est factum, ipsos Delegantes atque convocantes protestè petunt: Sed postpositis omnibus aliquando trimina: tionibus, decretoriam postremum plenissima cum potestate a nobis promulgato morem gerant, non obstante Protestatione, quam omnino non esse admitten: dam censemus. Dordraci vi Decemb. 1618.

Sessio 31. eodem Die a meridie.

Episcopius scripto et verbis contra censuram ante meridianam, quam incurrerat propter crimen mendacij, conatus est se defendere, et voluit ut hoc memoriæ mandetur, nempe, quod dixerit se non habere aliud exem: plar mitide satis descriptum. ita coniungens ea quæ separatim dixerat.

Episcopius se a censura mendacij purgare conatur.

D. Præses præcisis istis quas Episcopius instituerat disputationibus, citatos rogavit, an, auditis Theologorum exterorum sententijs, et Decreto D.D. Delegatorum ante meridiem prælectis, velint iam renunciare protestati: onj et ad rem Venire?

Citati monitj ut Protestationj suæ renuntient.

Illj petito (non tamen concesso) Apographo censurarum contra ipsos latarum, iudicorum exterorum Theologorum, de protestatione, et decreti ante meridianj, postquam ut ea apud conscientias suas examinare et ijs satisfacere viderent Decreto D. Delegatorum parere, et ad rem Venire pos: sent. Tandem variis monitionibus Præsidis inculcationibus Heynsij et repetitis mandatis D. Delegatorum, nomine Ord: Generalium, itemque quod ex vi citationis capitatim si velit Synodus teneantur respondere: præsi, et prefati se Decreto satisfacturos quantum cum literis citato: rijs indicabunt convenire, cum venia, deliberaturj et inter se communi: caturj recesserunt.

Post communicata inter se consilia

Reversj vero declararunt, se salva conscientia et iudicio suo de hac Sy: nodo, parituros literis citatorijs et sententiam suam de 5 Articulis li: bere proposituros, explicaturos, defensuros, et deinde facta collatione omnia consignaturos, ac preterea si quæ haberent dubia suæ Catechesi et confessione Belgica scripto exhibituros.

Dixerunt se parituros salvâ con: scientiâ et iudicio suo de Synodo.

Disceptatio inter citatos et D. Delegatos de mente Literarum Citatoriarum.

Facta mentione collationis, orta est inter Citatos et D. Delegatos disceptatio de mente literarum citatoriarum: Dicentibus illis, literas citatorias sic a se intellectas, quasi esset instituenda collatio. His vero verba literarum sic interpretantibus, ut non velint agi collatione, sed propositione, examine, et determinatione controversiarum, addente Actum D. Martino illud ipsum iam ante quibusdam ex citatis perq. quam literæ citatoriæ essent conceptæ et missæ. fuisse significatum.

An Citati ad actionem Synodicam admittendi sint, sub superiore ista sua declaratione.

Quia vero citati dixerant se rem aggressuros, salvo iudicio suo de hac Synodo, et ad quæsitum D. Præsidis an parati essent sententiam suam scripto exhibere responderant se paratos esse ad oralem propositionem et collationem, rogatum fuit. utrum sub his conditionibus ad actionem Synodicam essent admittendi?

Dixerunt sententias suas Theologi omnes tam exteri quam domestici, et inter hos Northollandi hoc modo.

Atq; ea de re iudicium fratrum Northollandorum.

Et salvo sibi suo iudicio Remonstrantes citati ad rem accedunt, dupliciter intelligi potest: Vel ut ipsis hac Synodus liberum et salvum de se iudicium relinquat: Vel ut ipsi sibi privatum suum iudicium retineant. De hoc posteriori non admodum laborandum est. Quia cumque enim illorum privatum sit iudicium, publico D. Delegatorum decreto Synodus hæc legitima est declarata. Prius vero illud præmittendum non est. Itaq; ut huius Synodi honori consulatur, nec illud citatorum prononciatum sequius sumatur omnino erit illis declarandum quo loco illud ipsorum iudicium et protestatio habeatur, monendiq; sint post hac ab huiusmodi protestationibus et conditionibus abstineant.

Paratos iam esse et diu fuisse dubium nobis esse non potest. Namante 10 annos. Ao. 1608. mense novembri exhibuerant Remonstrantes Hollandi D.D. Ord. Hol. et W. Frisiæ suas considerationes super Catechesi et confessione. Postea Ao. 1611. Sequuta est collatio Hagiensis. Aliqui inter illos varios scripserunt libros et tractatus controversos. Cum iam citarentur, concessi sunt illis dies 14. ab insinuatione, ut se ad hanc actionem præpararent. Itaq; monendi sunt ut quæ habent scripta absq; ulla prævaricatione exhibeant, non quibus statum controversiæ, qui inter partes adversas (quales hic non agnoscuntur) constituit, sed sententiam suam exponant; saltem parati sint proxima sessione sententiam de primo Articulo scripto exhibere, quam si non satis explicate proponunt necessarium erit ut D. Præses de eis quæ desiderantur plenius ipsos interroget. Absoluto 1° Articulo, ad 2^um^ procedatur et sic deinceps.

atq; totius Synodi.

Atq; hæc Sententia pluribus suffragijs fuit approbata, atq; illis à Præside significata.

Quod citatis indicatum.

Ad quam responderunt 1°. prout loquimur sic sentimus et ut sentimus sic loquimur. 2°. Esse plane præter ipsorum mentem si non liceat ipsis sententiam contrariam proponere et oppugnare. 3°. Angustos sibi limites præscribi.

Sessio 32. Die Jovis 13 Decembris.

Rogavit D. Præses citatos an conceperint Sententiam suam de 1° Articulo et parati sint eam nunc proponere?

Responderunt se concepisse, eamq; scripto recitarunt et subsignatam exhibuerunt.

Sententia

Sententia Remonstrantiū. quam in Conscientia sua Verbo Dei consentaneam esse arbitrati sunt hactenus. et etiamnūm arbitrantur circa primū. de Predestinationis decreto Articulū Haec est.

Sententia Remonst. circa Articulum primum. scripto exhibita.

1.

Deus non decrevit, quenquam ad Vitam aeternam eligere aut ab eadem reprobare ordine prius, quam eundem creare decreverit, citra ullius obedientię vel inobedientiae antecedentis intuitum, pro beneplacito suo, ad demonstrandam gloriam misericordię et iustitiae, vel potestatis et Dominy absoluti.

2

Cum Decretum Dei de cuiusqȝ hominis, tum salute tum exitio, non sit decretum finis absolutè intenti, sequitur neque eidem Decreto subordinata esse media talia, per quę ad finem destinatum tum electi tum reprobi, efficaciter atqȝ inevitabiliter perducantur.

3.

Quare nec Deus hoc consilio creavit in uno Adamo omnes homines in recto statu, non ordinavit lapsum eiusqȝ permissionem, non substravit Adamo gratiam necessariam et sufficientem, non procurat Evangelium praedicari hominibus externè vocari, non confert illis ulla dona Spiritus S. ut ista media essent, per quę eorum aliquos ad Vitam produceret, alios Vitae beneficio destitueret. Christus mediator non est solum executor electionis, sed ipsius decreti electionis fundamentum, quod alij efficaciter vocantur, iustificantur in fide perseverant, glorificantur, causa non est quod absolutè ad Vitam aeternam sint electi: neqȝ quod alij in lapsu derelinquantur. Christus qȝ non detur, prorsus non aut inefficaciter vocentur, iustificentur. damnentur. causa non est, quod a salute aeterna absolutè sint reprobati.

4.

Deus non decrevit sine intervenientibus peccatis actualibus, miserto maximam partem hominum ab omni spe salutis seclusam in lapsu relinquere.

5.

Deus ordinavit, ut Christus sit propitiatio pro totius mundi peccatis, et Vi istius decreti statuit credentes in ipsum iustificare et salvare: hominibusqȝ media ad fidem necessaria et sufficientia administrare, ea ratione quam novit sanam sapientiam et iustitiam decere: Nequaquam autem destinavit ex Vi decreti absoluti solis electis Christum mediatorem dare, eosdemqȝ solos fide per vocationem efficacem donare, iustificare, in fide conservare ac glorificare.

6.

Nec a vita aeterna, nec a mediis ad eam sufficientibus ullus reiectus est absoluto aliquo antecedaneo decreto: Sic ut meritum Christi, Vocatio omniaqȝ dona Spiritus prodesse ad salutem omnibus possint, et revera prosint, nisi ea ipsi in exitium sibi, eorundem abusu vertant, ad increditatem impietatem et peccata, tanquam media et causas damnationis nemo destinatus est.

7.

Electio singularium personarum peremptoria est ex consideratione fidei in Jesum Christum et perseverantiae, non autem citra consideratione fidei et perseverantiae in vera fide tanquam conditionis in eligendo prerequisitę.

8.

Reprobatio a vita aeterna facta est secundum considerationem antecedaneae infidelitatis et perseverantię in infidelitatem: Non autem citra consideratione antecedaneae infidelitatis et perseverantiae in infidelitate.

9.

Omnes fidelium liberj sunt in Christo sanctificatj, ita ut nullus eorum ante usum rationis ex hac vita decedens pereat, neq; unquam autem in reprobatorum numero censentur, etiam nonnulli fidelium liberj, in infantia sua ante ullum actuale peccatum in propria persona comissum ex hac vita decedentes: adeoùt nec baptismi sacrum lavacrum nec preces Ecclesiæ ipsis ullo modo ad salutem prodesse possint.

10.

Nulli fidelium liberi baptisati in nomine Patris, Filij. et S.S. in infantiæ suæ statu Viventes absoluto decreto reprobatis adscribuntur.

Reverendissimi Patres ac Fratres, Habetis Sententiæ nostræ, quoad primum articulum de Electione et reprobatione propositionem, quam sententiam propugnare, et ej contrariam quæ contraremonstrantium est oppugnare parati sumus, et ist hac ratione, ut eam proponamus, et pro ea explicemus ac defendamus, quantum possumus, et necessarium iudicabimus, Veritatis ipsius, gloriæ Divinæ conscientiæ nostræ et ædificationis Ecclesiarum nostrarum interesse putamus.

Subscripserunt

Simon Episcopius. SS.T.D. et ceteri Remonstrantes 15.

Rogati an hæc sit omnium Sententia responderunt singuli, esse.
Rogati an nihil habeant quod addant, dixerunt, non habere.

Interrogatoria Citatis proponenda, ut ipsorum Sententiæ et quidem affirmativè penitùs eliciatur.

Quia vero, loco unius articuli in collatione Hagiensi de Eletione positi nunc reposuerint positiones 10. easq; ut plurimùm dubias et negativas, quibus non tam suam proponere quam aliorum sententiam frustra reddere conati, idq; præter mentem et contra decretum D. Ord: Generalium: placuit Synodo ut ex illis positionibus et Remonstrantiæ scriptis certa quædam excerpantur, eaq; citatis, sive omnibus, sive singulis aly's presentibus proponantur p. formam eorthematum, ut ita ipsorum Sententia, et quidem affirmative, penitus eliciatur, ac postea diiudicetur.

Sessio 33. Die Veneris 14 Decembr.

Citati exhibitione sententiæ suæ ad 1m Artic. non satisfecerunt Decreto D. Ordinum.

Quæsivit Præses. 1. An non Citati de eo sint monendi quod exhibitione Thesium suarum ad 1m Articulum non satisfecerint Decreto D. Ordinum nec postulato Synodi, quandoquidem declaratio ista Sententiæ suæ de illat: est impertinens, obscura negativè ut plurimum proposita, et sic instituta ut non tam suam sententiam videantur proponere, quam aliorum explicare et oppugnare, et quum agendum esset de Electione conati sint vorsi vi= q; deflectere ad reprobationem?

Citatis injungitur ut porro exhibeant Sententiam suam de reliquis 4 Articulis.

Secundo. An non Citatis, priusquam de sensu exhibitarum Thesium rogentur inimgendum sit, ut postea eras hora Decima scripto exhibeat Sententiam suam de reliquis 4 Articulis, ac quidem breviter, affirmativè, candidè pleni ac dilucidè, Ut simul et semel possit Synodo constare de sensu horum 5 articulorum, et postea eo melius instituj: Cohærent enim omnes illi articuli inter se, imo ipsi citati, in Thesibus jam exhibitis de 1 Articulo, reliquos etiam attigerunt.

Quæ quæsita D.D. Delegatis et Synodo placuit.

Monitj ergo citati, ut Sententiam suam de reliquis 4 Artic: eo quo dictum est modo exhibeant, et ne porro tam facilè ad reprobationem dilabantur, dixerunt se ad proposita attenturos, et consideraturos: et petito spatio in diem Lunæ promiserunt se tunc fore paratos.

Sessio 34. Die Sabbati. 15 Decembr.

Concio Latina. a D. A. Schulteto.
Vide pagina 281.

Habuit Clarissimus Vir D. Abrahamus Schultetus S. T. Doctor, et Profess. in Academia Heidelb. in consessu. concionem Latinam ex Psalmo 122. dixitq; de bis tribus, Summo gaudio, Voto, et studio Hominis Christiani. Demonstrans admodum egregiè et doctè ex ipso Psalmo, quomodo summum Hominis pij gaudium consistit, in Spirituali Hierosolimæ vel Ecclesiæ Christi flore, Votum in honore, studium in conservatij floris et Honoris vigore, pro qua concione D. Præses nomine totius Synodj ipsi egit gratias.

Sessio 35. Die Lunæ 17 Septembr.

Adventus deputatorum Nassovicorum Theolog.

Significavit D. Martinus Gregorij, advenisse deputatos Nassovicos distinctis Vetteravicj. nempè D. Joannem Bysterveldium Concionatorem Aulicum et Inspectorem Sygæ, et D. Johannem Henricum Alstedium Professorem Theologiæ illust. Schola Herbornens. quibus assignatus est locus proximus post Helvetios, illis jam antea a D. Ordinib. Generalib. destinatus, prælectisq; ipsorum Literis fiducialib. quæ probatæ sunt D. Præses ipsis nomine Synodj adventum gratulatus est, atq; illi iuramentu præstitezunt

et præstitum ab ys iuramentum.

Citati a D. Præside rogati, an iam in promptu haberent Sententiam suam de reliquis 4 Articulis, eam prælegerunt et subsignatam exhibuerunt, eo quo sic sequitur modo.

Sententia Remonstrantium de 2. Articulo. qui est de universalitate meritj mortis Christi:

Thesis 1.

Pretium redemptionis, quod Christus Deo Patrj suo obtulit, non tantum in se et per se totj Generi humano redimendj sufficiens est, sed etiam pro omnibus et singulis Hominibus, ex decreto, Voluntate et gratia Dei Patris persolutum est, eoq; a participatione fructuum mortis Christj, nemo absolutè et antecedentj Dei decreto præcisè exclusus est.

Sententia Remonst. de 2. Articulo.

2a.

Christus merito mortis suæ Deum Patrem universo generi humano hactenus reconciliavit, ut Pater propter illius meritum salva Justitia et Veritate sua novum gratiæ fœdus cum peccatoribus et damnatorij ob noxys Hominibus inire et sancire potuerit et voluerit.

3a.

Etsi Christus omnibus et singulis Hominibus reconciliationem cum Deo et remissionem peccatorum promeruerit, nemo tamen secundum novj et gratiosi fœderis pactum aliter quam per fidem beneficiorum morte Christj pactorum, re ipsa fit particeps: nec peccata Hominibus peccatoribus remittuntur, antequam actu et verè in Christum credant.

4.

Credere Christum pro se mortuum esse, y solj tenentur, pro quibus Christus mortuus est. Reprobj vero, quos vocant pro quibus Christus mortuus non sit, nec ad istam fidem obligarj, nec propter incredulitatem contrariam, iuste Damnarj possint: quia si tales reprobj essent, y credere tenerentur Christum pro se mortuum non esse.

Sententia Remonstrantium circa 3am Art: et 4am. de gratia Dei et conversione hominis: hæc est.

Thesis 1a.

Sententia Rem. circa 3.um et 4.tum Articulum.

Homo salvificam fidem non habet à se, neq; ex libero arbitrio viribus. Quandoquidem in statu peccati, nihil boni (quod quidem salutare bonum sit, cuiusmodi in primis est fides salvifica) ex se, et a se potest cogitare velle, aut facere: Sed necesse est, ut a Deo in Christo p. Sp. ipsius sancto regeneretur atq; renovetur, intellectu, affectibus, Voluntate, omnibusq; viribus, ut salutaria bona recte possit intelligere, meditari, velle, atq; efficere.

2.a

Gratiam autem Dei statuimus, non tantum ee principium sed etiam progressum et complementum omnis boni, adeo ut ne ipse quidem regenitus absq; precedente sive preveniente ista excitante, prosequente et cooperante gratia bonum cogitare, velle, aut agere possit, ullisve ad malum tentationibus resistere, ita ut omnia bona opera actionesq; quas quis cogitando potest assequi gratiæ Dei adscribendæ sint.

3.a

Nec tamen credimus zelum omnem, curam et studium ad obtinendã Salutem adhibitum ante ipsam fidem et Spiritum renovationis Vanum atq; irritum, quinimo noxium magis homini ee, quam utile et fructuosum: Sed contra statuimus, audire verbum Dei, dolere de peccato commisso, expectare gratiam salutarem, et Spiritum renovationis (quorum tamen nihil citra gratiam homo potest) non modo noxium non esse et inutile, sed potius utilissimum, et quam maxime necessarium, ad obtinendam fidem et Spiritum renovationis.

4.a

Voluntas in statu lapsus, ante vocationem non habet potentiam et libertatem ullum bonum, quod salutare sit volendi: Ideoq; libertate volendi tam bonum salutare, quam malum in omni statu voluntati adesse negamus.

5.a

Gratia efficax, qua quis convertitur, non est irresistibilis, et licet ita Voluntatem afficiat verbo et Spiritus sui operatione interna Deus, ut et potentiam credendi sive vires supernaturales conferat, et hominem actu credere faciat, tamen potuit homo ex se gratiam istam aspernari, et non credere, eoq; etiam sua culpa perire.

6.a

Quanquam pro liberrima Dei Voluntate maxima sit gratiæ Divinæ disparitas tamen Spiritus S. tantum gratiæ omnibus et singulis, quibus Verbum fidei predicatur confert aut conferre paratus est, quantum ad promovendam suis gradibus hominum conversionem sufficit: eoq; gratia sufficiens ad fidem, et conversionem non tantum ijs obtingit, quos juxta decretum absolutæ electionis salvare velle dicitur Deus: Verum etiam ijs, qui actu ipso, non convertuntur.

7.a

Homo p. Gratiam Spiritus S. potest plus boni facere, quam re ipsa facit et plus mali omittere, quam re ipsa omittit: neq; credimus Deum simpliciter nolle ut homo plus boni faciat quam facit, et mali omittat quã omittit: ac ut retrumq; sic fiat ab eterno precise decrevisse.

8.a

Quoscunq; Deus vocat ad salutem serio vocat, hoc est, cum sincera et minime simulata salvandi intentione ac voluntate: nec eorum assentimur sententiæ, qui statuunt Deum externe quosdam vocare, quos interne vocare, hoc est vere convertos nolit, etiam antereiectam vocationis gratiam.

9ª.

Non est in Deo Voluntas istius modj arcana quę Revelatę eiusdem in verbo voluntati sic contraveniat, ut secundum eam arcanum se. nolit conversionem et salutem maximę partis eorum, quos Verbo Evangely et revelata Voluntate ad fidem et salutem seriò Vocat et invitat; neq; hic ùt quidam loquuntur. Sanctam simulationem aut duplicem personam in Deo agnoscimus

10ª.

Nec credimus Deum reprobos, quos Vocant Scs in fines vocare, ùt magis induret, ut exercitationem adimat, ut gravius puniat, ùt admiram ipsorum ostendat; non autem ut convertantur, credant salvent.

11ª.

Verum non est ex Vi et efficacia arcanę Voluntatis, seu decreti Divini omnia non bona tantùm, sed et mala necessario fierj. adeoq; ut quicunq; peccant respectu decretj Divinj non possint non peccare: Deum velle decernere, procurare hominum peccata eorumq; opera impia, stulta crudelia, et sacrilegam sui nominis blasphemiam, movere linguas hominum ad blasphemandum &c.

12ª.

Falsum quoq; et horrendum nobis est, Deum ad peccata, quę palam prohibet occulta ratione homines impellere: Peccantes non agere contra Voluntatem Dej, veram et propriè dictam consentaneum ęe Voluntati Dej quod iniustum est, hoc est quod Precepto eius contrarium est: Quin-imo veram et capitalem culpam esse, facere Dej Voluntatem.

Sententia Remonstrantium circa 5ᵐ Articulū. quę est de perseverantia Haec est —.

1ª Thesis.

Sententia Remonstrantium circa 5ᵐ. Articulum.

Perseverantia fidelium in fide, non est effectum illius absolutj Decretj quo Deus singulares personas, nulla conditione obedientiæ circumscriptas elegisse dicitur.

2ª

Deus verè fideles, gratia et virtutibus supernaturalibus instruit, quantùm ad perseverandum, et Diabolj, carnis, ac mundj tentationes superandas pro infinita sua sapientia sufficere indicat: nec per Deum unquam stat quo minùs perseverent

3ª.

Verè fideles possunt a vera fide excidere et in istius modi prolabj peccata, quę cum vera et iustificante fide consistere non possunt: Nec potest hoc tantum fierj, sed et non raro fit.

4ª.

Verè fideles possunt sua culpa in flagitia et scelera atrocia incidere, in eadem perseverare, et morj ac proinde finaliter excidere aeternè.

5ª

Neq; tamen credimus verè fideles etiamsi in gravia et conscientiæ vastantia peccata nonnumquam incidant, protinùs omnj spe resipiscentiæ excidere: Sed fieri posse agnoscimus ut Deus secundum multitudinem misericordiarum suarum, eos tuetur p. gratiam suam ad resipiscentiam revocet. Quin imo non infrequenter id evenisse credimus: etiamsi de eo quod hoc certo et indubiè futurum sit persuasissimi esse nequeant.

Itaq; hęc sequentia Dogmata quę scriptis publicis in vulgus spargun-
tur indies, ut pietati et bonis moribus noxia toto animo et corde re-
jcimus. nempe.

1°.

Verè fideles non posse deliberato consilio peccare, sed tantùm ex
ignorantia et infirmitate.

2°.

Vere fideles per nulla peccata a gratia Dej excidere posse:

3°.

Mille peccata imo omnia peccata totius mundj electionem irritam
facere non posse. Cuj si addatur omnes omnino homines tenerj credere
se electos eč ad salutem et proinde ex electione illa excidere non posse,
quantam illud securitati carnalj fenestram aperiat cogitandum re-
linquimus.

4°.

Fidelibus et Electis nulla peccata ut ut magna et gravia esse
possint imputarj, quin omnia presentia et futura iam remissa esse.

5°.

Vere fideles in hereses exitiales in gravia et atrocissima peccata,
utj sunt adulteria et homicidia prolapsos, propter quę Ecclesia iux-
ta institutionem Christj cogatur testarj se ipsos in externa sua co-
munione non posse tolerare illosq; non habituros partem ullam in
regno Christj, nisi convertantur. non posse tamen a fide totaliter nec
finaliter excidere.

Septima Thesis.

Verè fidelis, utj pro tempore presentj de fidej et conscientię
suę integritate certus esse potest, ita et de salute sua, et salutifera
Dej erga ipsum benevolentia, pro illo tempore certus esse potest ac
debet: et sic Pontificiorum sententiam improbamus.

Octava Thesis.

Verè fidelis pro tempore futuro, certus quidem eę potest ac debet
se mediantibus Vigilijs, precibus, alijsq; sanctis exercitijs in vera fide
perseverare posse, nec ad perseverandum, unquam illj defutura Divina
gratiam: sed quomodo certus esse possit se officio suo in posterum mun-
quam defuturum sed in fidej, pietatis, et charitatis actionibus utj fi-
delem decet perseveraturum in hac militia Christianę schola non vide-
mus. nec ut hac de re certus sit fidelis necessarium esse arbitramur.

Reverendissimj Patres ac Fratres habetis sententię nostrę quoad reliqua
4 articulos propositionem, quam propugnare et ij contraziam quę quod
maximum thesium supradictarum partem contrazemonstrantium est
oppugnare parati sumus, et ist hac ratione, ut eam primo explicemus, et
defendamus quantam possumus, et necessarium iudicabimus. Veritatis
ipsius Gloria Divinę, conscientię nostrę et edificationis nostrarum
Ecclesiarum interesse putamus

Remonstrantium rationes.

Quandoquidem vero postrema sessione à R.D. Presidente monitj
sumus, ut a negativis enunciationibus abstineremus, et de Electione
potius quam odiosa reprobationis materia ageremus, nos re in accusatio
examen vocata, utj nos facturos promiseramus, quantum fieri potuit
affirmativè nostram super articulis supradictis sententiam enuntia-
vimus: Interdum tamen etiam contraziam, ubj necessitas hoc postu-
lare nobis postulare videbitur.

Quod ipsum ne sine gravi causa a nobis factum Videatur Vestris Reverentijs rationes aliquot expendendas dabimus, quę ut sententiam nostram subinde negativè exprimeremus, et non solum de Electionis una Prædestinationis parte, sed et de altera eius parte reprobatione ageretur. Sunt autem rationes hæc:

Primo. quare sententiam suam etiam negativè expresserint.

1ª Quia impossibile est, ut sententiam suam perspicuè et plenè proponant Remonstrantes, saltem circa primum articulum, nisi per negationem et remotionem aliorum decretorum, quę hominem vel ante lapsum, vel in lapsu positum spectant, nam Primus Art: Remonstrant in Collatione Hagiensi admissus est prout iacet: Sed quęsitum fuit an non aliud agnoscerent Decretum absolutum, et sublimius, quod Electionis Decretum dici debeat, quod tum quidem a nobis negatum fuerat, et nunc etiam negatur. Sive illud sit circa hominem condendum, sive iam lapsum et in lapsu considerandum.

2ª Quia diserte habent litere citatorię D. Delegatorum Illust. Ord. Gen. ut sententiam nostram de 5 Articulis proponamus, exponamus, defendamus, quantum possumus et necessarium iudicamus. At iudicamus necessarium esse ut illam (partim negativè, partim affirmative proponamus.

3ª Quia non potest sententia aliqua rationibus defendi, nisi posita eius contradictoria, quę causa est, cur contrarium elenchum sive principia prima scientiarum, rectoribus a priori defendi non possint, quia illis ut contradicatur, vel saltem improbabiliter saltem, impedit naturale intellectus et rectę rationis Lumen.

4ª Quia sparsum est in vulgus, Remonstrantes traducere et mala fide proponere sententiam Contraremonstrantium: Quod si verum est diserte et rotundè nobiscum illa negent Contraremonstrantes, quę circa hos articulos a nobis negantur: putamus enim nos probare abunde posse contrariam multis suprадictis articulis sententiam adstruere contra Remonstrantes.

5ª Quia affirmationes negationibus nostris oppositę Ecclesias in his regionibus turbarunt, conscientias multorum indies offendunt, et Refor: doctrinam Augustinj adversarijs omnibus ansam prębent, a quibus nos dehorrere rotunda diuiorum et sublimiorum istius de reprobatione seu negatione significatum Volumus; Idq; eo magis, quia Vulgo nobis contra remonstrantium sententia impingitur, cuius nomine publicè male audimus.

6ª Quia aut verę sunt nostrę negationes aut falsę, si verę, quid quęsumus periculj? imo cur non nobiscum sentire pronuntiant Vestrę reverentię? Si falsę alterutrum faciendum est, aut enim ostendendum, rationes nostras quibus istas negationes munire parati sumus, vim concludendi non habere, aut oppositis rationibus evertendę erunt, et asserendę contrarię affirmationes.

7ª Quia iam nuperrime in Synod: Provin: Ho. Gelr. et Ultraiectinę ditionis a Remonstrantibus et Contraremm, formati sunt controversiarum status, par Theses et Antitheses contradictories, idq; eum in finem, ut ita formati in Synodo Nat. examinarentur.

8ª Quia in Epistola ad exteros Theologos Ecclesiastę Walachri sententiam suam et nostram subinde affirmative, subinde negative proponunt.

9ª Quia contraremonstrantes non verentur illa quę nostris Thesibus hic illic contradicunt asserere et probare: quid vetat itaq; quo minus nobis liceat ad Sententię nostrę propositionem illa negare?

10ª Si maximam partem istarum Thesium negantium probavit Synodus Celsica, contrariam damnanda sententiam, cur nobis non licebit eadem paradoxa dogmata rotunda negatione improbare?

11ª Iniquum omnino videtur, ut prescribatur Citato quid sit dicturus ad cau: sę suę patrocinium, quid non precipuę tunc cum iudicium ferendum erit de citatj causa.?

12ª Si hoc non concedatur Remonstrantibus omnino iudicabunt útj et factenus iudicarunt, contraremonstrantes latebras quęrere, senten: tiam suam celare velle, aut eius defensionj diffidere, nec apertа et regia via ad Veritatis Inquisitionem liberam et minime inpetitam grassarj.

13ª Quia fierj vix potest, ut rectum de Remonstrantium sententia feratur iudicium, eiusq; Veritas vel falsitas equa lance expendatur, nisi etiam contraria sententia ad animam revocetur et examinetur.

14ª Quia familiare est Philosophis et Theologis in quęstionum con: troversarum examine, κατασκευαστικῶς et ἀνασκευαστικῶς proce: dere, et modo ex negationibus inferre affirmationes, modo ex affirma tionibus negationes.

15ª Denięq; Quia in talj sententiam proponendj modo prędit nobis sacra scriptura, cum inquit: Nolo mortem peccatoris, non vult Deus ut aliquis pereat; Quibus phrasibus et enuntiatis negativis suam de salute hominis sententiam proponit sapientiss. Deus.

Secundo, quare etiam de Reprobatione egerint.

Causę vero propter quas nostram de Reprobatione quoq; sententiã exponendam duximus Hę sunt:

1ª Quia secundum tenorem Literarum citatoriarum licuit nobis sen: tentiam nostram proponere, quantum possumus et necessarium iudicamus. Quod ut a nobis factum esse constet liberè quoq; quid de Reprobatione sentiamus exposuimus.

2ª Quia ad gloriam Dej non minus facit, ut recta de eius iustitia vin: dicatrice, quę in reprobatione declaratur censeamus, loquamur, scri: bamus, quam de eius misericordia quę in Electione manifestatur.

3ª Quia non minus utiles sunt et necessarię cominationes ad abster: rendum hominum animos a peccatis, quę a reprobationis decreto effica: cissimè sumuntur, quam utiles et necessariæ sunt consolationes, quę ab Electione desumuntur, presertim corruptissimo hoc nostro seculo, in quo quam plurimj doctrinã gratiosę Electionis ad carnis licentiam et peccandj libertatem suo exitio abutuntur.

4ª Quia imperfecta et hiulca est tractatio Predestinationis, omissa eius altera parte, reprobatione.

5ª Quia scrupuli et difficultates, quę Remonstrantes et eorum Eccle: sias torquent plurimum sunt circa reprobationem.

6ª Quia quotquot de Electione agunt Theologi, etiam ex opposito de reprobatione agunt, nec hic sententiam suam exponere gravati sunt Virj Clarissimj Jo: Calvinus. T. Beza. Zanchius, Martyr. Struthius, Piscator alyq; quam plurimj.

7ª Quia tractatus pleni horridarum et in Deum contumeliosarum assertionũ circa Reprobationem eiusq; annexa in Vulgus aliquot iam annis sparsi sunt, non sine bonorum offendiculo, et Ref. Religionis infamia.

Resp. Remonstrantium ad obiectiones tres.

Ad primam.

Ad secundam.

Ad secundam

Ad tertiam

Quod si ad hæc obiciatur, in collatione Hagiensi aliter propositam ee nostram sententiam: Respondemus. 1°. Illum qui Hagæ similis observatus fuit disputandi modum nobis iam non præscribere: Alius dies alias curas secum vehit, et discipulus prioris posterior dies. Quin et ingenuè fatemur plurima nos ex eo tempore quo ad hoc argumentum didicisse, ideoq; ex præsentibus potissimum scriptis, non autem ex prioribus tantum de nostra sententia iudicandum erit. 2°. In collatione Hagiensi Libello supplice Illustrib. Holl. et W. Fris. Ordinib. exhibito deprecati sunt Contraremonstrantes, ne de reprobatione agerent. 3°. Adsunt nunc nobis quampluzimi fratres Gelrj, Vltraiectinj Trans Isulanj, qui collationi isti non interfuere, quibus iam prout ipsi necessarium iudicabunt Sententiam suam effare licet. 4°. Tunc temporis non erat pronúnciandæ Sententia de Veritate aut falsitate articulorum utj nunc. Quare equissimum est, ut plenaria concedatur remonstrantibus sententiæ suæ propositio, explicatio et defensio.

Si dicatur, nos orthodoxam Ecclesiæ Doctrinam tradere velle, Ideoq; huic periculum ingens eminere, ex ista agendj ratione, respondemus 1°. Nos oppositam nostris articulis sententiam habere pro Heterodoxa. 2°. Non agnoscere pro Ecclesiæ doctrina, sed plurimorum Doctorum placitis. 3°. Nihil causæ esse, cur periculum Doctrinæ suæ imminere credant Contraremonstrantes, siquidem a partibus ipsorum stat Veritas, quæ sibi ipsa sufficit adversus symbolas omnes, et speciosissimas licet argumentandj rationes. 4°. Hoc unicùm scire desideramus, a Venerada hac Synodo, num pro sua et Ecclesiæ doctrina agnoscant ea, quæ nostris Thesibus contradicunt, et nominatim illa, quæ de Creatione maximè partis ad intectum, reprobatione infantium ex fidelibus etiam parentib. progenitorum, necessitate lapsus, Vocatione ex Dei Voluntate inefficaci, peccatorum omnium inevitabili necessitate, Voluntate Dei arcana et revelata Dei ad peccati existentiam, operationibus et decretis, impossibili fidelium etiam in horrenda Scelera lapsorum a fide iustificante defectione, alisq; capitibus a multis Contraremonstrantium aut eorum Sententiæ addictis tum in his nostris, tum in alys regionibus, asserantur, a nobis Vero in articulis iam recitatis reiecta et improbata sunt.

Si quis dicat, Confessionem a nobis exigi Sententiæ nostræ, eamq; affirmativè, non negativè enunciandam esse: Respondemus 1°. A nobis non solum exigi sententiæ nostræ confessionem, sed etiam eius explicationem et defensionem, quæ citra reiectionem oppositæ Sententiæ rectè instituj non potest. 2°. Nec hoc necessarium est ut solummodo affirmativè sint Confessiones, cum etiam Ecclesiarum Confessiones Catholicæ, Harmonia confessionum, quin ipsa nostra Confessio Belgica adversariorum sententias non raro rejiciant, et veras esse negent.

Agnoscimus cum Re: Præside doctrinam Electionis ee suavem et consolationis plenam, reprobationis Vero ingratam, sed arbitramur eas, quæ ex absoluta et inconditionata electione eliciuntur, consolationes periculj plenas esse, et peccandj comeatum hominibus (si ex sua indole estimentur) facere et oppositam reprobationis absolutæ doctrinam, iure meritoq; odiosam esse, quia desperationis plena est et iustitiæ Divinæ contraria. Neq; id tantùm agendum Ecclesiæ Pastoribus, ut peccatores solentur, verùm hoc quoq; studium ipsorum ee debet, ut scelerates et improbos moneant fugere ventura illa reprobationis ira. Habet Ecclesia Visibilis filios Dei, habet et manifesta Satanæ, licet professione filij Dei esse videantur. Vtraq; hic doctrina opus, et filius Dei hereditas ab æterno electione præordinata annunciauda, et improbis penè quoq; ab æterno reprobationis decreto præordinatæ denunciandæ sunt.

Quamobrem statum sententiæ nostræ iam exhibitam mutilari, imminui, mutari, truncari ab alijs minimè æquum foret: Ipsi nos optimi summus sententiæ nostræ interpretes, ipsi novimus qua parte nos in salebroso et difficili hoc argumento calceus urat. quid animos nostros torqueat, quid Ecclesijs nostris offendiculo sit. Cumq; libera hæc sit Synodus, et mens sit Illust. D. Ord. Generalium, ut quam possimus plenissime, apertissime sententiam nostram explicemus, concedi hoc nobis debere fiere arbitramur, parati si res exigat, plura adhuc addere, et plenius mentem exponere si quid aut non satis aperte, aut non plenè satis a nobis propositum fuisse credatur. Totissimũ Vero quòd nos in toto hoc argumento quàm maximè angit et anxiè habet, sunt quam plurima in gloriam Dei iniuria et pietati noxia, multorum Contraremonstrantium de reprobatione ygq; ex mexis dogmata, quæ ab ipsis Reformationis initijs turbas non leves Ecclesijs nostris dederunt. In his ut nobis et Ecclesijs nostris satisfiat a Vestris Reverentijs per Sacrosanctum Iesu Christi nomen petimus. Vident facile Rev. Vestræ questiones et controversias presentes non esse de segmentis unius aut levioris momenti rebus, sed de ijs Theologiæ practicæ capitibus, quæ gloriam Dei quam maxime illustrant, et pietatis studia promovent, si de ijs rectè sentiatur: aut contra gloriæ Dei quam maxime derogant, et pietatis cursum remorantur, si de ijs malè sentiatur. Est autem Evangelici Doctoris officium, ea sectari ante omnia, quæ ad veritatem, quæ quidem secundum pietatem est, faciunt, ea vero e Christianorum animis et Ecclesijs exterminare dogmata, quæ impietati fomenta et alimenta sufficere et subministrare posse credunt. Si silentio illa dogmata prætereibit Veneranda Synodus, indicabimus et indicabunt Ecclesiæ nostræ a Vestris Reverentijs ea tacito consensu probari. Si proventre, muneris nostri erit concreditis nobis gregem Jesu Christi sedulo monere, ab istiusmodi ut sibi dogmatibus seriò caveant. Si (quod speramus) publica Synodi Voce improbabunt Deo Opt. Max. gratias agemus, quod Ecclesiam suam ab istiusmodi zizanijs et erroribus purgare aggressus fuerit.

Subscripserunt ydem qui articulo primo subscripserant.

Monti Citati ut etiam exhibeant considerationes suas super Catechesin et Confessionem Belgicam.

Post exhibitam hanc declarationem, monuit porro Præses Citatos, ut quoq; exhibeant considerationes suas quas habent super Catechesi et Confess. Belgica.

Excepit Episcopius, hoc præter omnem expectationem proponi: Ex sensu enim literarum citatorium putabant sibi primo loco sententiam suam de 5 Artic: esse proponendam, explicandam, defendendam et absolvendam. Urgente vero Præside considerationes dictas quoq; exhibendas esse, quemadmodum in ipso compitionis initio indicatum fuerat, ut Synodo semel et simul constet de omnibus quæ contra doctrinam receptam habent, petierunt sibi liceret secedere, ut communicatis consilijs, deinde possint respondere. Quod ipsis concessum est.

Exceptiones Citatorum adversus illud postulatum.

Interea monuit Præses, ex prælecta declaratione cum rationibus ei annexis, posse Synodo constare, Citatos decreto D. Delegat. et synodico Sess. 33. ipsis proposito, et ab ipsis ad animum revocato, de Sententia sua affirmativè et cetera proponenda, non tantum non paruisse, sed etiam magnacum Vehementia contradixisse, imo illud Varijs rationibus oppugnasse.

Citati reversi responderunt sibi statutum esse, primo loco tantum agere de 5 Artic: provocantes ad Articulos D. Ord: General: de indictione Synodi et etiam ad literas citatorias, ac praeterea declarantes ad maiorem explicationem Sententiae suae, non opus esse exhibitione illarum considerationum, quandoquidem meras considerationes sint, non autem Theses, quibus certi nihil in alteram Iitem statuant, sed quas tantum examinandas proponant.

Respondit Praeses, per exhibitionem considerationum non esse mutandum ordinem actionis, neq; illas alio loco habendas quam argumenta ipsarum per se fert.

Interfati sunt D. Delegati, illorum non esse interpretari mentem et literas D. Ord: Generalium, sed ut morem gerant iis quae a Praeside Ecclesiast. proposita erant.

Remonst.s capitatim rogati an considerationes habeant?

Et cum nihilominus exceptionibus suis insisterent monuit Praeses oportere eos meminisse, licet dicerent se necdum inter se considerationes suas communicasse, ut eas communi nomine exhibere possint, quod non sint vocati ut corpus, sed capitatim: Et quandoquidem iam antea dixerant, se habere silvam considerationum visum fuit D. Praesidi (praetermissis citatis Suydhollandis qui iam in Synodo Delfensi declaraverant se habere considerationes suas easq; intra 14 dies missuros) rogare reliquos et quidem singulos, an considerationes super Catechesi et confessione haberent?

Respondérunt: Hen: Leo. et B. Vesekius, se nullas habere considerationes et Hollingerus se vix unam habere. Velle tamen considerationes aliorum inspicere et ubi eas inspexerint se etiam forte aliquid considerandum habituros. Pinakerus, se putare esse quaedam considerationi digna, quae etiam posset exhibere sed nihil consignasse, Sapma se vidisse considerationes quasdam apud fratres Remonstrantes Suydhollandos quas vellet examinari, Thom: Goswinus et Hessenius Matthysius, se habere quidem considerationes sed non consignatas, C. Nyellius, se non explicare Catechesin Heydelbergensem sed Genevensem, eamq; hactenus auditoribus suis sic explicasse ut nemo aliquid frotnerit animadvertere: Habere tamen se considerationes aliquas, sed non magni ponderis, neq; ad Catholica dogmata pertinentes, quas tamen nulli communicaverint Isaacus Friderici et Sam. Nevanus, quia tantum in causa 5 Artic. citatis adiuncti essent, se non debere his inferi, habere tamen se suum gravamina, quae suo tempore sint exhibituri.

Mandatum D. Delegatorum ut considerationes suas exhibeat.

Tandem post multas tergiversationes atq; ad eas responsiones iniunctum est ipsis a D. Delegatis. ut missis ambagibus pareant, et singuli suas considerationes, qui multas habent multas, qui paucas habent paucas exhibeant idq; intra quatriduum.

Sessio 36. Die Martis 18 Decembr.

Deputati Ecclesiae Campensis.

Proposuit D. Praeses advenisse deputatos quosdam Campenses in hunc finem, ut huic Synodo proponant quaedam gravamina pertinentia ad statum reformatae illius Ecclesiae, eosq; ab Ill. Principe Arcaico instructos literis commendatitys, ut, si fieri posset, quam primum audiantur, et petijt Praeses, num placeret Synodo eos die crastino audire, quod placuit.

Praelecta sunt a D. Festo acta Synodica a sessione 25. usq; ad presentem hanc. quae mutatis mutandis, et additis addendis probata sunt.

Inter dicendum sententias, fecit D. Matth. Martinius mentionem, an non sit habenda ratio istius, quod fratres Gallobelgæ sessione 33. diceãt de reconciliatione Goularty cum Ecclesia Gallobelgica Amstelodamensi.

Goulartius quomodo Amst: reconciliatus.

Regati igitur dicti fratres ut mentem suam plenius explicent (quam dicebat Præses antea non bene "se" ceptam) Responderunt Verum ẽe quod reconciliatus sit. Sed moniti a R. D. Jacobo Triglandio an non ita reconciliatus sit cum ista Ecclesia, ut tamen non liceat ipsi cum ea communicare S. Conẽs dixerunt Sic esse: Ex quo D. Triglandius dixit patere, ipsum non esse plenè reconciliatum.

Facta etiam est mentio observatum fuisse cum D. Præses ageret cum citatis Rem. et ostenderet, ipsos non debere excipere contra Sanctam Synodum tamq; Schismaticam, ipsum inter alia dixisse plures esse hic præsentes, qui præter mandata Ecclesiarum etiam habeant mandata Supremi magistratus, quam qui accesserunt instructi solis mandatis Ecclesiasticis: Hos enim esse tantum 36. Illos vero 45.

Sessio 37. Die Mercurij 19 Decembr.

Deputati Campenses accusant 4 Pastores Eccl. Camp. ut præbeãt istius Ecclesiæ reos.

Comparuerunt Deputati Campenses nempe Gisbert Dirterssom Gilbert van Bardenberch et Gerart Veen, una cum D. Joanne Arconio Professore Franekerano, Ecclesiæ Campensi ab ordinibus Frisiæ ad tempus 3 mensium commodato: qui, exhibitis literis fiduciariis, coram Synodo instituerunt ac scripto prælegerunt querelam de afflicto Ecclesiæ Campensis statu, et accusationem, contra 4 Campenses Pastores Remonstrantes nempe, Thomam Cosinium Assuerum Matthisium, Everhardum Voscuilium, et Johannem Schutterum ut pertubatæ istius Ecclesiæ reos, propter rationes hasce sequentes.

Tam propter nova dogmata.

1°. Quia authores sint dogmatum novorum. scilicet. Quod Christus pro omnibus et singulis hominibus absq; discrimine ac ne uno quidem excepto revera mortuus sit.

Quod peccatum Adamo semel condonatum indeq; nullum in infantib? originale peccatum sit.

Quod vires sufficientes omnibus Deus contulerit, amplexandi salutẽ etiamq; Indis Diabolum adorantibus: quorum item cordibus inscripta naturæq; lex ipsis ad salutem dux esse possit, modo sequi ductum istum et collata gratia rectè uti velint.

Quod oves Christi verè hẽdi fieri ac a Salute decidere possint.

Quod nequaquam Deus condiderit reprobãndi Decretum quemquam sed omnes ad salutem vocet, omnibus illam velit ac promittat.

Deum habere suos, tam inter eos qui verbo eius cadent, quam qui illud audiunt, et latronem in cruce pendentem absq; Verbo salvatum ẽe.

Omnes item audientes Verbum Dei ea gratia donatos, ut recipere prædicatum Verbum et credere possint. Deum enim ẽe paratissimum omnibus donare fidem qui modo volunt illamq; capiunt.

Eundem Deum nil hominibus præcipere quod non etiam ab omnibus verè fieri velit, præcipere autem omnibus ut credant, ac simul eis vires ad credendum dare,

Homines tamen Spiritui Sancto resignare ipsos volenti resistere posse.

Christi mortem eousq; impijs conducere quod ea peccatum originale fuerit ab ipsis ablatum.

Omnes

Omnes infidelium, Turcarum, Iudeorum infantes salvari, vel si hoc non fieret Deum ezndelius eum eis quam cum Diabolis agere.

Essentiam Dei tantum in Coelis, ac nequaquam ommj presentem esse.

2°. Quod hanc innovationem molitj sint, aut Scitate propria et privata, ~~ac magna~~ inconsultis classibus vel Synodis, magna quoque Consistory suj parte primitus refragante.

quam propter varios agendj modos.

3°. Quia procurarint effrenem et violentam in urbe Compensj publicæ pacis proculcationem, Tribunitys concionibus, exagitatione Veræ Religionis, horrendisqs in eam Calúmnijs, unde honestorum civium, etiam matronarum in publicis plateis extitit tractatio.

4°. Quod Orthodoxam Doctrinam atrocibús convitiis út abominationū plenam coram imperita plebe prosciderint, cunctosqs ab ea sub extremj exitij interminatione deterruerint.

5°. Quod Vosculius Aphorismos duodecim mútilatos et mendaces per domos privátos sparserit.

6°. Quod Thomas et Vosculius tantas contentiones excruerint cum Souterio Collega suo, ut ille ~~coactus illorum pertinacia cedere~~ útis ille coactús fuerit illorum pertinacia cedere, cum hominum plebeiorum animos ita in illum concitassent, ut in templo post concionem a nebulonibus male fuerit exceptus, quorum aliquos a magistratu in carcerátos, Vosculius postridie, ductus secum in Curiam é fece plebis centum plus minus comitibus, relaxarj fecit.

7°. Quod insurrexerint in Clarissimum D. Wilhelmum Stephanj. ad pacificandam Ecclesiam Campensem, a Magistratu et Ecclesia Vocatum, et quamvis a Magistratu ad pacem comonitj, tamen nova dogmata in concionibus inculcare non desliterint, adeo út Doctor G. Stephanj tandem repulsus a causa sua dicenda loco motus sit.

8°. Quod honestis Civibús Ad placitum ipsis non adhærentibús iniuriā intulerint, et Lubbertum Hardenbergium e Consistorio propulerint quod in Classe vel Synodo se probaturum receperet Vosculium novis et alienis dogmatis Ecclesiam defendere.

9°. Quod Ecclesiasticam Jurisdictionem ad se rapuerint, cum Ministros aliquos ex classibus ad judicium Consistory sui pertraxerint.

10°. Quod ediderint famosum libellum, sub titulo: Dyrecht der Predicanty te Campen. In quo preter 5 Articulos alia dogmata in Theatrum proferunt, atqs optimos et pientissimos Ecclesiæ huius ejus Doctores ut nova et falsa docentes, ignominiosè traducunt.

11°. Quod tabella ista famosa, in qua Religio nostra Ref: cum Mahumetica confertur, et qnę mandato Aulę Ecclesiæ igne concremata est, ipsis comiventibús, Campis rursum sit impressa.

12°. Quod Pastores 3. Vosculius. Muthycius, et Schotterus illegitimum locum in Ministerio Ecclesiæ obtineant.

Omnia hæc et singula accusationis membra receperunt dictj Deputatj firmis documentis se probaturos, atqs in eum finem scriptum illud, quod prælegerant à se et alijs Eccles. Camp. membris subsignatum exhibuerunt, rogantes ut Synodus hęc ad pleniorem cognitionem velit revocare, et quatuor illos pastores officio suo movere, ac de remedijs cogitare quibus turbatę Eccl. Campensj pax sua restituatur.

Exhibuit.

Exhibuit quoq. D. Accronius Scriptum quoddam continens inter alia mandatum Classis Campensis. Ne permittatur, cuiquam molestiam ~~ad~~ exhiberi propter 5 Articl: Sed ut illud negotium totum negeiatur ad Synodum Natiol: Quod Scriptum subsignatum erat a Vosculio et Matthisio, unde apparet quam temere hi homines antea protestati sint Adversus hanc Synodum.

Accusati Pastores Comp.s et Accusantes quam primum literis D. Delegatorum et Synodi huc evocandi.

Quesivit D. Preses an hec causa Campensium nunc sit cognoscenda et examinanda, an ad aliud tempus negeienda?

D. Delegati tempus prefigendum huic actioni detulerunt Judicio Presidis et promiserunt, se, ubi de tempore convenerit procuraturos ut accusantes et accusati literis suis huc evocentur.

Preside autem rogante Sententiam Synodi, Visum fuit plurimis suffragijs, ut accusati Campenses Pastores omnes, nomine huius Synodi quam primum huc evocentur, et missis personalibus, de quibus suo tempore et loco Videndum, de Doctrinalibus instituatur cognitio et examen: Quia nunc de Doctrinalibus Remonstrantium agitur, et cognitio huius causæ, communi causæ multum lucis adferet, rogatiq. D. Delegati, ut etiã ipsorum literis accusati citentur, et Magistratus Campensis moneatur ut interea velit procurare pacem istius Ecclesiæ, annuerunt petitioni. D. Delegati rogarunt Theologos exteros et monuerunt Domesticos ne quis propter instans Festum Nativitatis Christi effluat, sed omnes in hac urbe subsistant, ne in ira aeris vehitur excludantur in dispendium Ecclesiæ et totius Reipublicæ.

Et ab illo præstitum iuramẽtũ.

Sessio 38. Die Jovis 20 Decemb.

Adventus Theol. Scoti G. Balcanquallj.

Advenit D. Gualterus Belchancall.s SS. Theologiæ Doctor, missus à Rege Magnæ Britanniæ nomine Ecclesiarum Scoticarum, simili auctoritate qua missi sunt Theologi Angli: præfegit D. Martinus Gregorij literas DD. Ord: Gen: quibus indicatum D. Carletonem Legatum Regiæ Majestatis, dictum Gualterum ipsorum Dominationibus stitisse et significasse ipsum Auctoritate Regia ad Synodum hanc Nationalem missum. Quibus auditis D. Præses nomine totius Synodi ipsi adventum gratulatus est, atq. ille post Brevem Oratiunculam ad congratulationem et votum conceptum, præstitit etiam juramentum Synodicum.

Gravamina doctrinalia 5 Articulos excedentia a singulis Synodis ad Præsidem deferenda.

Proposuit D. Præses cum injuncta esset Remonstrantibus exhibitio considerationum suarum, mentem Synodi fuisse, ut simul et semel constaret de omnibus Scripturis et onibus Remonstrantium, esse igitur æquum ut et Synodus se ad rem istam serio præparet. Ac propterea quæsivit an non videatur necessarium et utile, ut etiam gravamina doctrinalia quinq. Articulos excedentia, et à Synodis Provincialibus ad hanc Synodum relata, per deputatos singulorum collegiorum, horis successivis colligantur, et descripta, Præsidi exhibeantur, ut absoluto examine quinq. Articulorum, postea suo loco eo

melius

melius ad examen reliquorum illorum gravaminum possit devenivi?
Quod unanimi consensu placuit.
Monita est Synodus à Praside, ut singula collegia considerationes suas ad exhibitas Theses Remonstrantium circa quinq; Articulos, et (si fieri possit) hoc ipso die, saltem ad recens Theses circa primum Articulum, ad ipsum deferant.
Praeterea proposuit, Remonstrantes citatos, jam saepè formalia ista ex literis citatoriis, ut sententiam proponant, explicent, et quantum possint et necessarium judicabunt, defendant, allegasse et illos sui visos esse, ut verba quantum possint et necessarium judicabunt, expressè extendant ad omnia membra, captantes isto modo occasionem subterfugiendi, ne sententiam suam satis plenè ac affirmative, ut oportet exponant.
Quare rogati D. Delegati ut placeat, mentem suam de istis verbis explicare, Responderunt, illa tantum ad defensionem, non autem ad propositionem et explicationem pertinere. Fatebatur quoq; tota Synodus verba ista per se esse manifestissima ac propterea citatos illis abusos esse.
Postremò proposuit ex oratione prima Episcopi et sequentibus scriptis, praesertim ex scripto comprehendente 12 conditiones et ex scripto protestationis contrare Remonstrantes, omnem culpam motuum Ecclesiasticorum rejicere in Contra-Remonstrantes, ac propterea monuit ut singuli qui istorum aliquam habent notitiam et imprimis Zuyt-Hollandi et Noort-Hollandi historiolam rerum gestarum contexant, qua Theologi exteri de modo agendi Remonstrantium rectè informari possint.

Remonstrantes citati verbis quibusdam ex literis citatoriis abusi.

Historiola contexenda de motibus Ecclesiasticis.

Sessio 39 Die veneris 21 Decemb.

Remonstrantes rogati an singuli in promptu habeant suas considerationes in Confessionem et Catechesin, responderunt se paratos esse quantum per tempus licuit. Et cum accingerent se ad lectionem praefationis cujusdam considerationibus istis, uti dicebant praefixae, monuit eos D. Praeses ex placito D. Delegatorum ut missa ista praefatione, scriptum suum simpliciter exhibeant. Episcopius verò indicavit, se cum suis nunc tantùm considerationes in Confessionem descriptas habere, et propter angustiam temporis non potuisse se praeparare ad considerationes in Catechesin. Exhibitis verò quas paratas habebant, Considerationibus, prosegit D. Damianus ipsis absentibus praefationem illam, qua significant quo fine et qua occasione considerationes suas in Confessionem conscripserint et quo loco illas haberi velint, addentes simul excusationem de non exhibitis Considerationibus in Catechesin.

Remonstrantes exhibent Considerationes suas in Confessionem.

Subscripti

diverso modo consignatas.

subscriptio istorum Considerationum sic se habebant ut Episcopius, Poppius, Forenses Arnoldi, Corvinus, et Uuinglo, primario subscripserint, reliqui verò, hoc modo, nempe visis et examinatis istis Considerationibus à Zuyt-Hollandis Remonstrantibus consignatis, judicare se illas dignas esse ad quas in revisione Confessionis suo tempore instituenda, serio attendatur.

Quæsivit ergò D. Præses, an eo modo satisfactum sit mandato D. Delegatorum et decreto Synodico?

Cum verò nondum exhiberent considerationes in Catechesin indicatum fuit ipsos nec mandato D. Delegatorum nec decreto Synodico satisfecisse.

Responderunt D. Delegati, quod judicium suum de hoc facto citatorium publico decreto significarent, cui tota Synodus acquievit.

Decretum autem erat hoc.

Quare rursum novum Decretum contra ipsos promulgatur.

Cum citatis atq; publica authoritate evocatis, fratribus Remonstrantibus ab Illustr. ac Præpotent. D. Ordinum Gen: Delegatis, in punctum imperatum atq; mandatum sit nuper. Primò ut considerationes super Catechesi et Confessione suas intra diem quartum exhiberent quam tempestatem ipsis præscriptam sufficere judicarunt, serio propterea ac graviter sint moniti, ut singuli exhibeant suas: cum præterea omnes meminerint, fuisse inter illos qui habere nullas sese testarentur, nunc autem præter promissum, contra expectationem omnium bonorum, suas tantùm ad Confessionem exhibuerint, ijsque omnes pariter, etiam qui nullas se habere fuerant testati, subscripserint, ea in re, cum sine dubio ipsi intelligant neq; promissis suis neq; authoritati eorum qui Supremum hoc in loco representant Magistratum, factum satis: mandant coram toto hoc conventu tam Illustri, tam veneranda injungunt præscribunt atque imperant Illust. ac Præpotent: DD. Ord: Gen: D. Delegati, ut in posterum, majorem sui, maximam illorum rationem habeant, quos Suprema potestate armavit Deus immortalis, quique contentum sui ut meretur vindicare et possunt, et judicio omnium tam sæpe provocati debent. Cumq; propterea iterum in scripto hodie exhibito observarunt Delegati Amplss. provocare eos iterum ad conceptum D. Ordinum et ad Citatoriarum verba literarum monitos volunt ut in posterum id genus cavillationibus, et dictarum formularum interpretationibus abstineant, cum hoc minimè ipsis verum solummodo Illust. ac præpotent. Ordinibus eorumq; Delegatis competat: ut posteriora tantùm ad defensionem referantur: velle enim se et tunc jussisse, ut in posterum sententiam suam nudè, paucis et simpliciter proponant, posteà autem quantum velint defendant. Itaq; hoc eorum Amplitud. vivetur, ut quas olim ijdem Reverendi fratres Remonstrantes D. Ordinibus Hollandiæ exhibuerunt considerationes, eas nunc iterum cum alijs, si præterea quas habent super Catechesi coram veneranda hoc conventu et quidem singuli die jobis proximo tanquam coram facie ipsius Dei examinandas atq; excutiendas proponant. Præterea quod toties jam monitum ut singuli considerationes tradant suas: cum præsertim D. Delegati extra reformatam Ecclesiam nullam inter illos nullum alibi corpus Ecclesiæ agnoscant.

Dordrechti 21 Decemb. 1618.

Daniel Heynsius.

Quæsitum quoq; fuit an Interrogatoria Remonstrantibus ad Classes suas circa quinq; Articulos proponenda, referenda sint nunc dum exhibuerint Considerationes suas in Catechesin, an verò nunc sint instituenda. Placuit D. Delegatis et Synodo ut differantur donec considerationes fuerint exhibitæ, et exhibitis fiat die Jovis proxima, prima Sessione post Festum Nativitatis.

Cuius ipsi apographon petunt et obtinent.

Decreto superiore Remonstrantibus prælecto, petierunt istius Apographum, Delegatis roganteibus in quem finem? ut examinent responderunt et Conscientijs suis satisfaciant, interim ut illis Apographum concessum non ut examinent, sed ut pareant et sibi ab omni obloquutione caveant.

An considerationes hę eædem sint quę antea Ordinib: Hollandię exhibitę sunt, et

Ceterum Remonstrantes rogati, an considerationes illæ, quas nunc exhibuerunt, eædem sint quę literis consignatis missæ sint ad Ordines Hollandiæ? Responderunt non esse quidem eandem sed tamen illas omnes hisce esse comprehensas, et plures esse additas.

ubi et quibus illę exhibitę sint?

Voluerunt etiam D. Delegati ut respondeant ubi et quibus antea considerationes suas exhibuerint. Respondit Episcopius se tum temporis nondum ad ministerium admissum fuisse, ac propterea nullas considerationes exhibuisse. Joannes Arnoldi se non meminisse, sed putare se misisse ad collegium Ordinum Hollandiæ. Uytenbogardi et Isaacus Frederici, se reliquisse in manibus Uytenbogardi, sed nescire quibus ille tradiderit.

An Remonstrantes omnes et singuli has considerationes pro suis habeant?

Deinde reliqui rogati an omnes considerationes exhibitas etiam habeant pro suis; respondit Niellius, eas se habere pro suis. Pynacherius, non committisse se hic aperire sua dubia, sed tantum in eum finem considerationes has proposuisse, ut possint inservire fratribus. Sapma, nondum se considerasse eas ut moverent sibi scrupulum. Veranius considerationum interim quasdam sibi movere scrupulum, quasdam verò non, sed ubi ventum fuerit ad examen, se distincte de illis responsurum. Isaacus Frederici, pauculas sibi movere scrupulum, sc. illas quas antea exhibuerat Uytenbogardo. Hollingerius, non posse se extempore respondere, sed responsurum proxima sessione: habere tamen unicam considerationem, quam etiam Praesidi exhibuit. Mathisius, licet antea nihil considerarit, quasi dubitans tamen scrupulos nonnullos sibi nunc motos esse. Leo, Wezekius, Reickwaert, judicare se considerationes istas esse dignas examine, sed nullos sibi movisse scrupulos.

denique.

An prętez exhibitas Suas Thesses Sabeant alias?

Denięz rogatj, an prięter exhibitas haberent alias considerationes? Responderunt omnes: se alias habere nullas, prięter Pynacherum qui dixit, forte amplius se posse addere, si tempus daretur: et Gosuinum, qui dixit, nullas sibi nunc occurrere.

Sessio 40. Die Jovis 27 Decembs.

Remonstr. exhibuerunt considerationes suas in Catechesin.

Exhibuerunt Remonstrantes considerationes, singuli suas in Catechesin, praeter Geldros, qui dixerunt, se non habere quos exhibeant, et inter illos Hollingerum, qui significavit, licet non haberet considerationes speciales, tamen inter exhibitas etiam contineri quaedam sua cogitata, et rogatus, quorum igitur considerationes habeat pro suis, respondit: Zuydhollandorum, quibus etiam subscripsit.

Rogati Remonstrantes an exhibitae hae considerationes eadem sint, quae exhibitę fuerunt DD. Ordinibus Hollandiae? Resp: onderunt Episcopius, se nullas unquam Ordinibus exhibuisse. Joannes Arnoldi et Poppius, se nullas exhibuisse in Catechesin. Dvinglo: se considerationum Ordinibus exhibitarum non probe iam meminisse, putare tamen omnes hisce contineri. Isaacus Friderici, se non habere copiam illarum considerationum, quas antea Ordinibus exhibuerat.

Declarantes illas quae Ord: Hollandiae exhibita erant et hisce contineri. &c.

Rogati porro ut sincere declarent, an exhibitae hae sint considerationes, quas habeant in Catechesi omnes? responderunt singuli, se praeter has habere nullas.

Theologi Palatini Theologi Palatinj paucis praefati, Catechesin nostram esse Heydelbergensem, ac propterea omne illud quod Catechesin spectat imprimis etiam ad se pertinere, et sibi a Principe suo Comite Palatino in mandatis datum, ut ad singula, quae ad Catechesin essent proponenda diligenter attendant, petierunt considerationes Remonstrantium in Catechesin iam exhibitas, etiam sibi exhiberi, ut illas examinent, ad illas respondeant, et responsum suum in Concio Synodi subjiciant. Quibus responsum est, Ecclesias Belgicas semper cavisse, ne quid super Catechesi, inconsultis Theologis Palatinis statuatur, ac propterea, omnes has considerationes summopere cum ipsis esse communicandas.

Theologi Palatinj considerationes has etiam sibi exhiberi voluerunt.

Remonstr: de abusu Verborum in literis citatorijs monitj.

Remonstrantes monitj, quod Verba in literis citatorijs de quibus Sessione 30 actum est, in perversum sensum detorserint, quodqs ys non debuissent abuti ad sententiam suam tam intricatę

respondent quod non possint aliter agere quam egerunt pro conscientiam.

intricate ac negativè proponendam, et reprobationem doctrinæ de electione immiscendam: respondérunt quod aliter in propositione, et explicatione sententiæ suæ, non potuerint agere quam egerunt neq; ut aliter agant a Conscientijs suis posse impetrare, Synodum etiam Conscientijs suis nihil posse præscribere, quare petierunt ut licuit ipsis, quo cœperunt pede pergere, atq; in antecessum Socijs concederetur, ut vel primo loco de reprobatione agatur, vel saltem de Electione et reprobatione agatur, ea ratione quam ipsi in Thesibus suis proposuerant, præsertim cum nihil sit quod magis ipsos urgeat, quam quod dicatur, Deum aliquos absoluto decreto reprobasse, et quidem illos quibus etiam salutem annuntiat, ac propterea ipsos sententiam suam de Electione non posse proponere ac defendere, nisi etiam de Reprobatione agatur.

Libertas quam Synodus Remonstrantibus in actione causæ suæ, concessit, et limites quibus eam circumscripsit.

Ad quæ omnia D. Præses aliquoties respondit, concedj ipsis, ut recipiant quod improbant, et rationes adferant, modo primo loco proponant rotundè, quid ipsi sentiant. Item, agendum esse, non tantum de Electione, sed etiam quo loco de reprobatione, quantã Synodus in Conscientiã indicabit necessarium esse, ad Dei gloriam, informationem, ac ædificationem Ecclesiarum. Interim tamen quoad modum agendj, non esse æquum ut Synodus ab ipsis, verum ipsi tanquam citati à Synodo Leges accipiant, Synodũ vero Judicare, ut primo loco agatur de Electione, idq; ex natura rei præscripto Verbj Divinj, et usũ omnium Doctorum atq; postea agendum de reprobatione, quod nisi fiat ipsos tunc habituros quod quærantur: neq; hunc modum agendj pugnare vel cum fide, vel cum bonis moribus, vel cum ullo loco S. Scripturæ, quare non esse quod conscientiam obtendant, sed potius ex conscientia teneri, ut decreto Ordinum et Synodo pareant.

A. D. Delegatis appellata.

Cum tamen nihilominus urgerent, et ad rationes suas, quibus respondj volebant provocarent, nec non diserte satis significarent, quod amplius in Synodo hac possent subsistere, nisi eo quem præscribebant modo procedatur, iussi sunt secedere, et re penitus ad examen revocata, indicarunt D. Delegati, et tota Synodus declaratione illa Præsidis, ipsis abunde esse satisfactum, neque illos amplius posse aut debere prætendere conscientiam, quandoquidem tantum de modo agendj

agatur

agatur, quo conscientiæ ipsorum nullo modo grauari possint atq; id ipsis sessio indicandum.

Quare declaratio ista, a Scriba Dammano scripto comprehensa Remonstrantibus in concessum Vocatis, ex mente D. Delegatorum et sententia totius Synodj prælecta est, et ut semel parerent (Delegati egerrime ferentes mandatorum suorum contemptum) obedientiam illis impinxerunt sub poena arbitraria, etiam Politica.

Nihilominus tamen non destitit Episcopius obloqui, excipiens se per conscientiam isti decreto, cui alias lubenter pararent, non posse obtemperare, neq; ullo modo se posse satisfacere, nisi concederetur ut sententiam suam non tantum defenderet, sed etiam proponat et explicet quantum possit et necessarium iudicabit.

Interea monuit D. Præses Remonstrantes, ut circa antemeridiem parati adsint, esse enim tum ad rem Veniendam, et examen Sententiæ de 5 Articulis instituendum.

Sessio 41. die Veneris 28 Decembr.

Litteras ad Præsidem curarunt deferri Remonstrantes.

Proposuit D. Præses quod Remonstrantes curarint literas quasdam pertinentes ad hesternam actionem ad se deferri, ipso puncto temporis quod esset eundum ad conventum. Quibus literis Præsidi politico exhibitis, iudicarunt D. Delegati, illas non esse prælegendas, sed Remonstrantes Vocandos, ut statim se hic sistant.

Sed iussi ut se quam primum sistant

Regali nunc iam ipsis statutum sit parere.

Illi vero cum ad manus non essent per Apparitorem Vocati iniecta mora comparuerunt. Quibus D. Præses proposuit, heri illos D. Delegatorum et Synodi scripto ac voce ad illud quod obtendebant intellexisse: et rogavit eos, num ipsis nunc statutum sit, utriq; decreto parere? Responderunt, se scripta aliquid consignasse, et petere ut prælegatur Synodo.

Petierunt scriptum exhibitum prælegi

Cui petitioni D. Delegati opposuerunt hoc Decretum.

D. Delegati mandant, ut omni prælectione præcisa, in rem præsentem veniant, et ad interrogata candidè respondeant.

Illust: atq; Ampliss. Illustriss. ac Præpot: D.D. Ord: Gen: Foederis Belgij Provinciarum Delegati, Vetant pro authoritate summa qua pollent, atq; interdicunt, ne quid hoc in loco prælegatur quod hesterno postremoq; illorum Decreto ulla ratione adversetur,

Vel autoritati eius detrahat, quemadmodum pro eadem mandant, iubent atq; iudicant Remonstrantibus, ne aut silentio aut discessu suo quem pretendunt suo, Venerando atq; augusto huic conventui moram in posterum injiciant, sed in rem presentem protinus se sistant, atq; ad interrogata candidè ac sincerè respondeant.

D. Pręses ergo prefatus, Remonstrantium nunc essa út pareant, et se ad rem accingens proposuit ipsis hanc quęstionem:

D. Pr. ad rem se accingens questionem de 5 Articul. ipsis proponit, ad quam respondere nolunt, nisi petita libertate sibi concessâ.

An articulos D. Ordinib. Hollandiæ exhibitos, et in Collatione Hagensi propositos, explicatos, et pro Vitiis a se defensos, etiamnum habeant pro suis, et specialiter primum Articulum?

Respondit Episcopius. Diximus hesj, et nunc iterum dicimus, nos non posse bona conscientia respondere, nisi nobis concedatur libertas, in singulis articulis agendj de utroq; membro Prędestinationis, et sic Sententia nostra defendendj, proponendj et explicandj quantum possumus, et nos ipsi necessarium iudicabimus.

Et rogati Vicitim an ad interrogata respondere velint, Singulj ad Vnum effugia dilabuntur, sc.

Hæc autem Responsio D. Prędij occasionem dedit, rogandj singulos, an velint respondere ad interrogata?

Leo.

Respondit Leo, se videre Synodum in eo esse totam, ut concitet in Remonstrantes odium Supremj Magistratus, et malle se recedere à publico et a Ministerio suo, ac in tranquillitate conscientiam suam possidere quam ita in conscientia onerarj.

Wesehius

Bernerus Wesehius: Se nescire quid responsurus sit, non habere quod addat ad illud quod scripto comprehensum est, examinj semel fuisse subiectũ et esse communem causam, communiter explicandam.

Hollingerus

Hollingerus: Se accessisse ea fiducia ad Synodum, ut ageret cum suis, eo quo ipsis Visum esset modo, esse causam communem et non cuiusvis, tractare tam arcana mysteria, oportere ut ista causa agatur et exponatur per eos, qui ad eam sint idonei ~~sint~~ ac propterea non posse respondere.

Episcopius

Episcopius: Se esse citatum, ut sententiam suam proponat explicet, defendat, eo, non quo Synodus, sed ipse iudicarit modo, et propterea non posse respondere, nisi concedatur quod est petitum.

Corvinus.

Corvinus: Se non posse pergere in actione, nisi concedatur libertas proponendj, et Libertate facta non esse satisfactum Conscientiæ suæ.

Poppius. Poppius, se rogare ut exhibitum scriptum legatur, Conscientiæ suæ per id quod promissum est nullo modo esse satisfactum, malle quidvis ferre quam respondere, neq; convenire cum ætate sua et dignitate ministerij ut examini pædagogico subjiciatur.

Dvinglio. Dvinglo, se malle decreto obedire si liceret, seu non posse capere quod fiat nisi concedatur petita libertas.

Pynakerus. Pynackerus, se respondere idem.

Sapma. Sapma, se velle ut examinetur rationes scripto comprehensæ, non posse per Conscientiam respondere, nisi hoc fiat, non satisfieri à Synodo Conscientiæ suæ quemadmodum Synodus dicit Conscientijs suis non satisfieri à nobis.

Theoph. Rybovius. Theophilus, se videre omnia in deteriorem partem trahi, et iudicio haberi quæ à se et suis dicuntur et aguntur.

Niellius. Niellius, se non esse ea promptitudine ut satis ex tempore respondeat, neq; posse per Conscientiam in decreto acquiescere.

Assuerus et Goswinus. Assuerus et Goswinus, se non posse discedere à sententia superiori sessione proposita.

Neranus. Neranus sententiam suam jam scripto esse exhibitam, Conscientiam suam non posse acquiescere judicio non munito rationibus citatorias literas habere contrariam declarationem, et se per Conscientiam non posse discedere à declaratione scripto facta.

Isaacus frid: Isaacus Friderici, se membrum esse Synodi, in causa Remonstrantium se reliquis Remonstrantibus fuisse adjunctum, ac propterea non separatim sed conjunctim esse agendum, et causam dicendam, se quia videret omnia præter expectationem evenire, statuisse in patientia animam suam possidere, et eventum Synodi expectare, imo privatim malle vivere, quam istiusmodi interrogationibus vexari.

Inter hæc particularia Responsa D. Præses sæpius eos monuit ne ita Conscientiam obtendant, nisi rationem ejus reddant ex verbo Dei, petivitq; aliquod scripturæ testimonium, imprimis à D. Episcopio, quo se id per conscientiam non licere probarent, contestans aliquoties se non permissurum ut tam temere Conscientiam suam opponant decreto D. Delegatorum et Synodi nisi verbo Dei munitam, continere enim istum prætextum conscientiæ tacitam et gravem tam in D. Delegatos, quam in totam Synodum accusationem, quasi ipsorum Conscientias iniquis decretis gravarent, quam tamen D. Præsidis crebram admonitionem nullum scripturæ testimonium quo prætextum illum firmarent vel saltem palliarent, protulerunt.

Rogati deinde omnes an persisterent in datis responsis, responderunt omnes, se persistere, et causam ẽe communem, et cõmuniter et quidẽ liberrime agendam.

Illis itaq; secedere iussis, proposuit D. Preses, iam constare satis, quod Rem: nolint se amplius Synodo sistere, nisi ipsis concedatur plenaria potestas, pro ipsorum libitu, quidvis proponendj et agendj, neq; ullas leges a Synodo velint recipere, monuitq; fratres ut in proximam sessionem deliberent, qua ratione nunc velint agj.

Remonstrantibus vero rursum in consessum vocatis, monuit eos D. Preses ex superabundanti et placito D. Delegatorum, ut redeant hora quarta et respondeant ad interroganda.

Sed dixit Episcopius communj nomine: ut respondimus antea, sic persistimus in sententia nostra, nempe, ut de ea communj g̃muniter respondeamus, et quidem tantum, quantum ad defensionem causę nostrę nos iudicabimus necessarium.

Sed iniunctum ipsis a D. Delegatis ne quis absq; speciali consensu urbe excedat.

Ad hoc Rem. responsum, pronunciarunt D. D. Delegatj, se nunc animadvertere ipsorum contumaciam, et mandarunt nomine ordinum Gẽrlm, ne quisquam eorum audeat discedere ex hac urbe, absq; speciali consensu.

Sessio 42. eodem die a meridie.

Et ad propositionem D. Presidis quid porro in causa Rem. agendum.

Remotis spectatoribus et auditoribus, proposuit D. Preses, quandoquidem Rem. persistant in sententia sua, et nolint ut ipsis quicquam in actione causę suę a Synode prescribatur, eosq; in illo totos ẽe, ut aut sub praetextu conscientię Synodo excedentis iustam calumniandj accepturj, aut si sub petitione sua, ad actionem admittantur, Synodum perpetuo remoraturj sint. An non huius rei grauissime, diligens sit habenda ratio, et attendendum. Hinc ad Remonstrantes, qui se protervia, impudentia et pervicatione suâ quàm indignissime hoc tam venerando coetu gesserunt. illinc vero ad Synodum, Ordines Generales qui Synodum convocarunt, et Ecclesias quę deputatos suos huc miserunt, quibus omnibus hactenus a Remonstrantibus non exigua facta est iniuria. Ac propterea sitne aliqua investiganda via, quâ equitas actionis Synodicę bonis omnibus probetur.

Et prolecta cum consensu D. D. Delegatorum, Epistola Remonstrantium, Presidi ante meridiem tradita, proposuit deinde, an Synodo, auditis rationibus istâ Epistolâ comprehensis videatur in decreto hesterno aliquid mutandum, si vero non, num consultum videatur, ut decretum illud amplificatum ac rationibus munitum, Remonstrantibus ex superabundanti propenatur, ut eo audito ac perpenso, si nihil nouarint in sententia sua pristinus sunt suo plenio ex Synodo discedant. Quod si fecerint quęsivit tandem quomodo tunc agendum et procedendum sit?

Placuit D. D. Delegatis, ut si quosdam ex ipsorum medio et Assessorum ac Scribam, Ord: Generalib. referantur, quid hactenus cum Rem: actum sit, et quales se gesserint: sed ut in antecessum, et ad extremum Remonstrantes p. Theologos exteros sui officij moneantur, atq; in eum finem in horam 9 crastinam vocentur, ut si pertinaciter persistant, tempus sit flagam comitis excurrendj.

Placuit D. Delegatis et Synodo Decretum de lege Remonstrant. prescripta, ampliari et rationib. munire, ut equitas istius omnibus appareat, et forte Remonstr. eo audito ad obedientiã flectantur.

Statuit Synodus Remonstrantib. abunde satisfactum Decreto Synodico, sed quia etiam ratio est habenda honoris Synodj, Ordinum et Ecclesiarum, ne etiam Rem. habeant quod merito desiderent, ac ut omnibus constet de equitate legis ipsis a Synodo prescriptę, Decretum illud ẽe amplificandum, rationibus fulciendum, atq; ita amplificatum et munitum Rem. eras prelegendum eosq; primo p. D. Presidem deinde p. Theologos exteros, publicè ad obedientiam monendos: quam si recusent, illis recensionj suę ẽe subscribendum, in reliquis vero omnibus placito D. D. Delegatorum acquiescendum ——.

Preterea

Preterea rogatis sunt Theologi exteri, ut in munitione ~~exteri~~ Decreti operam suam Synodo comodent, sententiamq; suam de Sesterno Decreto Synodico rationibus confirmatam scripto comprehendant, tam in usum Scribarum, quam ut, si opus sit Rem.s prelegatur.

Sessio 43. Die Sabb: 29 Decemb.s 1618.

Decretum Synodicum de effugijs Remonst. (prout Sesterna pomeridiana Sessione constitutum erat) ampliatum et rationibus munitum, Synodo prelectu et a D.D. Delegatis, a tota Synodo, pauculis mutatis et additis probatu est.

Decretum superdictum probatum.

Moto vero dubio, utrum immediate post pertractatam doctrinam de Electione, sit agendum de reprobatione: Senserunt fratres Nortbollandi sic ee agendum, ut pertractata Electionis doctrina, immediate agatur de reprobatione, scilicet quantum attinet ad Remonstrantium de ea sententiam, modo in finem reperiantur calumniosa et probrosa illa, que dicunt a quibusdam nostrum in Ecclesias Belgicas ee invecta. Plerique vero fratres exspectarunt de eo Judicium D.D. Delegatorum qui se explicarunt, eo ipso quo dictum est modo.

Remonstrantib. prelegitur.

Deinde Decretum illud, ut erat explicatum et rationibus munitum Remonstrantib. prelectum est, illi autem quia prolixius ee direbant, petierunt istius apographum, et spatium deliberandi ut de scripto respondeant.

Quibus apographum petentibus autographum concessum est, ut eo examinato categorice respondeant.

Concessum est ipsis ipsum Autographum, ut in proximo conclavi illud examinent, et quam primum reversi respondeant, ne illi, quibus ex D.D. Delegatis Hagacomitis proficiscendum erat, tempore excludantur.

Instabant tamen, quamvis aliquoties secedere iussi, ut possint scripto respondere, dicentes ee rem maximi momenti, de qua no tam precipitanter agendum, ideoq; iustum deliberandi spatium ipsis ee concedendum, et multa fuisse prelecta adque respondere debeant. Verum cum D. Pr.s Politicus replicaret, non ee rem tanti momenti, quin deberent et possint etiam ex tempore respondere, et propositum de instituto itinere urgeret: ac Presses Ecclesiasticus subjceret, si res tanti est momenti, cur heri tam precipitanter egissent, et spatium deliberandi usq; ad horam 4.am pomeridianam a D.D. Delegatis oblatam rejecissent inberetq; ut secedant, et communicatis consilijs respondeant quod libet, tandem ad conclave proximum se contulerunt.

Verum illis instantibus ut apographum et spatium deliberandi haberent,

Reversi autem, et autographum istius Decreti Presidi reddentes responderunt, quo magis rem examinassent, eo magis sibi necessarium videri ut obtineant deliberandi spatium, petentes proinde ab Amp: D. Delegatis apographum istius scripti, ut etiam scripto respondeant, et mentem suam plenius explicent.

quamvis Theo: Exteri declarassent ipsis a Synodo abunde ee satisfactum.

Qua Sententia quam mordicus tenebant, quam non cederent et ad questionem Presidis, An velint recedere ab ista, quam petierant sibi concedi, plenaria potestate, eamq; Synodo deferre an vero sibi reservare? regerent, quod non nisi scripto respondere possint: prelecte sunt ipsis sententie Theologorum exterorum de equitate Decreti Synodici, munite variis ac egregijs rationibus, quibus omnes unanimiter declarabant Remonstrantibus a Synodo abunde ee satisfactum, ipsosq; serio admonebant, ut tandem aliquando D.D. Delegatorum et Synodi decreto morem gerant, rejectis etiam ipsorum plenisq; effugijs et rationibus in contrarium allatis, ut qui factenus immoti stitissent ys forte moveantur.

ut tandem res semel absol-
vatur.

Sed nihilominus antiquum obtinuerunt, et ad effugia nova relapsi
dixerunt, egerime se habere, quod accusati sint, quasi de solo ordine
contentionem movissent, non enim se gravari, ut de electione primum
et de reprobatione postea agatur, et quid de reprobatione primo loco
agendum dixerant, id se intellexisse de precipua istius doctrinę trac-
tatione, atq; aliquam tantum libertatem se petysse, qualem in consci-
entia indicant sibi deberi &c.

Quando quidem iterum ad
nova effugia relabentur.

Ad quę D. Preses, postquam demonstrasset, ipsos etiam de ordine con-
tendere, atq; id ex precipuo ipsorum scripto probasset, seq; minquam
dixisse de solo ordine, sed semper ordinem et modum agendi coniunx-
isse: Hanc questionem in qua pes figendus esset, cum in ea cardo rei
vertatur, ipsis proposuit, An ergo velint libertatem proponendi sen-
tentiam suam, ac impugnandi alienam, nullis nec D. Delegatorum, nec
Synodi legibus circumscriptam, sed eque suis tantum conscientys
videatur equa et sufficiens?

p explicandi et defendendi

Ad hanc questionem urgente ipsos Preside, et D.D. Delegatis, ite-
rato postulantibus, ut ad eam, et quidem categorice responderent,
responsum tamen categoricum detrectarunt, in superiore postulato
de apographo et spatio deliberandi pertinaciter persistentes.

Illud ad extremum ipsis a D.
Delegatis et Synodo datum est
ut habeant apographon decreti
de explicatione eiusdem illud
q3 examinent et responsum suum
categorice eidem subscribant.

Quare tandem ut res hęc semel finiatur, D.D. Delegati et Synodus
ipsorum pertinaciae hoc dederunt, ut habeant apographum decreti
die Jovis facti et explicationis eiusdem, ea lege, ut non scripto
quodam Apologetico respondeant, sed simpliciter et categorice,
quid sibi tandem constitutum sit scribant singuli, idq; hora sexta
Vespertina in consessu reddant.

Decretum autem cui subscribere debebant, hoc erat:

Quoniam Remonstrantes professi sunt aliquoties, se per
conscientiam, non posse in Synodo hac subsistere diutius, nisi in
antecessum sibi concedatur, ut de reprobatione et Electione agat;
ea ratione qua ipsi in suis libellis et scriptis exhibitis proposuerunt
Synodus, quo magis ipsis satisfiat, declarat statuisse, et statuere
Remonstrantium sententiam, non tantum de Electione, verum etiam
de reprobatione expendere et examinare, quantum in conscientia
judicabit ipsa, ad Dei gloriam, informationem, ędificationem et
tranquillitatem Ecclesiarum, omniumq; conscientiarum, posse et
debere satis esse. Ad modum autem et ordinem quod attinet, qui
secundus sit in hoc negotio, existimat Synodus, suum esse de eo
dispicere, non fratrum Rem. Statorum prescribere: Ac fiustra
hic eos conscientiam contra obtendere, quandoquidem in his quod
cum Dei Verbo pugnet, ys a D.D. Delegatis Illust. Ord. Generali
aut a Synodo Sacerrima iniunctum aut propositum est. Quin
potius si conscientię suę, quam debent, habere rationem velint
teneri eos ad obtemperandum equissimis mandatis supremarum
potestatum, et acquiescendum huic Synodi iudicio.

Sessio 44. eodem die Vespere. hora 6.

Qui responsum quidem sed
non categoricum subscripserunt.

Exhibuerunt Remonstrantes responsum suum, decreto Synodico,
subscriptum et a singulis subsignatim hoc modo:

Si nobis

Si nobis per Synodum, non nisi categorica responsione huic decreto eius q̃ explicationi subscribere liceat, simpliciter dicimus, nos in responsione Hesterno die scripto exhibita, etiamnum persistere.

Si vero, quod concedi nobis oportere arbitramur, sententia nra nobis explicanda erit, dicimus quòd scripto exponemus mentem nostram, plenè ac planè de singulis articulis, primò de Electione, deinde de reprobatione, eamq̃ eodem modo defendemus, et contrariã sententiam Contraremonstrantium, ac eorum, quę illi habent pro Orthodoxis, in singulis articulis, planè propositum refutabimus.

Quod si quid in explicatione aut defensione deesse iudicabitur, scripto respondebimus, ad quęstiones a Præside nobis proponendas, aut si res patiatur Vina Voce, per eos quos maximè idoneos iudicabimus. Atq̃ ne hęc libertas videatur illimitata, promittimus, eam nos in agendo rationem servaturos, quæ a proteria quidvis sine causa frænã, et ędificatione proponendi, disputandi et cavillandi licentia longissime absit.

Ac vero actiones protrahantur ultra iustum debitumq̃ tempus, Nobilis: D. Delegatorum erit statuere, quos tamen pro sua æquitate, discretione et prudentia, iustum ad concipienda scripta nostra tempus nobis concessuros speramus, quibus quoq̃ ut nostræ agendi modus probetur operam dabimus.

Nonetiam ad questionem de doctoribus quorum in responso mentionem fecerant respondere voluerunt?

Quandoquidem vero Remonst: in hoc suo ~~scripto~~ responso mentionem facerent de quibusdam quos dicerent Contraremonst: pro Orthodoxis habere, et quorum sententiam, tamquam, ut alias dixerant, blasphemam, horrendam, et Deo ignominiosam, refutandi licentiam sibi concedi vellent, rogavit eos D. Præses, quinam illi sint, mandavitq̃ ut eos nominent. Quum Episcopius responderet, quod nominandi essent suo tempore, instabat D. Præses aliquoties, oportere, ut illos nunc, et in hac Synodo nominent, quia ansi fuerint eos nominare, et prostituere coram toto mundo, in publicis suis scriptis, dicẽs tandem, nisi vos nominetis, ego nominabo, nominastis enim Zuinglium, Bucerum, Calvinum, Martirem, Bezam, Marloratum, Zanchium, Perkinsũ, Piscatorem, et alios, viros optime de Ecclesia Dei meritos, quorũ memoria est in benedictione, nomenq̃ gloriosum in coelo et in terra. Et licet D. Præses aliquoties urgeret, num si essent quos designassent, confusi tamen respondere noluerunt.

Quare Delegati Remonstrantes eosdem urgendos ~~ee~~ voluerunt ut categoricè respondeant.

Illis exire iussis rogavit D. Præses de hoc responso Remonstrantium sententias.

1° D.D. Delegatorum, qui dixerunt Remi: denuò urgendos esse ut categoricè respondeant, Deinde fratrum Synodicorum, inter quas Sententia Nortbollandicorum hæc fuit.

Quia citati Remi non modo ab hac Synodo, sed etiam a D. Delegatis Illust: D. Ord: Gen: tam seriò et asperè hodie iussi sunt, ut Decretũ Synodicum, ab ampliss. D.D. Delegatis approbatum, tandem categoricè respondere, quod tamen nec dum ab illis præstitum est, insigne sne pertinaciæ et contumaciæ ~~signum~~ documentum dederunt, ostenderuntq̃ quidipsis sit in animo, nimirum

1° Autoritatem D.D. Delegatorum et huius Venerandæ Synodi, omnibus hisce tergiversationibus et explicationibus eludere.

2°. Synodum pro legitima nedum agnoscentes, sed in priore sua protestatione perstantes, eiusdem. iudicio et legibus, etiam in modo agendj nequaquam subyecj, sed legibus et conditionibus a Synodo propositis, suas contrarias, tanquam cum adversa parte agentes opponere, atq; ita perpetuas nobis molestias multas et magnas excare.

3°. Variis et multis Scriptis concinnandis, et ad eam rem spatium temporis petendo, actionem Synodicam in infinitum protrahere Synodumque defatigare.

4°. A prescripto D.D. Ord: Gen. quo mandatum est ut sententia Remon primo loco examinetur, et diiudicetur, deinde ad alia gravamina procedatur, recedere, et inscripta ac Sententias clarissimorum, et de Ecclesia optimè meritorum Virorum involare, atq; ita actionem Synodicam iam institutam turbare.

Itaq; ut Illust: D.D. Ord: et huius Venerandę Synodj consulatur authoritatj, iniungendum illis ēē iudicamus, ut simpliciter Voluntatj D.D. Ord: Delegatorum, et decreto huius Synodj pareant, secus, contumaciæ reos habendos, et censurâ Ecclesiasticâ multandos ēē, doctrinamq; eorum ex ipsorum Scriptis exutam, examinandam, et ex Verbo Dej diiudicandam: Quod commodè et certo fiecj, nostro iudicio poterit, Synodumq; a molestys multis liberabit, et magnum faciet temporis compendium.

Illi vero in proposito persistantes responderunt se non posse alio quam scripserant modo parere

Latis omnium Sententys, Remonstrantes rursum in concessum vocatis, rogavit Præses ex voluntate D.D. Delegatorum, an stet ipsis sententia decreto istj Synodico, cuj responsum istud subscripserant simpliciter parere, nec ne?

Responderunt omnes et singulj, etiam Virilim rogatj, se non posse parere, nisi eo quo scripserant modo.

Tandem igr Delegatj pronunciarunt de tota hac causa relatum irj ad. Ord: Generales.

Cum vero Synodus in questione hac cum Remonst. quamvis toto die summopere et graviter occupata, sc. ante meridiem ab hora nona in semitertiam postmeridianam, et a meridie ab hora sexta in semi undecimam nocturnam, nihil tamen proficeret: tandem D. D. Delegatj, pertęsj ipsorum ~~pertinacię~~, pronuntiarunt de tota hac re ad illust: et Potentiss.^mos D. D. Ord. Gen: relatum irj, ut ipsorum Dom.^s dispiciant, quid de hoc negotio, et de ipsorum personis porrò statuj velint, itezatoq; ipsis iniunxerunt, ut se interim in hac urbe contineant, nec quisquam eorum, absq; speciali consensu hinc discedat, imprimis vero ne ad conciones in proximis locis habendas, quod speciatim ipsis prohibebatur.

Sessio 45. die lunę 31 Decembs

Habuit concionem clariss. D. Joannes Polyander S. Theologię professor in academia Leydensj, ex verbis Esaię Cap: 52. V. 7. pro qua D. Præses nomine Synodj ipsi gratias egit.

Sta finitus est Annus

1618.

Henricus Leo, a Presbiterio et Magistratu Bomeliano domum Vocatus. +

Sessio 46. Die mercurij. 2. January.

Proposuit et significavit D. Preses potissima suffragia die Sabbatj, sess. 44. de actione cum Remonstrantibus pozzo habenda, fuisse, scilicet Remonstrantes non amplius ~~ffe~~ urgendos nisi aliter videatur Illust. Ord. Gen. quorum consilium et indicium super hac re posset exquirj, in quem finem partim Politicj partim Ecclesiasticj Commissarij, a D.D. Delegatis Hagæ Comitis ad illorum Illust. Dom. missi sunt, quorum reditus adhuc exspectatur.

+ Deinde etiam indicavit D. Preses, sibj adfuisse Henricum Leonem offerentem Literas Presbiterij suj, in eum finem datas, ut prędictus Leo a Synodo dimissus possit redire ad suos, et instante festo Natalitio, Ecclesiæ suæ concionibus et Administratione S. Cœnę inservire. Quod etiam ipse rogabat, promittens se acquiescturum omnibus, quę Synodus statuet, et si non posset fierj in Ecclesijs Belgicis 5 articulj, de quibus iam mentem suam satis explicuerat, se velle privatim pacifice vivere. Lecta etiam sunt Literæ in eundem finem a Magistratu Bommeliensj ad D.D. Delegatos et Synodum missæ.

non tamen dimissus.

Declaravit vero Consultiss. D. Martinius Gregorij, classem Bommeliensem fuisse rogatam, ut in absentia Past. Henr. Leonis, vices ipsius suppleat, atq; istud hactenus fuisse procuratum: Non igitur videri sibj necessarium, ut dictus Leo discedat, atq; eo pacto mandato D.D. Delegatorum quo iniunxerunt Remonst. ne quis ipsorum discederet, derogetur. Declararunt quoq; fratres Gelrij, Ecclesiæ Bommeliensj bene satis prospectum esse, et subiunxit D. Ellardus a Meben, esse peculiares rationes, ob quas Henr. Leo hic retinerj debeat, quia in Synodo Gelrica dixerit, quod se et doctrinam suam Synodj iudicio subjiciat, hic vero cum reliquis Remonstrantibus protestatus fuerit. Quæsivit igitur D. Preses an consultum sit Leonem dimittere, præsertim cum illj, quj a D. Deputatis Hagam Comitis missi sunt, nondum sunt reversi, atq; huic Synodo de mente D.D. Ord. Generl adhuc nihil constet.

Gravamina Doctrinalia 5 articulos excedentia ex scriptis Remonstrantium colligenda.

Visum fuit Synodo ut Henricus Leo ob rationes dictas, sic subsistat et literis tam Ecclesiæ quam Magistratus Bommeliensis respondeatur, quod Leonj se apparitorem indictum fuit.

Monitj deinde sunt fratres imprimis Domesticj, et singulj gravamina doctrinalia, quinq; articulos excedentia, quę habent et in scriptis Remonstrantium reperire possunt, colligant, in ordinem redigant, et D. Presidj in usum huius Synodj exhibeant, ut eo expeditius tandem aliquando ad rem ipsam deveniatur, atq; in eum finem rationem etiam habeant disputationum Episcopy, privatarum nup in lucem editarum.

De Reform: Academiarum.

Monitj quoq; sunt, ut ipsis placeat cogitare, et inter se communicare qua ratione possit Academys et Scholis Illustribus prospicj, ne post hac ex illis iterum aliquod malum oriatur, quod Ecclesias et statum Reipub. rursum conturbet; fuisse etiam inter gravamina de re hac maximi momentj mentionem factam, et D.D. Ord. Gen: solido aliquo gsilio Theologico hic eę insorviendum. Et quia fratres Suydhollandj iam consilium aliquod de hoc negotio consignarunt, est illud publicè prælectum.

Sessio 47. Die Jovis 3. January.

Revocatis Commissarijs Hagæ-Comitis, voluerunt D.D. Delegatj vocarj Remonst: ut audiant et intelligant mandata Illust: D: Ord: Genl: Illj quum accessissent, rogavit D. Preses Politicus, D.

D. Martinus Gregorij, an omnes adsint. Respondit Episcopius, omnes adesse preter Isaacum Frideriej, quem dicebat cum Venia, a D. Prętore die Veneris aut Jovis proximè elapso impetrata domum petysse, et Henricum Leonem, quem dicebat Hospitium mutasse, et in urbe quidē subsistere, sed forte citationem hanc ignorare, missus est itaqꝫ apparitor, ut Leonem accerseret, qui retulit ipsum domj non esse, sed primo mane exiisse.

Sed D. D. Delegatj nolentes ut actionj instantj propter absentiam istorum injiciatur remora, indicarunt p. D. Martinium Prędē politicum, se omnia quę ante hac gesta sunt cum Remonst. per subdelegatos suos infra in ipso Decreto D. D. Ord. Genl. nominatos Illust. Ord: Generalibus, Dominis suis fideliter retulisse, eorumqꝫ Dominationes super omnibus illis, ipsis Calendis Januarij, Decretum aliquod statuisse, cuius breviarium Belgicè ab ipso D. Martino, et Latinè a D. Heynsio (qui illud Latinitate donarverat) Remonstrato coram tota Synodo, et frequentj auditorio prędectum est, Decretum autem erat hoc

Decretum D. ord: Genl. de Rem. eorumqꝫ actionib:

Generales Fęd: Belgij provinciarum Ordines, audito ipso hoc die in Illust: ac Prępot. Amp. suarum conventu, quę presentes ipsis exposuerunt nobiles, summę eruditionis, atqꝫ amplę dignitatis Virj Henricus ab Essen, in Ducatu Gelrię et Comitatu Zutphaniensi Consiliarij Hugo Musius ab Holj, Eques, Prętor Dordracensis, ac Steyensis ditionis Baliuus, et Joannes ab Hemert Consul Daventriensis, prętereaqꝫ eos Rev: Hermannus Funhelius Assessor, Sebastianus item Damannus Scriba, Middelburgensis ac Zutphaniensis Ecclesiæ ministrj, missi pariter a D. D. Politicis, quos ad Nationalem, quę Dordrechti nunc habetur Synodum, illorum illustriss. ac prępot. delegarunt Amplitudines, de quibusdam potissimum difficultatibus, seu gravaminibus, ex nonnullis dictis actionibusqꝫ Remonstrantium, ad eandem Synodum publica Authoritate citatorum, coortis, ut de ys plenè, Illustriss. eorundem atqꝫ prępotentum D. D. mentem intelligerent, ac Voluntatem: additis item et prælectis actis omnibus Originalibus decretisqꝫ tam Politicorum quā Ecclesiasticorū nomine ibidem promulgatis, omnibusqꝫ citatorum Remonstrantium partim scripto exhibitis, partim Viva Voce redditis, in eadem Synodo responsis, precipuè a die Veneris, mensis hujus 23. ante meridiem, usqꝫ ad diem Sabbathj, nonum et Vigesimum, eiusdem mensis hujus Decembrj Vesperj, post horam decimam ut loquuntur inclusivè, et imprimis tam Politico quam Ecclesiastico Decreto 27° eiusdem mensis, antemeridiem, item Vigesimo eiusdem mensis octavo, itidem ante meridiem pronunciato, nec non et responso die 29°. a iam ante memoratis Remonstrantibus citatis post meridiem, et quidem in scriptis exhibito, ut et ys quę Viva Voce eidē insuper quoqꝫ addiderunt, cum precipuè ex actis iam ante commemoratis, omnibusqꝫ appenseat Decretis, Reverendos atqꝫ exquisitę eruditionis D. D. Exteros Theologos, partim Scriptis, partim Viva Voce, unanimiter testatos esse, eosdem Remonstrantes citatos ante dictis Decretis, quoties ad ea responderunt, neutiquam nec scripto neqꝫ Voce hactenus fecisse satis: Idcirco Illust: ac Prępot eorum

Ampli:

Amplitudines, omnibus accuratè atq; seriò, ex consilio, atq; in presentia Illustriss. ac Generosiss. Herois, ac Dom: Principis Auraicj etc. Generosiss. item Comitis Guilielmj Ludovicj a Nassaú, locúm tenentis etc. excussis atq; expensis, inprimis autem hoc agentes, út in Nationalj ea quę nunc celebratur Synodo omnia flectantur eo atq; dirigantur, ut ad optatum, cujs instituta est deveniatur finem (quj est, gloria Divinę propagatio, ac Religionis verè Christianę, quę in hisce hactenús obtinuit Provincys, conservatio, utq; pozzo quam maxime id ejus potest fierj bene sit Reipublicę, pariter quies atq; pax Ecclesiæ, optimorumq; incolarum procuretur concordia) declarárunt, et hoc ipso declarant, antedicta, tam a Politicis, quam Ecclesiasticis sancita atq; promúlgata Acta ac Decreta, cum optimo ipsorum instituto ipsisq; adeo Decretis eorum, iussis ac commissionibus, quas super Nationalj hac Synodo, eiusq; moderatione concepérunt aut dedérunt prozsús convenire. Quamobrem Illust. ac Præp: eorum Amplis. ea acta ac Decreta approbant hoc ipso. Quin et denúntiant, citatorum Rem: fuisse eisdem actis ac Decretis morem gerere e vestigio, ijsq; se subycere. Quemadmodum iam antedictę eorum Illust. ac Præpot. Amplitudines, ut in posterum ab ipsis id fiat, iniungunt atq; edicunt, utq; similibús pozzo decretis pareant eisq; morem gerant, quod ut faciant, graviter monendos atq; hortandos censent. Secus, hoc est nisi morem gerant, fore ut non modo Ecclesiastica in eos censura, verum et Politica stringatúr, prout cum ys solet agi, qui Supremum, publicumque contempserunt Authoritatem. Ita tamen ut iam dictos D.D. Politicos ad eandem Synodum iam Delegatos præcipuas eiusdem actiones, prout habent concepti de indictione Synodj articuli, ex vi commissionu, utj vocant, atq; instructionúm, quas pridem ys exhibúistis, et secundum ea, quę Illustriss. ac præpot. eorum Amplitudines, iam decrevérunt, omnj industria atq; diligentia exequi, atq; moderarj velint. Quod si forte usú veniat, quód citatj Remonstres in eadem pergant, atq; perseverent inobedientia, placet, ut ex scriptis eorum publicis, tum eorum explicationibús, partim scripto, partim Viva Voce, tā in Nationalj hac, quam in reliquis provincialibus Synodis, ab ys antè expressis, eorum de Religione opiniones excutiantúr, examinentúr et secundum Dej Verbum decidantur. Mandatur autem nihilominús citatis Remonstrantibús, ut in urbe se Dordrecht contineant, neq; sese ex ea misj scripto a Politicis hanc peculiariter in rem impetrato subdúcant. Ut interea quoties vocantur sincerè ac rotundè, ac sine ullo effugio aut tergiversatione respondeant, mentemq; suam categoricè aut verbis, prout illis a Politicis iunctum fuerit, de prout ysdē videbitúr Politicis, ad interroganda Synodj explicent. Quod quidem placitum, voluntatem, atq; mentis nostrę explicationem, in ipso Synodico conventú, ipsis præsentibus atq; audientibús citatis Remonstrantibús, prælegi publicè atq; recitarj mandamús.

Actum in conventú Illust: ac Præpot. D.D. Ordinúm Generalium sub eorum sigillo ac subsignatione, nec non subscriptione graphiarij eorúndem. Hagæ Comitis. ipsis Ianuarys Calendis Ann. 1619. Subsignatum Magnús Vt.

Infezius.

ex mandato Illust. ac Præpot. D.D. Ordinum Generalium.

Aerssens.

Remonstrantes monitj ut Decreto Ord: pareant

Decreto hoc prælecto, excepit sermonem Pr. Politicus, et Remonstrantes sezió monuit, ut sententię, intentionj, Voluntatj ac mandato Ordinum Gen^lm obtemperent, petytqz a Præside Ecclesiastico, ut institutum secundum mentem Synodj prosequatur, et incepto tramite pergat,

Rogati a D. Præside ut de j^o suo articulo respondeant.

Præses ergo Eccl^s repetens quæstionem iam anteà sessionj 42 Remonst^s propositam, rogavit eos, an 5 Artic: S^ti, et nominati in^m Artic: per Scribam Damianum ipsis prælectum ad huc haberent pro suo?

Omnes præter rem respondent.

Cum vero Rem^s præter rem respondere incipierent, mandarunt illis D. D. Delegatj, quia dicebant hic agi de Auctoritate sponsum Dominorum, ut singulj responsa sua scribis ad calamum dictarent. Quod et fecerunt, dictantes hæc quæ sequuntur Verba responsoria:

Responsa sua ad calamum dictarunt.

Episcopius omnibus omnino in timore Domini expensis, et adiunctis etiam sezys ad Deum precibus examinatis, non possum impetrare ab animo meo, ut aliam agendj rationem sequar quàm eam, quæ ultimo responso nostro exhibita est.

Io: Arnoldj: Responsum D. Episcopy etiam meum hæc Volo.

Bern Dürinclio: Idem Respondeo, quod D. Episcopius.

Caz: Nielliús: Nihil habeo quod addam, in eadem Sententia sum.

Phs. Pynakerús: Respondeo ut supra, hoc est ut præcedentes respondérunt.

Ass. Matysius: Non possum a Conscientia mea impetrare, ut aliter respondeam quam responsum est, nec spero, id pro inobedientię crimine a D. D. Ordinibus habitum iri.

Tho: Goswinius: Quod collega meus Ass. Mat^s. respondit idem et ego respondeo.

Tbe: Rycwaard. Persisto in ea responsione quæ die Sabbatj à nobis Venerande huic Synodo exhibita est.

Hen: Hollingerús. Respondeo, me non posse recedere a Responso quod exhibuimus die Sabbatj, nec posse eam recipere legem, eamq; ingredj viam, quam prævideo, certo certius tendere ad meliores carcę, et ipsius, quam profitemur, Veritatis subversionem atq; oppressionem quin graviter lædam conscientiam, offendam Deum, Ecclesię, atq; immunes Dei cultoribus, dem scandalum irrepæabile, ergq; gravem Dei iram in me concitem; imitabor exemplum Christj, Silebo et omnem eventum commendabo illj qui Venturus est ad iudicandum Vivos et mortuos. Dixj.

Rogatus Vero, a Consultiss. D. Martino, an non verba illa protulerit ex calore aut perturbato animo, respondit ea verba iam prædem ruminata.

D^s Sapma, responso Clarissimi Viri. D. Prof. Episcopy nihil habeo quod addam.

Ber: Cecekius: Non possum aliter respondere, quam antea respondimus scripto exhibito die Sabbatsi.

Sam: Hezanus: Non possum a conscientiam Vaeys, utj mihi videtur suffultam rationibus quas hodiè in scripto nostro, ad nobilissimos atq; amplissimos D. D. Delegatos, Illustr^s et Præpot^s. Gen^l. Ordinum exhibuimus atq; expressimus, recedere a sententia proximè superiore die sabbatj exhibita.

Ed: Poppius: Cum debita ergà Summas Potestates Reverentia respondeam me, invocato sæpius, ac sæviò, Sanctiss. Dei nomine, et re tota etiam atq; etiam

expensa apud animum, non posse desistere, ab ultimo meo responso. Rationes hodiè exhibuimus, nobilissimi D. D. Delegatis, Illust: D.D. Ordin: Generalium, in quibus etiam mihi conscientia mea acquiescit, certo persuasus, id quod facio, Deo Opt: Max: et D. meo Jesu Christo probatum iri.

Cum igitur respondere detrectarent, dixit D. Præses Remonstrantibus Nos igitur indicabimus, vos articulum illum habere pro Vestro, idque patere ex scripto, a Vobis Theologis exteris exhibito, in quo indicastis, Vos vel Remonstrantium ipsam D. D. Ord: Hollandiæ exhibuisse, vel serius accedentes jam exhibitam approbasse: Itemque ex scripto die Veneris nobis exhibito, in quo dicitis nonopus esse, ut nos tam sollicti simus de Vestra sententia circa electionem, quandoquidem ea satis constare potest, ex collatione Hagiensi, responsione ex Epistola Walachrorum et similibus Scriptis, publico nomine a Remons editis.

Ac propterea D. Præses in instituto pergens, rogavit eos, an non sentiant Decretum de salvandis fidelibus, et damnandis infidelibus, esse unicum et integrum Decretum Prædestinationis; Nullam aliam in Evangelio Prædestinationem ad salutem esse revelatam quam qua statuit Deus fideles salvare, illamque veram et unicam Prædestinationem, fundamentum Christianismi, salutis, et certitudinis de Salute.

Ad hanc quæstionem ordine singuli hæc sua responsa dictarunt: Episc. Persto in Responsione mea: I. Arnoldi: Idem facio. Durnfio: Persisto in Resp. data. Nyel. et ego persisto. Pinak: Idem et ego resp. Afsner: Et ego. Thom: Et ego: Rysen. Et ego. Holling. Dixi. Sapma. Idem et ego. Veselius: Et ego maneo in responsione mea. Nerac. Et ego. Pop. Quia conscientiæ meæ a Synodo non habetur ratio, non expecto ab illa institutione in Veritate, ideoque consultum est non respondere.

Præses vero, quia illis molestum erat respondere, probavit ipsis præsentibus, ex collatione Hagiensi, Belgica. pag: 57. Latina pg. 66 et 69. et 41. et 70: Brand: Item ex scripto Io: Arnoldi ad Tylenum, illos de hac quæstione, ita ut propositum erat sentire.

Et pergens rogavit Secundo, an non sentiant in hoc Decreto contineri Electionem qualitatis salvandorum, sive ordinationem fidei in conditionem communicandæ salutis, id est non contineri Electionem hominum sed qualitatis, qua vestitus debet esse is qui salvandus est.

Ad hanc quæstionem ordine ad calamum dictarunt.

Episc: Respondeo quod ante. Pop: Quia conscientiæ satisfacere non licet, via defensionis Veritatis, et confutationis falsitatis satius est silere, quam respondendo detrimentum adferre Veritati et bonæ causæ. Corvin: Persisto in responsione iam data. Dryngl: Non habeo quod priori responsioni addam. Nyellius. Nec ego habeo quod addam. Pinak. Nec ego: Afsner. Non habeo quod addam Responsioni D. Poppi. Thom. Non habeo quod addam superiori mei responsionis. Ryslaer. Idem dico quod ante me dictum est. Hollingerus. Mirori. Hunc agendi modum vim inferri ipsi Veritati et Conscientiæ nostris, quemadmodum apparet ex scripto hodie exhibito nobilissimi D.D. Delegatis. Sapma. Idem respondeo quod D. Pop: Veselius: Ego persisto in responsione mea antedicta. Nerac: Si liceat mihi de Reprobat-

reprobatione, et Contrarremonstrantium sententia super ea ageret, quantum nobis, Conscientia nostra et Ecclesiarum nostrarum edificatio persuadebit sufficere, et Soc in antecessum promittitur, libenter ad quesita respondebo; sin minus, Solere malim——.

Quia vero Remonstrantes sepius provocarant ad scriptum quoddā Dominis Delegatis Sodr exhibitum, placuit ipsorum stamplitudinib⁹ scriptum illud publicè prælegi, et indicare quibus rationibus Rem.ⁱ Responderint et abundè satisfecerint.

Postea pergens D. Præses, rogavit eos, quandoquidem ex Thesium ab ipsis exhibitarum Thesi 1.ª appareat, quòd sentiant, Deum, quoscunq; decrevit ad vitam æternam eligere, decrevisse eligere eum intuitu, ad ipsorum obedientiam, quid per obedientiam istam intelligant?

Hic vero, eodem quo supra modo, singuli respondebant, dicentes omnes, quamvis a D. Delegatis monitj, se persistere in sententia: Etiam Jo: Arnoldo rogante, ne amplius in præscientia gravetur, Et Poppio subjeciente, nusquam in scripturis ista conferri in conservos tribuitur auctoritas quam Synodus sibi nunc arrogat, miseret me Synodj, et monitos Vos volo, ne quid agatis cūi Vobis aliquando ratio reddenda erit.

Ad quæ verba Poppy, D. Præses ipsum rogavit, num esset compos mentis, et an ergo omnem ordinem, atq; disciplinam Ecclesiasticā velit sublatam, an etiam nesciret, quid Deus Prophetis in Veteri et Christus Apostolis in N. Testamento mandaverit, et quid Apostoli Pastoribus et Presbiteris iniunxerint, ut sui ipsorum et gregis curam habeant.

Inde disceptatione aliqua ortā, cum Rem.ⁱ perpetuo libertate ingeminarent dixit Præses Politicus, illis Libertatem proponendi et explicandi sententiam suam, non tantum concessam sed etiam iniunctam et mandatam ee. Excepit Episcopius, etiam contrariam oppugnandi et refutandi? Unaq; consultis. D. Martinus respondet, ubi iusto ordine ad reprobationem ventum fuerit liberum Vobis erit debito modo illam oppugnare, et si potestis etiam ostendere, quid falsi hæc in doctrina hactenus doctrinata contineatur; Rursum excepit Episc. quantum nos necessarium indicabimus? Sed responsum est: quantum Synodus indicabit; an enim Vos indicium et arbitrium D. Delegatorum et totius Synodj Vultis suspendere ab arbitrio Vestro?

Sic ergo Remonstrantibus pertinaciter in proposito suo persistentibus, et inobedientiam suam, etiam extra sumariū Potestatum Decreta, satis superq; professis, mandatum est exire, et a Præside politico iniunctum intra urbem hanc se continere.

Qui quidem apographum Decreti a D.D. Delegatis petierunt, sed non obtinuerunt. Promissum tamen est, si quid in Decreto prælecto minus perceperint, illud bis terve si velint, illis ee prælegendum: quod sibi dixerunt sufficere.

Sessio 48. die Veneris 4 Januarij.

Henricus Leo, quia heri abfuerat, in consessum vocatus est atq; ei Decretum Illust: Dom: Ord: Generalium est prælectum.

Henrico Leonj Decretum D. Ordinū Spirinl. prælectum——.

Monitusq; a Præside politico, ut mandato prælecto morem gerat.

Respondit, se scripto concepisse responsionem, rogabat D. Præses politicus, an ad Decretum D. Ordinum? Respondebat, non, sed ad illa quę hic interrogabuntur.

Monitus quoq; a Præside Ecclesiastico, ut velit respondere ad interrogatoria, iam concepta, et sibi remonstrantibus ex scripto proposita ut semel simul et exactissimè de ipsorum sententia possit constare; Petit ad hæc libertatem illam, quam antea Remonstr. toties petierant.

Hinc disceptatio quędam, inter ipsum et utrumq; Præsidem orta est, in qua uterq; Præses tam Polit: quam Eccles: accuratè demonstrarũt æquitatem actionis Synodicæ, et amplitudinem libertatis Remonstr. concessę, et speciatim, quod ipsi non sit fugiendum, quia in Synodo Gelrica non recusaverit — — — ad interrogata respondere, et rotundè dixerit, quod se iudicio huius Synodj velit subjicere. Ad quod respondit, se quidem in Synodo Gelrica respondisse, sed idem hic præstare non posse, quia huius Synodj alia sit conditio quam illius: Ibi enim tantum deliberativè actum fuisse, hic vero iudicium ferendum ee, et quidem a Synodo, quam maxima suj parte, cum reliquis Remonstr: habeat pro parte adversa, cui se non possit subjicere, saltem quoad modum agendj. Licet enim iudicium debeat ee penes Synodum — (cuius est iudicare de Religione) non tamen posse ee penes hanc Synodum utpote partem adversam.

Ad quam declarationem respondit Præses Eccl.ⁱ Video in te æquitatem, quod rotunde profitearis id quod alij faterj noluerũt, mirum hic Vos calcum ũere, quod nolitis a Synodo iudicarj. Et Præses Polit.ˢ istam recusationem de parte adversa debere subjici ipsi iudicj, non autem iudicio rei aut citatj, quod tam ex praxi iuris Civilis, quam ex disciplina iuris Canonicj probavit; adiungens inter alia, Si quando reus aut citatus conquerituꝛ de partialitate Judicis, ut plurimũm iudicj alios quosdam adhiberj, qui rationem æquitatis habeant, ne quid iniustj a Judice admittatur, Dominos vero delegatos in eum finem hue missos esse ab Ord: Genlˡˢ: ut caveant nequid iniuste aut illegitimè a Synodo agatur, neve Decretum aliquod aut Sententia concipiatur, nisi omnibus rationibus anteà benè expensis.

Tandem rogatus, an velit respondere ad interrogata, respondit stante lege qua citatus sum Volo respondere: sed cessante, etiam cessabunt omnes actiones meę.

Ex qua responsione cum intelligeretur ipsum ab utrisq; litezis citatorijs et in eadem ee cum reliqnis Remonstrãtibus sententia, dimissus est, cum mandato Dom: Delegatorum et vj Decretj D. Ord: Gen. ne urbe hac discedat absq; speciali Ampl. ipsorum consensu.

Post hæc proposuit D. Præses iam patere satis quę Rem: omnibus stet sententia, nempè subterfugiendj actionem omnem Synodicam ac propterea Veniendum ee ad Concilium ab Illust: Principe Aurmaico suggestum, et ab Præpot. Ord: Genˡˢ approbatum, nempè ut opiniones Remonstrantium de Religione ex scriptis ipsorum exnantur.

Atqꝫ ut hoc felicius succedat quęsivit an non consultum sit interrogatoria circa 5 Articulos a se iam formata cum probationib. suis Synodo proponere, ut cuilibet ea de scripta examinet, et cum probationib.

Remonstrantibus actionem Synodicam subterfugientibus Visum fuit ex consilio Principis Aurariei et Ord: Genl. agere de ipsorum doctrina ex ipsorũ scriptis.

confecrat, atq; ita ad pleniorem cognitionem cause ex ys a Synodo approbatis Theses formentur quę postea Remonstrantibus proponantur, quod Synodo placuit.

Sessio 49. die Sabbati 5°. Jan.

In quem finem Preses dictavit interrogatoria de sententia Remonstrantium.

Dictavit D. Preses ad calamum, interrogatoria quęda de Sententia Remonst.^rum circa i.^m Articulum quæ vide in Scripto notato litera A.

Sessio 50. die Lunę 7. January.

Isaacus Welsingius et Joannes Arnoldi Pastores Hornani et ministerio suo destituti, ad Sanc Synodu appellant.

Significavit D. Preses adfuisse sibi Isaacum Welsingium, Eccles. Hornanę Pastorem, sed iam ministerio suo destitutum, qui a sententia Deputatorum Syn: Northollandicę contra se latam, ad Sanc Synodum provocaverat. petens ut illa de causa sua cognosceret, eumq; in finem literas cōmendatitias ut exandiri posset, ab illustriss. Prin: Arausico impetraverat, professus se cum Orthodoxis ēē eiusdem sententię, in doctrina de Electione et libero arbitrio sed tantum in doctrina de monte Chōi usum fuisse quibusdam phrasibus quas ad edificationē Snę facere indicabat. Traditę sunt quoq; literę in simili causa, et in similem finem Jo: Arnoldi, Rodingeni pastoris et Ludi-moderatoris Hornani, similiter functione Sna Ecclesiastica destituti, qui etiam D. Presidi, ante alignot dies adfuerat, et professus, se esse sententię Melanchtonianę etiam indicium causæ Snę huic Synodo deferebat.

Sed quia Synodus gravioribus curis iam detinebatur, placuit D. Deleg.^s et Synodo, rem hanc differri, ad cōmodiorem opportunitatem, ubi ad personalia ventum fuerit, atq; tunc dolentes illos Pastores, huc ēē evocandos. Deinde progressus est D. Preses in dictatione interrogatoriorum, quę circa articulum primum Remonst: spectant

suo tempore conscribendi.

Sessio 51. Eodem die post meridiem.

Prælecta sunt acta Synodica, a 18 Decemb.^r Anni superioris usq; in hanc Sessionem, deq; ys rogatę sunt sententiæ D. Delegat.^r Theol. exterorum et Domesticorum, usq; ad Northollandos

Sessio 52. Die martis 9. January.

Rogatę sunt Sententię reliquorum Theologorum de actis hesterna vespertina Sessione prælectis. Quę omnia probata sunt, mutatis et additis quibusdam, quæ a Rev: Viris ac fratribus observata sunt. Deinde dictavit Preses Theses ad Act: i.^m ex interrogatoriis dictatis formatas, quas require in Scripto notato Lit. B.

Theses ad artic: i.^m a Pre: side dictata.

Monuitq3 ut fratres indicent, an Theses dictatę sint sufficientes et ex mente Remonstrantium, et responsa sua collegialiter ac descripto die Jouis proximo dicant

Quia vero D. Deodatus scrupulum moverat, an ex scriptis Grevinchovij Jo: Arn. Corvinj, et Simo. Episcopy, tanquam seticularium, communis, Rem: Sententia, certo posset eluj. Placuit D. Presidj, hasce rationes, quibus id probarj videtur, fratribus considerandas proponere, easq3 in eum finem quibusdam ex singulis collegijs, ad allegata quę Thesibus subnectj debebant, excipienda deputatis, ad calamum dictare. ut sequitur.

Venerandis fratribus Synodicis propono, primo: An mon sententia Remonstrantium sit eluenda, non tantum ex scriptis communj ipsorum nomine confectis et editis, Verum etiam ex scriptis Episc. Grevinc: et J. Arn. Corvinj? Rationes autem sunt hę.

Rationes quibus probatur sententiam Remonstrantiū etiam eruendam ēē ex scriptis Episcopy. Grevinch. et Jo Arnoldj.

1ª. Cum ordines Generales de sententia 5 Articularia, in promulgato Decreto Voluerint indicarj ex scriptis Remonstrantium editis? Siquidem 3 Remonstrantium sint antesignanj, Collationis Hagiensis interfuerint, optimiq3 sint communis sententię interpretes.

2ª. Stenbogard. in Scripto quodam Belgico: Ubuse Remb[illegible] tegen Rhen malitiosen libel. pag. 23. Disertè affirmat, Grevinchovium in scripto adversus Amesium 5 Duntaxat articulos tractasse, cauzatione defendisse qua in Coll: Hagᵉⁿˢ. ab ipsis communiter factum est.

3ª. Advers. Walachros Grevinchovium communiter defendunt pag: 91. ut et Episcopium, nec usquam dixere Grevinchovio pro se esse respondendum, quod nonnunquam de Vorstio et Venatore dicere visi sunt.

4ª. Hi suis scriptis pro sententia 5 art: editis vel maxime Ecclesias Belgicas turbarunt, atq3 etiamnum in omnibus prę eunt, ut patet ex actis Grevinchovij Rotterodamensibus, et directione Episcopy, in actis et Scriptis Remonstrantium citatarum Synodicis.

5ª. Ecclesię Belgicę maximè desiderant, ut iudicium fiat de Rem. Coriphęis.

6ª. Citatj an probent aut improbent ea quę ex illorum scriptis adducuntur? Si probent, nil restat dubij, si improbent, nihilominus horum trium sententia, vel imprimis examinanda est, ut Ecclesijs satis fiat, et incolæ quj ipsos communem Rem. causam agere arbitrantur Synodj indicio informentur.

7ª. Sententię Remonstrantium accuratum examen docebit, hos latius quidem et exactius eam exposuisse et defendisse, sed conuenienter communj sententię.

8ª. Citati dixerunt, et in scriptis exhibitis declararunt, se ex eo tempore quo habita fuit coll. Hagᵉⁿˢ. multa didicisse, quo Videntur respicere, ad cautiorem sententię constructionem et defensionē quam debent dictis, potissimum ducibus,

9ª. Episcopium in Presidem, et Jo. Arn: in assessorem sibj delegerunt, quo etiamnum indicant, eos censerj non permis.

10ª. Grevinchovium et Sit et Hagę comitis enixissimè sibj adiungi petierunt, ut primarium sententię communis Vindicem et patronum, pessimeq3 eos habet, quod repulsam passi sint.

11ª. Est et inter illos, apud quos ipsorum Aquilæ steterunt.

In Sententia Remonstrant. constituendâ habendam esse rationē Ecclesiarum Belgicarum.

Secundo rogantur Ven: Fratres ut in sententia Remonstrant constituenda inprimis rationem habere velint, turbatarū Ecclesiarū Belgicarum, quibus Sententia Remonstrantium notissima est, quarū res potissima hic agitur, et in quarum subsidium, omnes huc deputati et missi sumus. Quidquid fiat serio in hac incredibilis momenti causa attendatur, ne quid respub. et Ecclesia p. nostrā negligentiam capiat detrimenti. In sententia Orthodoxa constituenda alia post erit ineunda ratio, ut communis docendi formula concipiatur et probetur quę verbo Dei sit consentanea et ad tranquillandas conscientias idonea.

Sessio 53. die Iouis. 10ª January.

Significavit D. Præses Thesses a se dictatas non in eum finem fuisse propositas, ut de singulis feratur iudicium, sed ut eo accuratius percipiatur sententia Remonstrantium: easq; omnes ad primaria quędam capita, quasi medullam sententię Rem: continentia posse referri, sc. An Electio ad salutem sit unica, an multiplex et quotaplex?

Secundo an Electio sit facta ex fide, obedientia, resipiscentia etc. An prout ad ista omnia.

Tertio an Electio sit mutabilis an immutabilis?

Quarto an Deus suos electos per Spiritum S. in hac vita certos faciat de incomprehensibili hoc beneficio?

Suffragia collegialia de dictatis Thesibus citra 1um Articulum Remonstrantium atq; inter illa suffragium Fri. Noortbollandorū.

Exhibuerunt fratres Synodici suffragia collegialia de dictatis Thesibus sciptis consignata, quę Synodo prælecta sunt, fuitq; hoc suffragium fratrū Noortbollandorum.

Theses de Remonstrantium primo Articulo dictatas legerunt, expenderunt, et cum locis ad marginem annotatis contulerunt Fratres Noortbollandi, easq; ex ipsis Remonstrantium scriptis fideliter extructas, eorumq; mentem comodè, et quantum ad causæ huius cognitionem necessarium erit, exprimere invenerunt, ideoq; iudicant eas Remonstr: citatis proponi posse, ipsorumq; de ysdem sententiam exquiri.

Unum tantùm quod in Thesi 7ª dicitur, Christum non ee fundamentū Generalioris et indefinitę Electionis ad gloriam, accuratius paulo expendi, et cum hisce locis conferri velint: 1º. Hemingi in disp: privatis. disp. 4o. ubi cum Thesi 2ª. descripsisset prædestinationem illam, qua Deus apud se ab æterno statuit fideles iustificare, adoptare, et vitā æternā donare. subiungit deinde Thes. 4ª. Christum autem ponimus fundamentum istius prædestinationis, et causam meritoriam eorum bonorum, quę isto decreto fidelibus destinata sunt. 2º. Remonstrantium simul in 9º. ipsorum pro veritate 1i. articuli argumento, cuius minor pag.ª 61. coll. belg. hęc est. Decretum de salvandis fidelibus est decretum Dei de salute, cuius fundamentum Christus est: Et considerari, an non hoc sentire videri velint Remonstrantes, Christum absolutè consideratum, ut mediatorem, ee fundamentum generalioris, qua vero fide apprehensum, particularis Electionis. Idq; ee de quo tanto opere gloriantur, se Christo debitum tribuere honorem, ut pote quem fundamentum Electionis statuant, utq; eam ob causam, ut id tanto magis appareat, decretum istud de dando filio in mediatorem inter quatuor, quę sibi finxerunt Dei decreta primo loco collocasse. Quamvis totum quod de fundamento dicunt non cohæreat cum hisce ipsor-

ipsorum pronunciatis. Quem impetrasse ius ac potestatem, salutem conferendi iis quibus visum esset Patri conditionibus. resp. ad Walach. pag. 47. priori editionis. 49 2ae edit. Et impetratione iam praestita ac facta Deo ius suum integrum mansisse pro arbitratu suo eam applicare vel non applicare: applicationem enim finem impetrationis propriè non fuisse, sed ius et libertatem applicandi pro liberrimo suo beneplacito, quibus et qualibus vellet Deus. Crev. extra Amesium pag. 8. 9.

Thesin autem 11am. totidem verbis in locis citatis non extare, consequentia tamen non improbabili ex iis elici posse existimant: quare ut cuivis liquis ipsis proponatur, ipsorumque de ea responsum audiatur, non inconsultum arbitrantur, idem fratres Noordhollandi.

Praelectis suffragiis, dixit Pr. se singula lustraturum et diligenter animadversurum, num quid in dictatis Thesibus mutandum sit, quo si opus sit proposito et approbato, Remonst: deinde possint vocari.

Sessio 54. eodem die, post meridiem.

Theses dictatae potioribus suffragiis approbatae.

Retulit D. Pr. se lustratis suffragiis animadvertisse Theses sive articulos (ut maluit vocari) dictatos potioribus votis fuisse approbatos. Quia tamen fuerunt, qui quaedam observarant, se adlaborasse utominibus possit satisfieri atque in eum finem, salvis tamen potioribus suffragiis ex mente et in gratiam reliquorum, quaedam mutasse, quaedam dempsisse, quaedam in margine apposuisse: quae Synodo primo proposuit deinde ad calamum dictavit.

et ad articulos quosdam maxime necessarios contracta quae Remonstrantibus proponendae.

Praeterea dictavit articulos illos maxime necessarios, tam de Electione quam de reprobatione quasi medullam sententiae Remonst. continentes, de quibus Sessione superiore mentio facta est, et quos requirebat in Scripto rotato Litt. C.

Quaesivit deinde, an placeat ut eras Rem. vocentur, atque articuli jam concepti illis proponantur? Placuit vero ut vocentur et pendentia Praesidis committatur, quid et quomodo illis sit proponendum.

Sessio 55. Die Veneris. 11 Januarii.

Advocatus Consiliarius D. Robbi Vanden Honart.

Advenit inter Delegatos illust. Ord. Gen: Robbus Van Hoonaert Supremae Curiae Holl: Zeel. et Westfris. Consil. primarius.

Vocatis in consessum Remonst. qui praesentes se stiterunt omnes, initio propter inopiam Isaaci Friderici absentium, ex placito D D. Deleg. Decretum Illust. ac praepot. Ord. Genm, coram lectum est, ne quis: quam inter eos sit, quem mens Illust: ipsorum Dom. latere possit.

Deinde indicavit D. Praeses, eos nunc vocatos esse, ut Synodum investigationi sententiae suae circa 5 Articulos hactenus intentam declaratione sua iuvent, atque in eum finem ad concepta interrogatoria ipsis iam proponenda responderent.

Remonstrantes rogati an non etiamnum probent illam sententiae suae declarationem, quae extat in Collatione Hagiensi, noluerunt respondere nisi concessa ipsis, quam semper petiverunt libertate.

Rogavitque, quia ex ipsorum scriptis, quid sentiant eruendum sit, an non etiamnum probent illam sententiae suae declarationem et confessionem, quae continetur in coll: Hagiensi? Respondit communi nomine Episcopius, et responsum scripto consignatum ac ab omnibus subsignatum exhibuit, cuius summa erat: Remonstrantes adhuc in postremo responso suo persistere, expectasse rationes et argumenta quibus proposito suo moveri possent, sed videre, quod eodem recessus

mandato grauentur, nolle quidem Leges Synodo prescribere, sed tamen quaslibet non posse recipere, petere etiammunc libertatem antea postulatam, et citatis iure omnj debitam, scilicet ut sententiam suam non tantum defendant, sed etiam proponant ac explicent et contrariam oppugnent quantum sibj videbitur necessarium, qua concessa responsuros clarè et plenè ad singula quamvis mille interrogata, non ēē enim quod ipsos pudeat doctrinę sue, quia persuasissimj sint, se nulla fovere Dogmata quę Divinę glorię inimica sint, qualia non panca in contraremonstrantium Sententia inveniantur: Negata vero ista libertate proposito suo non assuros.

Rogatiq; singulj ut ad interrogata respondeant, omnes et singulj eandem serram reciprocarunt, dicentes se persistere, in responsione iam et antea data,

Etlicet aliquoties a D. Pręside repetitum sit, ipsis ut antea, ita et adhuc libertatem illam promittj et concedj quę in legitima Synodo citatis promittj et concedj possit, imo libertatem, quam iura oia Divina et HH. citatis tribuunt: quamvis etiam D. Delegatj dicerent, eadem toties repetere ēē fugientium non inquirentium Veritatem, ysq; satis amplē libertatem a D. Pręside ēē promissam, eandemq; etiam a D. Delegatis et Ordinib. promittj, ac propterea equum ēē ut ad rem veniant et respondeant, nihilominus tamen eandem czamben ad nauseam usq; reposuerunt, ac pertinaciter proposito insederunt, ne latum quidem pilum a responso proximè dato recedentes,

Sinodus permittens Remonstrantibus eam quę citatis debetur libertatem nihil tamē proficit.

Illis igitur exire iussis, proposuit Pr^s. se totam Synodum et D. Delg^s. sattems in eo totos fuisse, ut Remonstrantib. omnibus terminis habilibus et possibilibus, possit concedj libertas, quę ipsis debetur, sed nihil profecisse, rogavitq; Sententias de hisce actionibus Remonst. et modo in posterum observando.

D. Delegati responsum distulerunt in postmeridianam quintam monitjq; fratres sunt Synodiej, ut collegialia responsa scriptis comprehensa in eam horam parata habeant.

Sessio 56. eodem die, post meridie, hora 8^a.

D. D. Delegatj, rogatj ut nunc sententiam suam dicant, Voluerunt sententias Synodicas prmittj. Exhibitę ergo et prælectæ sunt collegiales sententię scripto consignatę Theologorum tum exterorum qua domesticorum, inter quos fr^s. Nortbollandorum hęc fuit

Sententiæ Fr^m. Synodicarū de actionibus Remonstrantiū et inter illas Fr^s. Northollandorum.

Remonstrantes citatos antiquum obtinere, eademq; semper observare lyra, nec decretis supremę Mat^s. cedere, nec monitis Synodj fraternis acquiescere re ipsa comperimus. Speciosè contumacem suam tergiversationem palliant, quasi nihil ipsis sit gratius, quam sententia suam plenè explicare, cuius tamen occultandj ansas omnes conquirunt charitatem erga se fraternam postulant, qui ipsi contra charitatē nihil fidej, nihil sinceritatis Synodo tribuunt. Equitatem crepant, qui tamen a legitimo hoc conventu, tam equis concessis legibus, nihil equi fibj polliceri cupiunt: Sibi magis quam Synodo credj, suisq; non Synodi conditionibus, totam hanc Venerandam congregationem et supremas Potestates acquiescere volentes. Facile fuit in ipso ingressu percipere, quid molirentur: Synodum nempè pro pte habentes adversa, eius ut iudicium dedignarent. Hinc conditiones istę iniquissimę, subsequutaq; protestatio spectavit. Reiectis publica autoritate conditionibus, annihilataq; protestatione,

dyfam

ansam sibi quesivere aliam, libertatis Ss., uti ptendunt, debitè recūsationem cuj tamen prēcedentem substernere exceptionem non desinūnt. Propterea enim plenariam, quam petunt sibj concedj libertatem postulant, quia iniquum sit a ꝑte adversa leges accipere, et in tractatione causę secundùm eas agere. Hinc nulla ipsos comprimere supremj Magistratus decreta, nulla D. Prę. amica monita, et cohortationes, conscientias ipsorum quas sibj adomnia inexorabiles reddiderūnt emollirj aut flectere possunt: Nec inquam vel Supereminentis potestatis auctoritas, vel honorandę Synodj humanitas, quidquam apud ipsos efficiet, nisi quod petunt concedatur plenissimè.

Itaq; hic agi summa cum prudentia, omnino est necessarium, alterūtrum enim hic faciendum erit, vel ipsis concedendum, quod tanto pere uxerunt hactenus, vel alia via et ratione procedendum in hac causâ qua brevi Illust: D. Ord: mandato ecclesiarumq; satisfaciamus expectatiōj. Si prius, ut ꝑmittatur scilicet illis plena libertas, non tantū defendendj sed etiam proponendj et explicandj sententiam suam, quantum volunt et necessarium iudicabunt, contrariamq; simul, quę cōtraremonstrantium (ut ipsi vocant) est, et quos illi pro Orthodoxis habent, similiter explicatam oppugnandj, hac nostro iudicio sequentur incommoda.

Auctoritas iacebit, non tantum Synodj, publicâq; auctoritate convocata atq; indicta est, sed etiam Dom: Ord. Culm. quorum decreto publicè promulgato, actiones Synodicę precedentes proinde approbatę sunt.

Iacebit auctoritas D. Delegat. quorum prescripto, ut ad interrogata respondeant, Synodoq; actionis finis moderationem relinquant, tam sepè Remonst. mandatum est. Non enim Synodo solum, quod tamē est iniquissimum, sed etiam D.D. Ordinib. eorumq; ampliss. Delegatis, (ad quorum tamen sequestras operas sepius provocarunt) leges prescribunt citatis Remonst: Nam, cum iam ante sepius D.D. Delegatis, nomine Illus: D.D. Ord: dixerint, se curam gesturos ut sufficiens ipsis libertas obtingat, nihilq; hic a Synodo iudicetur, nisi quod cum suis rationibus bene antea fuerit examinatum atq; expensum: Cum D. Prę. iam ante meridiem aliquoties, consultissimusq; D. ab Honert ipsis tum D. Delegatorū tum Synodj nomine libertatem illam promiserit quam iura ora D. atq; Hę. citatis concedūnt, imprudenter satis despondere ansi sunt: Si ea intelligatur quam illj petiere libertas, se acquieturos et responsuros, secus in proposito datāq; postrema responsione fixmos ꝑmanere.

Deinde in dubium vocarj, imo irrita reddj debebit planè legitima Suius Synodj convocatio. Hanc enim suę petitionis causam assignant, quod Synodum maxima suj parte ꝓ ste adversu habeant, à qua leges proinde accipere bona conscientia non possint, Notanda certè sunt hęc eorum verba: Synodo Leges non ferimus, sed nec ab eadem accipere possumus, Unde liquido apparet, quod Synodo non subesse, sed cum illa tamquam ꝓte adversa agere, conditionesq; vtrimq; statuere in aio habeant. Accedit quod ad singulos articulos contrariam doctrinam qui contraremonstrantium est, explicare et oppugnare cupiant, cui plerosq; ei forte omnes, in hac Synodo congregatos abdictos ēe causabuntur, ideoq; se illis iure meritoq;, tamquam adversam ꝑtem reycere, utpote qui in propria causa, et de propria Doctrina indicatutj sint.

Liberaliter atq; amplè satis, uti videtur, promittunt se concessa postā: tata libertate, ad omnia, etiamsi mille essent interrogata responsuros; Sed quid et quomodo, consideret hęc Venezana Synodus, minimùm pro sua libertate quod ipsis visum erit, non quod Synodus ad plenā causę cognitionem sufficere iudicabit.

Quo facto nec suę conscientię, nec Deorum expectationi satisfacere poterit Synodus.

Promittunt quidem se acturos bona fide, et conscientia sincerè, utinā vero prętęritis actionibus id se in posterum facturos spem nobis fecissent. Sed ęsto. Id tamen ipsi multo magis ab hac Synodo, sub presidio ac moderamine Supremi magistratus coacta, et tot claris. Doctis ac pyssis ex celeberrimis Reformati orbis Christiani Ecclesijs hūc convocatis Theologis aucta exspectare debebant. Nec Synodus in illarum conscientia acquiescere, sed propriam suam, non munere tantūm, sed et iuramento, Deo, Ecclesijs, et Summo Magistratui obstrictam liberare debet.

Aliud ergo restat; quod in hoc negotio tutissime, ut nos iudicamus sequi licebit. Vt minimum, servata summis in Fęd. Belgio potestatibus sua authoritate, Synodoq; sua ęstimatione et dignitate, non diutius istis hominibus, tot Ecclesiarum tot Magistratuum, tot piarum animarum patientia abutentibus frustra rogandis et monendis, oleum ac operam perdamus (satis enim sūpq; illis oblatum, mandatum, inculcatū est) Sed ipsis sepositis, ad eorum scripta ex decreto D. Ord: Gnlm cepto pede progrediamur, Sententiamq; ipsorum ex ysercitam, ad norma Verbi Divini examinemus et diiudicemus. Tranquillè id agemus pręcisis omnibus eorum tędiosis viti-litigationibus, certò id agemus, sententia enim illorum in scriptis publicè editis luculenter extat, et a vacys lucidissimè exuta et exposita est. eamq; in confessionibus Synodicis suos proposuerunt et explicuerunt. Nec convenit hęc Synodus ut de personis his illis speciatim sed ut de Doctrinis ipsis, quibus Ecclesię nostrę totum decennium et amplius turbatę fuerunt, iudicium ferat. Alioquin enim si de singulis personis vel ministris his illis indicandum foret, nemo est in toto reformato hoc Belgio Remonstrantium ęti addictus, qui non eadem qua si volunt libertate huc vocari deberet: Ne se non auditum, eosq; qui hic adsunt sua tantū exposuisse sententiam prętendere possit. Et quis tandem finis?

Itaq; ut post tot Septimanas frustra elapsas, tot Sessiones et deliberationes nullo cum fructū habitas, tandem aliquando progrediamur, Synodusq; hæc Nationalis quod sui est faciet officij, nihil certius, nihil expeditius nihilq; tutius reperiri iudicio nostro potest, nisi ut, non habita psonarū ratione doctrinam s Articulorum totius scriptis publicis et privatis explicatam, tantoq; conatu defensam, ipsam prout prout est, iudicio Synodico subyciamus.

Quo facto et promulgato, ac Orthodoxia statuminata, executio sit penes Synodos Provinciales, quarum erit despicere, qui inter suos Heterodoxias vel sparserint, vel propagarint.

Interea vero dum in huius doctrinę cognitione versamur, quia illust. D. Ord: Genl.s placuit, sui singulis articulis citatos audiri, prælegatur illis ad singulos articulos Sententia ex ipsorum libris fideliter excerpta, et articulis quibusdam, ut ceptum erat comprehensa, rogenturq; num pro sua eam agnoscere velint nec ne. Respondere si renuant silentium pro confessione habeatur, Et Synodus procedat ad reliqua.

Et quia honori ac ęstimationi huius Synodi consuli omnino debet, ne progrediantur ulterius conscientiam suam obtendere Remonstrantes, saltem et huic tam prælato satisfiat auditorio, declaratio quędam solennis Synodica, quā solidis rationibus probetur ipsos in hoc effugio conscientiam obtendere nec posse nec debere, instituatur, et publicè coram hoc auditorio, et ipsis citatis Remonstrantibus prælegatur.

Denique servet sibi hæc Synodus censuram Ecclesiasticam, contumaciæ isti debitam in suo tempore in citatos summo iure exercendam.

Potiora suffragia Remonst^s iam non ulterius coram audiendos, sed remotis ipsis ex illorū scriptis agendum.

Reliquarum sententiarum potiora suffragia iudicarunt, Remonstrantes iam pertinaciter proposito suo inherentes non ulterius coram aut presentes esse audiendos, sed ex scriptis eorum libris q̄ editis esse agendum et iudicandum. et si quędam habeant preterscripta fratefacta, quę putant facere ad explicationem aut defensionem causę suę illa exhibeant.

Quibus D. Delegati assentientib' Remonstrantibus Decreto quodā mentem suam significarunt, concesso illis spatio, in diem Lunę proximum, ut adhuc ad mentem redeant et Decretis Synodicis morē gerant.

Post hęc D. Delegati, Remonstrantes intromitti voluerunt, quibus p. D. Heynsium [illegible] decretum cūrarunt prelegi. cuius hęc erat summa, nimirum.

Cum animadvertant citatos Rem. etiam post recitatum illustrium Ord: Gnlm decretū in eadem pertinacia et contumacia persistere, se stare atq̄ inhierere ejdem decreto Etqne in eo continetur pęna, ac proinde velle, ut Synodus pergat in examinandis Remō. scriptis, atq̄ eorum sententia ex ys eruenda, atq̄ ut Rem^s. si quę sive ad explicationem sive ad defensionem sententię suę scripta habeant, ea exhibeant, concessa tamen ipsis potestate, ut Synodicis decretis antea latis die Lunę morem se gessuros declarent.

Rem^s. hinus decretj petierunt apographum: quod ipsis negatum, sed tamen repetita lectio eiusdem, siquid minus forte ꝑcepissent, concessa est.

Et quia Episcopius antemeridiana sessione dixerat se et suos, si concederetur quam petebant libertas, paratos ee ad exhibendam declarationem sententię suę circa j^m Articulum, voluerunt D.D. Delegati, ut quod paratum habent, in compendium temporis eras exhibeant. Sed excepit Episcopius se scriptum nullum habere patūm monitusq̄ ut attendat ad verba sua, q̄ibus hodie dixerat, se esse paratos, regessit, non dixi paratos ee, sed paratos fore.

Sessio 57. 12 Januarij. Die Sabbati.

Episcopius rursum in mendacio deprehensus.

Initio monuit D. Pr^s Episcopium, rursus in mendacio deprehensum, quod cum heri ante meridiem rotunde dixerit, se habere paratum sententia suę circa j^m Art: explicationem, id tamen Vesperj, monitus ad eam exhibendam tam diserte negavit, atq̄ in eum finem illud, quod a D. Festo ea de re annotatum erat prelegi curavit.

Literę magistratus et Presbiterij Campensis

Deinde prelectę sunt literę magistratus et Presbiterij Campensis responsorię ad citationem ducum Campensium ministrorum, Vosculy et Scultetj, nuper ad causā dicendam, et ad obiecta crimina respondendum, a D. Delegatis et Synodo evocatorum: quibus petebant, ut liceat duobus istis citatis domj manere, et scripto ad accusationum capita respondere, vel si illis omnino veniendum sit, reliquis qui hic sunt pastoribus domum redire, ne per absentiam om ministrorum Ecclesia aliquid capiat detrimenti.

Item q̄ deputatorum ab Ecclesia Campensi Orthodoxa.

His adiunctę erant literę accusantium Deputatorum Ec. ab Ecclesia Campensi Orthodoxa petentium, ut accusati, qui se sistere recusant peremptorie volentes, et promittentium se sj hoc fiat, etiam quam primum adfuturos. Quesivit ergo D. Preses, an Synodo istis excusatorys literis sit acquiescendum, et quod petitur concedendum, an vero citati et quidem omnes rursum sint evocandj.

Et decretum Synodicum sup illis.

Potioribus suffragys placuit, citatos omnes rursum et peremptorie ee citandos: sed tempus citationis prudentię D. Pr^is et assessorum ee committendum.

Sessio 58. Die Lunę. 14 Januarij.

D. Delegati retulerunt ad Synodū quid et quanta diligentia sedulo conatū cum Remonstrantibus egerint, ad illos inducendos et movendos ut Decreto D. Ord: Generalium eorumq̄ Delegatorum ac totius Synodi pareant.

Indicarunt D.D. Delegati, quanta hactenus et precipue toto postmeridiano tempore diej Sabbati proxime elapsi adhibuerint diligentia, ad Remonstrantes inducendos et movendos ut decreto D. Ord: Gen^l eorumq̄ delegatorum ac totius hujus Synodj pareant, quantamq̄ libertatem illis concesserint, tam in proponenda explicanda, et porro quantum potuerint et necessarium iudicarunt, defendenda

sententia propria, quam in oppugnanda contraria, modo penes D. Delegatos et Synodum maneat dispicere, ne libertate illa abutantur! Verum frustra Illos enim responso scripto et a singulis subsignato significasse, se adjungere ad precedentia sua responsa 29 Decemb. et 11 January Synodo oblata quod parati sint ad singula interrogatoria, a R. Pre. proposita plenè ac claræ, sive viva voce sive scripto, prout res postulabit, respondere. D. Delegatos illud ipsorum responsum, quia dubium erat, paululum mutasse, atq; in hunc sensum concepisse, ipsq; subscribendum tradidisse. Sc: Promittimus nos ad singula interrogatoria, a R. D. Pre. proposita et proponenda tam de 5 Articulis quam de difficultatibus inde exortis plenè ac claræ sive viva voce sive scripto, prout res postulabit responsuros, et sententiã nostram explicaturos, et quę ad pleniorem declarationẽ sententiæ noshę desiderabuntur scripto iusto tempore exhibituros. Illos autem loco catagoricę responsionis, in hunc modum subscripsisse: Ut appareat, nos de ordine non contendere, subsignamus, scripto supradicto ea lege, ne conditiones 29 Decemb. et 11 January a nobis postulatę negentur.

Quare quum ad ipsorum quę sita

Quare D. Delegati declarantes, se iam videre, quod oleum et operam hactenus perdiderint Voluerunt, ut Synodus pronuntiet, an Remonstrantibus sit satis factum, an missis illis in posterum agendum sit ex ipsorum scriptis. et priusquam id fiat, an non ad extremum sint vocandj et coram interrogandj? an simpliciter decreto D. Ord. Gen. eorumq; Delegatorum ac Synodico Velint parere nec ne?

Theologi Exterj pronuntiarunt, se nũq; a Remonstrantibus deceptos, ipsisq; abunde satisfactum ac propterea ipsos missos faciendos ee

Ad omnia hęc quæsita Theol. exterj responderunt, se a Remonstrantib. die Veneris proximè elapso fuisse deceptos, putasse enim quod ipsis constitutum esset aliquid velle agere, sed videre iam quod conati fuerint Synodo imponere. Esse igitur ipsis iam abunde satisfactum, ac propterea missos faciendos et de Doctrina Rem. ea eorum scriptis agendum ac indicandum: Expedire tamen ut prius vocentur, et simpliciter ac peremptorie an velint parere interrogentur.

Placuit Illust: ipsorũ Amplit.s Remonstrantes statim in consessum Vocarj: quos D. Preses simpliciter ac peremtorie rogavit, an simpliciter et absq; conditione Decreto Ordd. et Gen. parere, atq; in eem presentem venire velint?

D. D. Delegati auditis hisce Exterorum suffragijs, statim Remonst.s advocarj voluerunt: quos d. Pr.s rogavit an simpliciter et absq; conditione parere velint decreto Ord. Gen. Deleg. et huius Synodj, atq; in eem presentem venire?

Respondit Episcopius, conceptum ee quoddam scriptum, quo etiam responsum ad quæstionem contineatur cupiens illud prælegi. Voluerunt D. D. Delegati ut responderent viva voce, et quidem singulj. Cum tamẽ prælectione istius scripti Episcopius urgeret, petierunt D. Delegatj, ut scriptum illud exhiberet, quod exhibitum, et illis secedere iussis a D. Heynsio prælectum est. cuius summa, præter relationem istius quam D. Delegatis fecerant præsentationis hęc erat, se per conscientiam Decreto Synodico, quia ab equitate recedat, et Divinę Voluntati contrarium sit, non posse parere, nisi salvis manentibus illis conditionibus quos scriptis suis 29 Decemb. et 11 Jann. exhibitis postularant, ac propterea in responso suo antea dato persistere.

Verum illi tam scripto quam viva voce declararunt se in responso antea dato persistere.

Illis iterum intromissis, rogavit D. Pr.s singulos, an in responso isto persistant? Responderunt singulj se persistere. Quare iussi sunt responso isti scripto singulj subsignare, quod et fecerunt.

Quare cum iam omnibus tentatis nulla spes superesset, quicquam apud Rem.s proficiendj, sæpe est tandem Dominus Pr.s nomine D. Del.ũ, a quibus bis terve p. C. D. Heynsium monitus fuerat, et totius Synodj, de cuius mente iam satis constabat, sæpiò et graviter illos reprehendit: Dicens Synodo ipsorum pertinaciam et contumaciam nunc esse explicatissimam, incepisse enim ipsos a postulatione conditionum iniquissimarũ quarum prima et precipua fuit ut ea quę inter ipsos et Synodum erant tractanda prius apud Synodum, non ut Legitimum controversiarum judicem sed tanq; partem adversam transigantur. Deinde illos adversus Synodum, tanq; Schismaticos et p

et partem adversam fuisse protestatos, qua protestatione authoritate publica annihilatam eum ad rem veniendum eet petysse libertatem illimitatam, hoc est, non arbitrio Synodj sed proprio arb. circumscriptam, atq; in illum finem abusos fuisse verbis in literis citatorys de proponenda, explicanda, et quantũ possent ac necessarium iudicarent defendenda sententia sua: Eamq; libertatem in hunc usq; diem continuo obtinisse, quamvis ipsis, omnis iusta et quę citatis secundum iura omnia D. et H. debetur libertas, sepius et quam amplissimè a D. Delegatis et Synodo fuerit concessa, promissa, oblata. Neq; eę quod in scripto nunc exhibito ad suffragia Teologorũ extra. provocent, deq; ijs glorientur. Idem enim illud auditorium, ex cuius relata illa intellexerint, posse etiam ad ipsos referre, quid hac Sessione, ydem illj Theologj, quorum quidam accuratam omnium ipsorum actionũ ac dictorum Historiolam ab initio ad hunc usq; diem conterexerunt de ipsorum pertinacia iudicarint, cepisse quidem D. Delegatos et Tb: Exteros die Veneris proximè elapso ymò ab: quid boni speciosis verbis videbantur promittere mitius aliquantulum secundum Christianam charitatem de ipsis sentire, sed eventum docuisse ipsos aliud eorde pressisse quam ore prompserant: Quandquidem tam privatim apud D. Delegatos quam publicè coram tota hac Synodo ab auditorio tam frequentj rursum ad Vetera et iniqua sua postulata relapsi sunt. Quare eosdem illos Theologos audito et cognito, quid, et quanta diligentia D.D. Delegatj privatim, sed conatu irrito, cum ipsis egerint, et quales se apud D.D. gesserint. ac hodiè scripto suo declaraverint, ingennè fateri, sibi ab ipsis impositum fuisse, ac iudicare illos indignos, qui diutius in hac tam Veneranda congregatione audiantur: presertim cum eodem quo ceperint modo, hoc est mendacio, finiant. Ipsos enim die Veneris elapso Septima Sessione disertè negasse, quod antemeridiana de scripto quod dixerint in promptu habere totundè professi fuerant. Quapropter cum abunde ipsis iam sit satisfactum, et sufficienter pateat, quid ipsis amj fuerit nempe mendacys, artibus, imposturis, aquivocationibus fergiversationibus et q. tempus protrahere ac Synodo illudere, nulla sive DD. Ill: Ord: Gen. sive D. Delegatorum, sive Synodj monita, curantes. Sed illis temere et pertinaciter conscientiam opponentes: Nunc a Synodo dimittj, et quidem cum hoc elogio, quod eo quo venerant pede rursus sint secessuj, mendacy sc. crimine notatj, ita tamen ut Synodo quandocunq; visum fuerit, liberum maneat ipsos revocare. Synodus tamen — interea exipsorum scriptis, ad examen doctrinę progredietur, ptinaciamq; ac sinistras ipsorum actiones, earam toto mundo patefaciet, equitatem actionis suę firmis rationibus vindicabit, et arma Spiritualia, quibus hmisмodj pervicaciam comprimat ac corrigat, censurâ Ecclesiasticâ suo tempore erga ipsos exercenda, sibj non deesse ostendet.

Ad hęc dixit Episcopius: Ad exemplum D. et Serv. nostrj J.C. sibimus surgensq; ac exiens: Deus iudicabit de mendacys et artibus nostris.

Dixitq; Nezanus: Cogitate Vos qui sedetis iudices, aliquando etiam iudicandos, et sic turbatis animis, et Vary Varia murmurantes discesserunt, monitj tamen a D. Delegatis ne absq; speciali consensu Urbe exeant.

Sessio 69. eodem die a Meridie.

Od: S. Quandoquidem Remonst: Sess. antemeridiana pręter responsu suum tradiderant scriptum quoddam bene longum, utpote 31 foliorũ, qtinens plenioremexplicationem sententię non tantum suę, verumetiam contra Rem. quam rejeciunt, et singularum suarum Thesium ante exhibitarum declaratione: Visum fuit Synodo, ut singula collegia et singulos amanuenses, exemplum hujus scripti in usum suum describerent.

Ceterum quia ex decreto Illust: Ord: Gealr: in hac Synodo ante omnia agendum erat de 5 famosis Rem: articulis, atq; Deo gratiam, res iam eo devenerat ut missis Rem: citatis, tranquille ad istud negotium possit accedi: quesivit D. Pr^s quis modus in examine et iudicio istorum 5 Act: iam sit observandus, qui posset ee convenientissimus et expeditissimus;

Dixerunt sententias suas assessores Scribe et Theol. exteri, usq; ad Nassovicos.

Sessio 60: die Martis 15 January.

Prelecta sunt acta Synodica a postmeridiana diei 7^ma huius mensis, usq; in hanc sessionem: que mutatis mutandis, et additis addendis probata sunt.

Sessio 61. a meridie eodem die.

Dixerunt sententias ad quesitum hesternum reliqui Theologi exteri et domestici.

Rogati quoq; sententiam D. Delegati. responderunt, ex omnium Theologorum iam dictis Sententys, unam quandam eruendam atq; Synodo proponendam. Quod D. Pr^s. cum assessoribus factorum se promisit.

Sessio 62. die mercurii. 16 January.

Retulit D. Pr^s. se cum assessoribus et scribis contulisse sententias collegiales Synodicas, heri et nudiustertius dictas de ordine et modo agendi, et ex eis concepisse formulam quandam, quam iudicarunt plotioribus suffragys fuisse approbatam.

Rogavitq; D. Delegatos, ut illam et dignarentur inspicere, examinare deq; ea iudicium suum proponere.

Qui deliberaturi secesserunt. Interea dictavit Pr^s. Theses sive articulos quosdam circa Secundum articulum Remonst, ex Coll. Hag: et reliquis ipsorum scriptis conceptos, quos requirit in scripto notato D.

Theses de Rem. Sententia circa 2^m ipsorum art: a D. Pr^side dictate.

D. Delegati reversi, priusq; suam aperiant, iudicium Synodicum de concepta formula voluerunt cognoscere. Quare illa toti Synodo per Scribam Dammanum primum prelecta deinde ad calamum dictata est: ut sequitur.

Modus in examine et iudicio 5 Rem: Articulorum in posterum observandus, ex votis fratrum Synodic. collectis suffragys.

Collatis diligenter et. D. Presidem, assessores et scribas, ex prescripto D. D. Delegatorum, suffragys omnibus, tum scripto tum viva voce heri ac nudiustertius in Veneranda hac Synodo dictis, super modo agendi, circa examen et iudicium 5. quos vocant articulorum, compertum est plurimis placere, ut singula quam primum collegia ad examen illud instituendum iudiciumq; formandum scio se accingant, ac primo quidem loco primum articulum in manus sumant, in cuius examine, ut et deinceps in cæteris ad interrogatoria et Theses a D. Pr^s. dictatas, ut et postea dictandas, quilibet in primis attendet. Si quis tamen plura, que ad sententiam Remonstrantium proponendam et explicandam facere possunt, que forte in Thesibus aut interrogatoriis istis indicata non sunt, addere velit et possit, id cuiq; liberum relinquatur. Et ut privatim singula Collegia ante meridiem de hoc examine cogitabunt, ita post meridiem hæc Synodus intermissa ac nulla auditorum spectatorumq;

Spectatorumq; ex omnibus passim oris quotidie accurrentium ratio habeij (videatur) publicus, nisi omnino res ipsa aliud postulaverit conventus celebra: bitur: in quo potissima Rem. argumenta, maxime ex scripturis desum- ta, ipsorumq; adeo ad contrarię sententię argumenta maximè ex ysdem scripturis desumpta responsiones proponentur et excutientur, præ cęn= tibus D. Doctoribus ac Professoribus hunc nostratibus hunc exteris, ad arbitrium D. Præsidis, relicta interim singulis libertate, dictis addēdj, et suam etiam de propositis argumentis sententiam dicendj. Quare necesse quoq; erit ut quilibet seriò de argumentis istis et responsionib apud se cogitet ac meditetur. Dabit autem operam D. Pr.s singulis Sessionibus, ut ea de quibus proxima erit Sessione agendum, universę Synodo significet, ac si quis fuerit quj de quoquam, quod fortè à D. Præside monitum non fuerit, iudicium Synodj audire, sua relationum causa desideret, eius sr privatim D. Pr.is compellaverit, ratio habebitur prout ipse, adhibito consilio assessorum et Scribarū, ac si opus fuerit etiam pluriūm ex usu Synodj, aut rei qua de agitur ēe existimaverit. Iudicium formatum de quolibet articulo, additis rationibus, quibus sub- nixum est, Præsidj privatim exhibebitur asservandum donec de ōibs Articulis iudicium formatum et similiter exhibitum fuerit.

Postea subiunxit Pr.s Viva Voce admonitiunculam ad Fratres Synodicos ut e regione doctrinę, quę iudicabitur falsa, Veră, nūdè, clarè et ex locis quibusdam S. Scripturę testimonys suffultam apponant, ut ex ys omnibus scriptum aliquod solidum et ad simpli- citum captum accommodatum, in usum omnium Ecclesiarum, præcipuè Belgicarum Latino et Belg. Sermone conficiatur. Et cum rog asset quid Synodo de concepta formula Videatur cōmunibus ea calculis est approbata, cui etiam suum D. Delegati adiecerunt.

Et a Synodo et D. Delegatis approbatus.

Atq; ut rem secundum prescriptum ordinem aggrediamur, proposu- it D. Pr.s hęc duo proxima Sessione tractanda:

1°. An articulus 1. Rem. contineat totam et integram doctrinam de predestinatione ad Salutem?

2°. An loca 5ta sequentia illud probent, quę a Rem.s adducuntur sc: Joan. 3. v. 36. Jo: 6. Vers. 40. ad Heb. 11. Vers. 6. - 1 Cor. 1. XXVI

Rogavitq; Professores exteros et Belgicos ut in hoc exercitio, examinj suo ve- lint præire, fecerunt autem Exterj ut initium fieret a Domesticis, cuius provin: ciam sanc in se receperunt, et primo quidem loco Sybrandus Lubbertj, Professor Franckeranus

Sessio 63. Die Jovis 17 Januarij. post meric.

Dissessus extraditus D. Jos. Halli in patriam propter adversam valet. cui Succentoratus Thomas Godus.

Significavit Præses Politicus D. Simon Scottus, Reverendo et clarissimo Viro D. Josepho Hallo The: Anglo: propter valetudinem, quę non patitur ut diutius huic Synodo intersit. constitutum ēe redire in Patriam: ac propterea alium nempè Thomam Godum S. T. Doctorem ipsi a Sen.s Regi et Ecclesijs magnę Britanniæ Succentoriatum, — idque literis DD. Ord. Gentm, quę et publicè prælectę sunt indicatum esse.

Subiunxit quoq; D. Præses Eccl.s tantam dicti D. Halli esse imbecillitatem ut non tantum iam aliquandiū abfuerit. Verum etiam hac ipsa sessione non potuerit ęparere et Synodo Valedicere sed scripto ipsum concepisse Valedictionem patheticam valde et piam, quę per Scribam D. Damianum prælecta est. ut sequitur.

Venerabilis et Sanctæ Synodo progressum felicem exitum felicissimum.

Valedictio D. Jos. Halli scripto compraehensa et ad Synodum missa.

Non facilè verò mecum in gratiam redierit cadaverosa hæc moles, quam egrè usq; circumgesto, quæ mihi sacri huius conventus celebritatem totius inviderit: Jamq; me prorsus invitissimum a Vobis importunè avocat et divellit. Negq; enim ullus est profecto sub cælo locus, æquè cœli æmulus, et in quo tentoriùm mihi figi maluerim, cuiusq; adeo gestiit mihi animo meminisse. Beatos verò Vos, quibus hoc fruj datum: Non dignus eram ego (ut fidelissimj Romanj querimoniam imitarj liceat) qui pro Christi et Ecclesiæ suæ nomine, sanctam hanc provinciam diutius sustinerem: Illud verò dolet etiam vehementer, audito (quod res erat) me non alia quam adversissimâ hic usum valetudine, Serenissimus Rex meus, miserctus misellj famulj sujs revocat me Domum, quippe qui cineres meos, aut Sandapilam, Vobis nihil quidquam prodesse posse norit, succenturiavitq; mihi virum e suis selectissimum quantum Theologum! De me profectò (mezo iam fere funere) quicquid fiat videbit ille Deus meus, cuius ego totus sum, quiq; numerat et dies et gressus meos. Vobis quidem ita feliciter prospectum est, ut sit cur infirmitatj meæ haud parum gratulemini, quæ huiusmodj instructissimo succedaneo cœtum hunc Vestrum beaverit. Neque tamen committam (si Deus vitam mihi ac vires indulserit) ut et corpore, simul et animo a Vobis abesse videar. Interezo sanè Sui Synodo, ubicumq; terrarum sim, et votis, consiliis, conatibusq; meis, quibuscunque res Vestras me pro virilj seziò ac sedulò promoturum sanctè voveo. Interim, Vobis omnibus ac singulis, honoratissimj Dominj Delegatj, Reverendissime Domine Præses Gravissimj Assessores, Scribæ doctissimj, Symmistæ colendissimj, tibiq; Venerandissima Synodus universa, ego animo ac corpore, æternum valedico, rogoq; Vos omnes obnixius, ut precibus Vestris imbecillum reducem fovere, comitarj, prosequj velitis: usq; meum apud Deum meum contendere, ut in corpore hoc meo, sive in vita, sive in morte glorificetur Christus.

Infra scriptum erat.

Quod humilimè a Vobis peto
Collegarum Vestrorum indignissimus
Josephus Hallus.

D. J. Hallus a deputatis Synodj salutatus.

Ne vero insalutatus discederet, placuit Synodo ut D. Præses cum assessore Rolando et scriba Damano post solutum conventum ipsi pro molestia et labore suscepto gratias ageret, ipsumq; rogaret, ut Synodum hanc Ecclesiasq; Belgicas regi suo obnixè commendet.

D. Thomas Godus introductus.

Deinde Thomas ille Godus p. assessorē et scribam iam nominatos, ex hospitio suo accersitus in Synodum introductus, a ꝛ Polit. Ja. de Campe Zelando et Hier. Isbrands Groningano exceptus, et in locum ipsi ex consilio R. Episcopi assignatum productus est. Quem cum occupasset, primo declaravit tota Syno: substitutionem hanc sibi placere. Ac deinde Pr. præfatus, et Deo et Regi pro ea gratias habendas ēe, nomine omnium, adventum ipsi gratulatus est. Ille vero vicissim Synodo fausta omnia precatus, et opera sua in omnibus oblata, iuramentum Synodicum prestitit.

Post hæc

Ventilationes D. Sybr. Lubberti de 1us Artic. Rem. deq3 3bus primis Argumentis, ad probationem istius articuli a Remonstrant. allatis.

Deputati Ecclesiæ Campⁿ. Orthodoxæ ad citationem Synodicam præsētes se stiterūnt.

Et ex Synodo quidam designati qui privatim cum ipsis agant.

Post hæc D. Sybrandus rogatus ut meditationes suas ad materiam hesterna Sessione propositam Velit adferre, Initio petijt, ut singuli laborem suum benigne æstiment, ac: deinde illud quod meditatus erat solidè ac doctè proposuit.

Præterea indicavit D. Præs. redysse Deputatos Eccl. Campensis Orthodoxæ una cu D. Johāne Arcomio, eorumq; nomine libellum supplicem exhibuit, quo significabant se advenisse ut Synodo obedientiam suam citationi præstitam probent, et paratos ēē accusationes suas nuper contra Pastores Campens modernos institutas demonstrare, aut si id per occupationes nunc non liceat, habere tamen quedam, doctrinas Remonst. spectantia, quæ putarent Synodo ēē usui posse, conquerentes de invectivis illorum in Ecclesiam et doctrinam Orthodoxam, nec non de contemptu censuræ Ecclesiasticæ quod ys qui ejusdem authoritate Syn: Prov. Trans-Isulanæ a ministerio remoti sunt, publicas concionandi vias demandari ansint. Placuit verò ut quidam ex hoc consessu a Præside assessoribus et scribis designandi (quibus a D. Delegatis etiam Politici adjungendi erunt) cum deputatis Ecclesiæ Campensis privatim agant, et quid illud sit, quod Synodo usui esse possit in examine doctrinalium, intelligent, deq; eo ad Syn: referant.

Postremò monuit D. Præs. Doct Gomarum ut cogitet de 3is sequentibus Rem: Argumentis defi quibus i:am Suum Articulum probare conantur, desumptis ex locis. Eph. 1mo V. 4. Eph. 1. V. 5. 6. et ex voce Eligendi, proxima sessione explicandis et Ventilandis.

Sessio 64. Die Veneris. 18 January post meridiem.

Ventilationes D. Gomari de 2is 3is 4is Argumentis quibus Rem. articulum suum in Collat. Hag probare conantur.

Proposuit D. Gomarus meditationes suas, Ad 4um 5um et 6um Argumentum Rem.

Monuit D. Præses Antbonium Thysium Profes. ut cogitet in diem Lunæ proximum, de 3bus postremis argumentis Rem. desumptis a misericordia et justitia Divina, ab executione Decreti Divini, et fundamento Electionis

Sessio 65. Die Lunæ 21 Jun. post m.

Decretum Ord: Genl. 18 Jan. promulgatum et 21 ejusdem in Synodo prælectum.

Prælegit D. Heynsius jussu D. Delegat. decretum D. Ord. Genl. statutum Hagæ-Comitis 18 Jan. et Remonstrantib. citatis, hoc ipso quoq; die privatim prælectum. cujus hæc erat summa.

Quod Illust: et Præp. D. Ord: Generales, auditis et cognitis, quæ Generosi D. Walr. de Brederode, Mr. Musius ab Holy. Prætor. item q; D. Herm. Faukelius assessor, et F. Hommius scriba a D. Politicis delegati, in ipsorum conventu exposuerunt, ut ex ys plene intelligerent, quæ in Synodo Nat: post decretum 1 Jan. datum, cum citatis Rem:s facta et gesta sunt: Auditis quoq; actis ac decretis iisdem promulgatis, omnibusq; Remonst. partim scripto exhibitis, partim viva voce redditis responsis, additis etiam, tam extemporum quam domesticorum Theologorum judicijs, in primis autem, quantam operam et diligentiam D. Delegati præsertim a 12 January, toto postmeridiano tempore, ab Hora tertia in octavam usq; adhibuerint, ad Rem:s inducendos, ut dictorum Ord: Genl. eorumq; delegatorum decretis morem gererent: Auditis insuper interrogatorijs a D. Præside Eccl. ipsis propositis, et fraternis monitis ut ad ea responderēt, et quod nihilominus ydem citati, quorum erat ratio negocia mentem suam exponere noluerint prorsus, sed loco responsi scriptum admodum prolixum in primum articulum exhibuerint, ex quo manifesto appareat, quod se adhuc Jam obedientiam compos nequerint, sed ut publicæ authoritatis contemptores in sua pertinacia perseverarverint, et nihil aliud sibi propositum habuerint quam Synodo suæ illudere, eamq; in fructuosam reddere: Adito præterea extemporaneos Theologos, unanimiter et paribus suffragijs judicasse, citatis Rem:s abundè factum satisfactum, eosq; indignos ēē, qui diutius in Synodo audirentur, ac propterea dimittendos ēē, ut porro ex ipsorum scriptis publicis et expositionibus, tam in provincialibus, quam in hac Nat: Synodo exhibitis

eorum de doctrina opiniones exigerentur, expenderentur, et ex Verbo Dei decideretur: Auditis denique et intellectis verbis, quibus a R.D. Præside, Rem.s ex Synodo dimissi sunt: atq; omnibus hisce probè expensis, ac cum Illust.mo Principe Auriaco, et Guilielmo Ludovico Nass. Com: communicatis: Declararunt ac præsentibus hisce Declarent, ante dicta tam a Politicis quam Ecclesiasticis Acta ac Decreta cum ipsorum bona intentione ac decreto prorsus convenire, ac proinde se omnia ea et singula approbare, quemadmodum et illud, quod citati Remonstrantes sint dimissi. Velle se insuper, ut secundum illud Decretum, quod 1.mo January promulgatum est, Synodus in posterum pergat ex eorum scriptis de Doctrina ipsorum iudicare, quorum erit interea se a Synodo continere et nihilominus in urbe Dordracena consistere nisi aliter D. Politicis et Synodo visum sit, quorum et cuius erit, de modo ac ratione agendi posthac observandi, ac despicere ac pro sua prudentia statuere.

Admonitiuncula ad Synodum nomine D. Ord. Gen. et Princip. Auraici ut actiones maturet.

Subiunxit deinde idem ffagnius Viva Voce, nomine D. Ord. Gen. et Illust.mi Princ: Auriaci admonitiunculam ad Synodum, ut omnes et singuli, omnia sua consilia eo dirigant, ut quam potest fieri maturrime ac celerrime res ad optatum finem perducatur, et imprimis quod nunc indoctum est de 5 Art.s absolvatur, quo citius graviter afflictis et laborantibus consulatur Ecclesiis.

D. Antony Thysij Ventilationes ad 3.um postremum argumentum quibus Rem.i Artic. suum 1.um falcire conantur.

Proposuit D. Antb. Thysius meditationes suas ad 3 postremum Remonstrantium circa 1.um Artic: Argumenta,

Deinde monuit D. Pr. etiam Ventilanda ea argumenta quæ a Contra Remonstrantibus in Coll. Hag. allata sunt pro Sententia accepta.

Monuitq; D. J. Polianderum, ut cogitet de locis Rom: 8. V. 29. 2. ad Tim: 2. V. 19. Itemq; de illis quæ agunt de Libro Vitæ. et D. A. Walleum. ut cogitet de locis Rom: 9. V. 11. Rom 11. V. 5. Act: 13. V. 48. Et ut uterq; in diem Jovis despiciat, an ex illis locis probari possit, fidem esse fructum electionis.

Funus D. Joannis Bystervelds. Theologi Nassovici.

Confessim totus invitatus est ad funus Clarissimi Viri D. Joannis Bysterfeldy. Theol. Nassovici, qui 19 Junii mensis diem obyit. et 22. sepultus est.

Sessio 66. Die Martis 22 January.

Illustrarunt Ventilationes a D. Profess.o Belgis superioribus sessionib.s propositas, etiam suis meditationibus aliquot ex Theologis exteris

Rogavit D. Præses Gramen Davenantium. Profess. Cantabrigiense. ut in diem Veneris proximam cogitet de questione, an Electio sit multiplex: et

Monuitq; singula Collegia ut sua de 1.o Artic.o Remonst.m indicia parent in sequentem diem Sabbati

Sessio 67. Die Jovis. 24 Jan.

Vindicationes Locorum quorundam ab exceptionibus Remonstr. p. D. Polyandrum et Ant. Walæum.

D. Doct. Polyander et D. Anthonius Walæus, Vindicarunt Loca supra Sessione 65. nominata, a cavillationibus et exceptionibus Remonstrantium Vindicarunt.

Dissertatio D. Davenantij de Multiplicitate Electionis.

Proposuit D. Dordrentius meditationes suas, ad questionem de multiplicitate Electionis, ostenditq; solidis rationibus, Electionem tantum ēe unicam et simplicem, significavit D. Præses, proxime agendum ēe, primo, de Sensu, certitudine et fructu Electionis in hac vita, secundo de reprobatione, quorū prius demandavit D. Abrah. Scultheo: posterius D. Hen. Altingio, Professoribus Acad: Heydelbergensis, et.

Et iterum monuit, ut singula collegia, iudicia sua collegialia de 5° Artic. Rem. in diem crastinum, vel ad extremum in diem Lunæ proximum parent et ad se deferant.

Judicium Fr. N. Hollandrū. de 1°. Rem. Articulo.

Hanc ob causam Fratres Nortbollandj Judicium suum scripserunt et exhibuerunt in hunc modum.

Primus Artic. Remonstrantium in Coll: Hagiensi sic habet, Deum æterno et immutabili decreto in J. C. filio suo, et c.

De huius autem articuli vera et genuina sententia, ex ipsa Hagiensi Collatione, aliisq; Remonstrantium editis scriptis, et exhibitis huic Synodo Thesibus fideliter exuta, excussis q articulis seu quæstionibus a R. D. Præside ad formandum Synodicum iudicium comprehensis et propositis, fratres Nortbollandj, expensis in timore Domini, tum S. Scripturæ locis, quam fragmentis ab ipsis Remonstrantibus in iam dicta collatione et passim alibi ad suæ sententiæ assertionem adductis, ysq; diligenter ad solam D. Verbi normam infallibilem examinatis, sic in conscientia apud se sentiunt, et sepositâ omni humana consideratione indicant, et.

1. Artic. ipse non continet totum et integrum Electionis Decretum.

Primo quidem falsum ēe asserunt, quod statuunt Remonstrantes hoc articulo contineri, totum et integrum electionis Decretum, quo dicitur Deum decrevisse, æterno et immutabili Decreto, in filio suo J. Christo credentes et in fide ac fidei obedientia perseverantes servare. Plura enim et maiora dicunt Decreto Electionis contineri, Videlicet. Deum ab æterno, decreto immutabili statuisse, pro mero suo bene placito ex toto genere humano, in peccatum et perditionem lapso, certos quosdam et singulares homines conformes reddere imagini filij sui, eosq; intempore efficaciter vocare, fide et perseverantia donare, sanctificare, iustificare, glorificare utq; ita et Cum servare, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ.

Sicenim scriptura testatur, Rom. 8. V. 29. Quos præscivit eosdē et prædestinavit, ut conformes fiant imaginj filij sui, V. 30. Quos vero prædestinavit, eos etiam vocavit: et quos vocavit, eos etiam iustificavit: quos autem iustificavit, eos etiam glorificavit. Et ad Eph. Cap. 1. V. 4. Sicut elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi, ut simus sancti et immaculati coram eo in Charitate. Vers. 5. Qui prædestinavit nos, quos adoptaret in Filios per J. Chm. in sese, pro benevolo affectu voluntatis suæ, Vs. 6. ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, 2 ad Thess. Cap. 2 V. 13. Nos autem debemus gratias agere Deo semp de vobis, Fratres dilecti a Dño, quod elegerit vos Deus, ab initio, ad salutem, p. sanctificationem Spiritus, et fidem Habitam Veritati V. 14. Ad quod vocavit vos p. Evangelium nostrum, ad obtinendam gloriam D. N. J. Chi. 2 ad Tim. Cap. 1. V. 9. Qui servavit nos et vocavit vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed ex suo proposito, et gratia,

quæ

que data quidem est nobis in C. Jesu, ante tempora secularia, 1 Pet. 1. V. 2. Electis ex prænotione Dej Patris, ad sanctificationem Spiritus, p. obedientiam, et aspersionem sanguinis J. Chrj.

Quibus ex locis patet, Prædestinationem ad conformitatem imaginis Filij Dej, patefactionem mysterij voluntatis Divinæ Vocationis efficacem, fidem, adoptionem in filios Dej, sanctificationem Spiritus, redemptionem p. Sanguinem Chrj, et justificationem, Decreto Electionis includj: Et partim ut eius effecta fructusq; partim ut eius subordinata media supponj, per quæ Deus Electos suos ad salutem et gloriam perducit;
Quæ omnia isto Remonstrantium articulo non continentur. Quare veeū non est, eo totum et integrum Electionis Decretum continerj.

Imo nec est quidem hic Decretum ullum Electionis. Fierj enim posset ut manente hoc Decreto, vel omnes sine exceptione crederent, et servarentur, vel ut nemo crederet et omnes perirent, quia sint ne futurj qui credant, item sint ne qui credunt in fide et fidej obedientia, ad postremum usq; Vitæ Salutem perseveraturj, nec unde credentibus fides et perseverantia sint obventura ullo modo hic decernitur.

Denicq; vel ex ipsorum Rem. scriptis liquido constat, isto articulo totum et integrum electionis Decretum minimè continerj. Ipsi enim in Coll. Hag. pag. 413. quemadmodum et in scripto nuperrimè exhibito mentionem faciunt, cuiusdam Decretj particularis, quo decrevit Deus certas quasdam et singulares personas servare, quas credituras iam videbat et ad finem usq; perseveraturas. Quod si verum est amplius aliquid Deus decrevit, quam credentes et in fide perseverantes servare. Quia aliud est, Decretj servare credentes: aliud Decreti hos vel illos homines, quos prævideo credituros, et non alios homines servare.

Secundo statuunt Remonstrantes, multiplicem ee electionem; aliam generaliorem, aliam particularem et singularem: aliam indefinitam aliam definitam, aliam incompletam, aliam completam, aliam non peremptoriam aliam peremptoriam: Conditionatam aliam, aliam absolutam.

Fratres Hollandj contra asserunt, unicam tantum ee Electionē, eamq; particularem, definitam, completam, peremptoriam, absolutam: eam nimirum, quæ paulo ante ab illis ex Dej Verbo descripta est, quæq; cum salute certa Electorum ōm et singulorum, sine ulla exceptione, etiam media ad salutem prædestinata comprehendat. Quod testantur loca Scripturæ non obscura nec hanca, Matt. 20. V. 16. et 22. V. 14 — Multi vocati, pauci electi Luc. 10. V. 20. Gaudete quod nomina Vestra scripta sunt in cœlis. Ioan. 10 V. 14. Agnosco oves meas et agnoscor a meis. Io. 13. V. 18. Non de ōibus Vobis loquor, scio quos Elegerim. Act. 13. V. 48. Crediderunt quotquot erant ad Vitam æternā ordinati. Rom 8. V. 29. Quos prægnovit eosdem et prædestinavit et rf. Vers. 30. Quos prædestinavit eosdem. et rf. 2. ad Thim. 2. V. 19. Novit Dns qui sint sui.

Nam etsi pro nostro considerandi modo, varia Videri possent esse Decreta, re ipsa tamen Decretum unicum et simplicissimum ee ex eo constat, quod Deus actus est simplicissimus, qui uno ac simplicissimo actu ōia intelligit, vult, decernit et agit.
Et quia ex testimonijs S. Scripturæ iam allatis manifesto constat,

Elect.

Electionem ad salutem unicam tantum ēē, particularē, definitam completam et absolutam, quę certa est, et infallibilis destinatio antecedanea finis et mediorum, ita ut finem, qui est gloria Dei et salus electorum, simul cum medijs ad istum finem certo includat merito illam multiplicem Rem̄. Electionem, falsam et fictam ēē indicant.

Tertio sentiunt Remonstrantes, predestinationem ad salutem ēē ex conditionibus fidei obedientię, resipiscentię et perseverantię finalis &c. requisitis.

2. Electionem non ēē multiplicē sed tantum unicam.

3 Electionem non ēē ex conditionibus fidei &c.

Fratres Nortbollandi hanc Rem̄. sententiam falsam ēē indicant et contra asserunt Electionem ēē ex mero et gratuito Dei beneplacito, non ex istis, nec ullis prerequisitis in homine eligendo conditionibus, quod manifestis Scripturę testimonijs et rationibus probatur. Sic Moses Deut: 7. V. 6. 7. Te elegit Dñs Deus tuus, ut sis ei Populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super terram, non quod cunctas gentes numero vincebatis, Vobis iunctus est Dñs, et elegit vos, cum omnibus vestris populis pauciores, sed quod dilexit vos Dñs, et custodivit iuramentum, quod iuravit Patribus vestris, Matth 11. V. 25. Confiteor tibi Pater Dñe cęli et terrę, quod abscondesis hęc à sapientibus et intelligentibus, et ea detexeris infantibus, Vs. 26. etiam Pater quia ita placuit tibi. Luc. 12. V. 32. Ne time o pve grex, nam Visum est Patri Vestro dare vobis regnum, Roman. 9. V. 11. Nondum enim natis pueris cum nihil fecissent boni vel mali, ut propositum dei, quod est secundum ipsius Electionem, id est, non ex operibus, sed ex vocante fieret, non maneret, V. 12. Dictum est ei, maior seruiet minori, V. 13. Sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau vero odio habui. V. 15. Nam Mosi dixit, miserebor cuius misertus fuero, et commiserabor quem commiseratus fuero. V. 16. Nempe igitur, electio non est eius qui velit, neq; eius qui curret, sed misericordis Dei. V. 18. Itaq; cuius vult miseretur, quem autem vult indurat, Eph. i°. V. 5. Qui predestinavit nos, quos adoptaret in filios &c. J. Chr̄m in sese pro beneplacito affectu Voluntatis sue.

Ratio quoq; idipsum confirmat. Si enim Electio ēet ex prerequisitis istis conditionibus homines prius elegissent Deum quam ēent a Deo electi. Quod absurdum est, et pugnaret cum dicto Christi, Joan. 15. V. 16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.

Deinde Electio non est ex fide, obedientia, resipiscentia, perseverantia: sed ad fidem, obedientiam. &c. Act. 22. V. 14. Deus Patrum nostrorum elegit te, ut cognosceres ipsius Voluntatem &c. Eph. 1. V. 4. Elegit nos ut essemus sancti et inculpati coram eo p charitatem. Jac. 2. V. 5. Nonne Deus elegit pauperes mundi, ut fierent divites in fide, et hęredes regni quod promisit iis qui diligunt ipsum. 1 Pet. 1. V. 2. Electi ex pręcognitione Dei Patris in sanctificationem Spiritus ad obedientiam et aspersionem sanguinis J. Chr̄i.

Prętera si Electio est ex istis conditionibus, nemo verē Electus erit nisi qui iam actū resipiscit, credit, et ad extremum Vitę habitum in resipiscentia et fide perseveraverit. imo et in fide iam mortuus sit. Atqui in S. Scriptura electi sunt et dicuntur etiam illi, qui nondum actū credunt. Sic Paulus electus erat, antęq; crederet, Vel credens dici poterat. Etiam Judei sub finem mundi seruandi nondum actū credūt sunt tamen et vocantur a Paulo electi, Rom. 11. V. 25. 26. 28. Quin et ipse Seruator Chr̄s Vocat oves suas, eos, qui nondum credebant, sed adhuc suo tempore vocandi erant, et aggregandi ad ovile ipsius. Jo. 10. X. 16.

4°. Electionem ad fidem non ēē similiter ex conditionibus prę requisitis.

Quarto, docent Rem̄s. Electionem ad fidem similiter ēē ex conditionibus prerequisitis, quales sunt, ut homo peccator p. legem peccata sua agnoscat, de iis pœniteat, ad Vitam eternam sit dispositus, sit humilis, pius, probus &c. rt.

Idjtidem falsum ēē Judicant fratres Nortbollandi, et contra docent.

prædestinationem ad salutem, simul et fidem, ea ex mero, gratuito q Dei prædestinantis beneplacito.

Quia cum una eademq electio sit ad salutem quæ ad fidem, fides autem finctus sit electionis ad salutem, ut patet Act. 13 V. 48 Crediderunt quotquot ad vitam æternam ordinati erant, et alijs locis scripturæ supra citatis, necesse est, electionem ad fidem etiam ea ex mero et gratuito Dei beneplacito.

Et, si electio ea ex prequisitis esset conditionibus, alia insuper electione foret opus ad istas conditiones, quæsus ex conditionibus prequisitis, et sic daretur progressus in infinitum.

Præterea, cum Deus sit aneitheos, non potest ab ulla extrinseca conditione determinari.

5.° Electionem ad salutem non esse mutabilem.

Quinto asserunt Rem.s, aliquam electionem ad salutem ea mutabilem.

Quod falsissimum ea indicant Fr.s Northollandi, qui contra, ut unam tantum esse Electionem ad salutem supra dixerunt, ita eandem omnino immutabilem ea asserunt, et stare firmissimam ex ij immutabilis consilij Divinij. Unde fieri non potest, ut vel unus Electorum excidat aut pereat.

Quod Verum ea, testatur Psal. 33. V. 11. Consilium domini in æternum persistit. cogitationes cordis eius, in generationem et generationem. Esa: Cap. 46. V. 10. Consilium meum stabit, et omne beneplacitum meum efficiam. Secunda ad Thim. 2. V. 19. Solidum fundamentum Dei stat. Rom 11. V. 2. Non abiecit Deus populum suum quem præcognovit. V. 5. Ita igitur et hoc tempore reservatio secundum electionem gratuitam facta est. X. 29. Dona et Vocatio Dei eiusmodi sunt, ut eorum ipsum pœnitere non possit. Rom. 8. Vers. 38. Alibi persuasum est, neq mortem neq Vitam, neq angelos, neq Principatus et q. posse nos separare a Charitate Dei quæ est in C. J. D. N.° Matth. 24. V. 24. Fieri non potest, ut seducantur Electi. Unde hoc? Nisi quod salutis nostræ firmitas non in nobis=ipsis sed in arcana et immutabili electione Dei fundata sit.

6.° Deum in hac Vita electos suos de Electione suj ad gloriam non relinquere incertos et suspensos.

Sexto. Affirmant Remonst.s Deum in hac Vita electos suos de suj electione ad gloriam incertos et suspensos relinquere, Sed id Fr.s Northollandi falsum quoq et cum S. Scriptura aperte pugnare indicant, contraq affirmant, Deum in hac Vita suos electos p. Spiritum S. de hac tanto et incomprehensibili suo beneficio certos facere.

6.°

Cuius Veritas ex scripturis constat Psal. 23. V. 1. Deus est Pastor meus non egebo. V. 4. Etiamsi si ambulavero p. Vallem umbræ letalis, non timebo, quia tu mecum es. V. 6. Certe bonitas et benignitas sequentur me omnibus diebus vitæ meæ, et manebo in domo Jehovæ in longitudinem dierum. Rom. 5. V. 5. Spes non confundit, quod Charitas Dei effusa sit in cordibus nostris p. S. Sanctum qui datus est nobis. Rom. 8. V. 15. Non accepistis Spiritum servitutis iterum ad metum, sed accepistis Spiritum adoptionis p. quem clamamus Abba, Pater. V. 16 Qui ipse Spiritus testatur una cum Spiritu nostro, nos ea filios Dei et hæres. 2. Cor. 1. 21 Vers. Qui nos confirmat vobiscum in Christum, et qui unxit nos Deus est. V. 22. Qui etiam obsignavit nos, deditq arrabonem in cordibus nostris. Eph. 1. 13 V. Obsignati estis Spiritu illo promissionis

promissionis Sancto. 2. Tim. 1. V. 12. Novi cui crediderim, et mihi persuasum est, illum posse depositum meum in illum diem servare.

Et certè. Si electi in hac vita manent Electionis suæ incerti, nullus erit sensus gratiæ, nulla plerophoria fidei, nulla certitudo salutis, nulla conscientiarum pax. Quæ omnia ut benedictiones omnes spirituales ex electione tanquam fonte scaturiunt atq; promanat.

De Reprobatione

Deum ex suo beneplacito ad iustitiæ suæ declarationem decrevisse quosdam homines in lapsu et miseria relinquere, mediaq; ad fidem et conversionem necessaria ijs non conferre.

Quæritur hic, primo, an Deus ex suo beneplacito, ad iustitiæ suæ declarationem, quosdam homines decreverit in lapsu et miseria relinquere mediaq; ad fidem et conversionem necessaria ijs non conferre? ——.

= Quæstionis huius sec propositionis negativam tuentur Remonst. Ies Nortbell. affirmativam. quam probant sequentibus scripturæ testimoniis. Sic enim Chr̃s ipse. Matth. 11. V. 25. Confiteor tibi Pater, Domine cœli et terræ, quod absconderis hæc a Sapientibus et intelligentibus, et ea detexeris infantibus. V. 26. Etiam pater, quia ita complacuit tibi. Hic videmus Christum, tam abscondionem mysteriorum, quam eorundem revelationem, soli beneplacito patris tribuere.

Rom. 9. V. 11. 12. 13. Nondum enim natis pueris, quum nihil fecissent boni vel mali, ut propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, firmum maneret, dictum est ei: Maior serviet minori. Sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esaũ verò odio habui. Item— V. 18. Itaq; cuius vult miseretur, quem autem vult indurat. Item vers. 22. Quod si volens Deus, ostendere iram, et notam facere potentiam suam, pertulit multa lenitate vasa iræ, coaptata ad interitum. Videmus hic Apostolum disertè non tantum Electionem et prædestinationẽ ad salutem, sed etiam reprobationem, et destinationem ad iustum odium itemq; indurationem soli Voluntati Divinæ adscribere.

Quod idem patet ex hisce rationibus. 1.

1. Deus, secundum apostolum Eph. 1. V. 11. Omnia efficit ex consilio Voluntatis suæ. Quod igitur quosdam homines in lapsu et miseria relinquat, usq; media ad conversionem et salutem necessaria et sufficientia non conferat, ex eodem planè Voluntatis suæ consilio facit.

2. Cum causa electionis sit sola Voluntas et eudokia Dei, non autem aliquid in homine prævisum: sequitur ex natura contrariorum, reprobationis aut non-electionis quorundam, seu desertionis in lapsu et miseria causam similiter ee eandem Dei Voluntatem et beneplacitum.

3. Si quæ esset in hominibus desertionis, seu non-electionis causa statuenda: ea non posset ee alia, quam peccatum et infidelitas: Et hanc ob causam erunt omnes homines absq; exceptione ulla deserendi. Omnes enim sunt infideles et peccatores naturâ, et eadem causa in eodem subiecto eundem semper effectum producit.

Quod autem huius Voluntatis Divinæ finis, sit patefactio gloriæ et iustitiæ Dei, constat ex locis sequentibus. Proverb. 16. V. 4. Deus fecit omnia propter seipsum, etiam impium ad diem malum. Exod. 9. V. 16. et Rom. 9. V. 17. Ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potestatẽ meam, et ut annuncietur nomen meum in tota terra: et V. 22. Volens Deus ostendere iram, et notam facere potentiam suam.

Quod idem probatur ex eo, quod Deus, ut oium rerum summum et suprremum ens, oium etiam summus finis est: Secundum illud Apost. Rom 11. V. 36. Ex eo, per eum, et in ipsum sunt oia. Ipsi sit gloria in secula. Amen.

Fratres ergo Northollandj, falsum ee dicunt, quod Reni. docent: Deum neminem prrecise, ex suo beneplacito, ad demonstratione instituie sue potestatis, et Dominij absoluti decrevisse in lapsu Ade et miseria relinquere.

Contra, Verum et Dei Verbo consentaneum ee dicunt: Deum nulla motum causa extrinseca, que in Deo ect, sed ex sese, et mero suo beneplacito decrevisse non eligere, id est, pretirire, et in peccato, ac miseria relinquere, quos ipsi Visum fuit: nec eis media ad conversione et salutem necessaria et sufficientia conferre.

Causam igitur, cur Deus Dos. Evangelium vocet, illos non vocet, negant Fis Northollandj ee aut Dei voluntatem, aut illorum indignitatem. Sed asserunt ee solam Dei Voluntatem, qui media ad conversionem et salutem necessaria confert quibus Vult, et quibus Vult non confert, pro suo beneplacito.

Causam quia Deus non ee aliquid latens in Hominibus sed solam Dei Voluntatem.

Facit enim de suo quod Vult, ut pote qui neminj quid debet. Quis enim prior dedit ei et ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. Rom. 11. V. 35. et Psal. 147. V. 19. Notum facit Jacob Verbum suum, Judicia sua Israelj, non fecit sic omnj nationj, et Judicia sua non manifestavit eis. Item Matth. 13. V. 11. Vobis datum est nosse mysteria regni Dei horum, illis autem non est datum. Io. 6. V. 64. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ioa 10. V. 26. Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Esaj. 53. V. j. Io. 12. V. 37. Domine quis credidit sermonj nostro, et brachium Dnj cui retectum est? Propterea non poterant credere, quia Esaias iterum dixit, Excecavit oculos eorum et obduravit corda eorum, ne videant oculis, et intelligant corde, et convertantur. Act: 14. V. 16. Deus sivit pretiritis etatibus oes gentes suis ipsarum vijs incedere. Rom. 11. V. 7. Quod requirit Israel non est assecutus sed electj assecutj sunt, reliqui vero obcalluerunt.

+ retrahentur ej.

Nec potest hic idoneitas horum, aut indignitas illorum minus discriminis status causa. Sunt enim omnes homines naturâ pares, et eiusdem planè conditionis: ut Paulus docet Rom: 3. V. 9. Quid igitur precellimus? Nullo modo. nam antè crimmatj sumus, tudeos et grecos omnes sub peccato ee, sicut scriptum est, non est iustus, ne unus quidem. Eph. 2. V. 1. 2. 3. Et vos [una vivificavit] cum essetis mortuj in offensis et peccatis: in quibus olim versatj estis, ut est Vita mundj horum et rj. Inter quos et nos omnes conversatj sumus et rj. Eramusq; naturâ filij ire, ut etiam reliquj.

Itaq; tametsi fateantur fres Northollandj, Deum neminem damnare nisi propter peccata, ideoq; ab eterno non decrevisse aliquem damnare nisi propter peccatum (quod enim et sicut ab eterno decrevit, id quoq; et sic ut decrevit in tempore exequitur) negant tamen antecedaneam infidelitatem et in ea perseverantiam aut peccata seu originale seu actualia, que Deus futura previdit, causam ee cur eos hoes Deus non elegerit, quos propter peccatum iuste damnat, quum alia sit causa non-electionis, seu pretitionis, alia damnationis.

Conclusio generalis iudicij de 1° Remonstrantt Articulo.

Hunius enim unica et sola est peccatum, illius vero sola Dei Voluntas, seu Eudokia uti ex supra citatis S. S. testimonijs manifestum est.

Falsum igitur sit oportet, quod Remonst. docent, solam et unicam causam, cur Deus quibusdam hominibus Evangelium annunciarj curet, quibusdam non curet, hos ꝑ illud vocet ad Salutem, illos non vocet, his media ad salutem necessaria conferat, illis non conferat, ec aliquid latens in hominibus, propter quod hi Evangelio sint prorsus indigni, illj gratiosa quadam Dei estimatione, propter cõmunionis gratiæ meliorem usum, digniores qui ulteriore gratia donentur.

Concludunt itaq; Fr. N. Hollandj. Primum hunc Articulum Remonst. prout iacet non continere totam et integram Predestinationis Doctrinã et secundum Rem. Sententiam, ex ipsa Hag. Coll. ipsorum passim editis scriptis, et exhibitis Synodo huic Thesibus expositam, complecti doctrinã cum S.S. Dei Verbo pugnantem, i. falsam, hereticam, impiam, pietatj salutiq; hominum summè noxiam, Dei vero gloriæ maximè iniuriam in Ecclesys ex Dei Verbo Reformatis minime ferendam: Contra vero, quã huic opposuerũt Verbo Dei consentaneam, id est, Veram, Orthodoxam piam, in Ecclesys et Scholis reformatis retinendam, docendam publicè. Docerj enim debent, quæ Verbo suo Deus Ecclesys revelavit, etsi longè captum humanum excedant, imo humanj rationj repugnent. Omnis enim Scriptura divinitus inspirata est utilis et cf. 2. ad Thim. 3. V. 16. Dummodo id fiat sobriè solidè et prudenter. Stultè enim, curiosè et incondite quæstiones, ad Christianam institutionem ineptæ, cum ab alys, tum ab hoc presertim doctrinæ Christianæ capite facessere debent.

Sessio 69. Die Lunæ 28 January. post merid.

Dissertatio D. Ab. Sculteti de certitudine sensu et fructu electionis in hac Vita.

D. Abrahamus Sculteti, graviter et strenuè dixit de certitudine, fructu, et sensu Electionis in hac Vita, solidisq; rationibus et scripturæ testimonijs, itemq; exemplis singula probavit, firmavit, et ad usum accommodavit.

Sessio 70. Die Martis 29 January. p. m.

Dissertatio D. Henr. Altingij de Reprobatione.

Dixit D. Henricus Altingius de Reprobatione, egitq; primo, de definitione reprobationis eamq; explicavit, Secundo de actibus Dei in reprobando, Tertio de ijs quæ reprobationem sequuntur.

Absolutis itaq; hisce exercitijs circa primum articulum dixit D. Præses progrediendum nunc ẽ ad Art. 2. Die Veneris proxima discendum ẽ de universalj gratia: proposuitq; has 2 questiones.

1° An Deus morte filij suj, intenderit salutem omnium et singulorum simm.

2 An impetratio et applicatio beneficiorum mortis Chri eque late pateant, quarum priorem ꝑtractandam demandavit D. Gualtero Balcanquallo, posteriorem vero D. Georgio Cruciger Prof. Hasso.

Sessio 71. Die Mercurij. 30 January. p. m. S. 4.

D. Præses motus interpellationibus, et privatis quorundam consilijs rogarit tam D. Delegatos quam totam Synodum, an ordo et modus

Ordo in Examine et iudicio Doctrinę Remonstr. hactenus observatus denuò per occasionem approbatus tam a fratr. Nordhollandis,

hactenus observatus in examine et iudicio doctrinę Remonstrantium observatus placeat, atq; in posterum etiamnum observandus sit, an vero ab eo ad orales deliberationes sit recedendum.

D. D. Delegati voluerunt prius audire Sententiam Synodicam antequam suam pronunciarent.

Dixerunt ergo Fr. Synodici suas sententias, inter quas Fr. Nord-Hollandorum hęc fuit.

A statuto et approbato ordine, nisi ob causas gravissimas recedendum non est, quas nec hic videre potuimus, nec ab alijs professis audivimus.

Pria vero ex istis deliberationibus oralibus, nostro iudicio sequentur incommoda.

Primum est, negotium isthuc modo diu fore detrahendum, tum multitudine suffragiorum, tum crebra repetitione eorum quę antè dicta fuerunt, tum etiam non necessaria extra propositas quęstiones extravagatione, ut in alijs questionibus non dogmaticis accidisse experti sumus.

Secundum. Timendum est, ne aliquis reperiantur, qui vel quęstiones propositas non recte satis intelligant. Vel ad eas non satis commodè ex tempore respondere queant.

Tertium est, iterum debere fieri, quidquid hactenus secundum iam constitutam morem de primo Art. actum fuit.

Scrupulos si quis habet, poterit eos, in deliberationib. collegialibus cum collegis suis communicare, a quibus si non satisfiet sibi videbit facta est illi iam constituto ordine libertas eos D. Presidi explicandi et p. ipsius R. huius Synodi iudicium de ijs exquirendi.

Deinde interrogandum an quis velitationibus D. Professorum habeat addere, poterit quilibet, si quid amplius velit vel discuti, vel sibi enodari publicè proponere.

Scripta Rem. satis examinata videntur, cum ex ijs D. Preses sententiam Remonst. fideliter extitam ex tis articulis nobis proposuit et dictavit. quibus examinatis et cum ijsis Rem. Scriptis collatis eorum doctrina satis bene expressam ab hac Synodo iudicatum fuit.

Quibus benè perpensis, Ordini constituto a tota Synodo legitimè approbato et cum fructu hucusq; observato inhęrendum ęe censemus.

Et potiore parte Synodi qp a D. Delegatis.

Atq; hoc potioribus suffragijs placuit. Cui etiam D. Delegati calculum suum adjecerunt.

Sessio 72. Die Jovis. 31 January. p.m.

Contractiores Theses de 2°. Artic. Remonstrantium dictate a D. Preside.

D. Preses theses de 2° Articulo antea a se dictatas, i°. in duas. deinde in unam contraxit, ut eo commodius de articulo isto possit iudicari.

Quęsivitq; an thesibus istis prolixioribus mens remonstrantium videatur satis fideliter expressa. Dixerunt sententias suas Theologi Extenj, usq; ad D. Crocium.

Sessio 73. Die Veneris 1ª. February. p.m.

Dissertatio D. Balcanquallj de intentione Patris, Filium in mortem tradentis.

Disseruit D. Balcanquallus, de questione: An intentio Patris, filium in mortem tradentis et filij mortem subeuntis fuerit, omnibus et singulis hominibus, indiscriminatim salutem conferre,

cum —

Caius negativam tam respectu Patris qꝫ filij, solidissimis rationibus probavit, argumentatibusqꝫ remonst.ⁿ contrarias, cum eorum exceptionib' doctissimè refutavit.

Dissertatio D. Crucigeri de impetratione et applicatione beneficiorum mortis Christi.

Deinde disseruit D. Crucigerus de impetratione et applicatione beneficiorum mortis Christi, Et varia Scripturæ loca, quæ Remonst. pro sua sententia adducunt egregiè explicavit et vindicavit.

Rogavit D. Præses D. Steynium, ut proximè dicat de distinctione gratiæ in resistibilem et irresistibilem.

Sessio 74. Die Lunæ. 4ª February.

Litteræ Jo. Schutteri Past. Campen. una cum Vosculio coll[e]ga citati.

Prælectæ sunt Litteræ Jo. Schutteri. Past. Campen.ⁱˢ una cum Voscullio temptoriè citatj, quibus se excusabat, quo minùs adtempus præstitutum propter adversam valetudinem possit apparere petebatqꝫ ut Synodus acquiesceat ipsi quæ adversus se in Synodo Provincali acta ac transacta erant, De quibus se revocabat ad testimonium D. Joan: Langij: et adiuncto Libello, quij plenissimis certis doctrinam suam continebat, rogabat concedi sibi liberatem doctrinam illam publicè proponendj, utpote quam judicaret sufficientem et ædificationi idoneam: Si tamen omnino veniendum esset pollicebatur se datorum operam ut q se itinerj, et expertum, cum quid p valetudinem posset.

Deputatio ad concinmonda quædam Scripta Synodalia &c.

Quia vero D. Præs. intellexerat, brevi adfuturos duos Consules vel Seniores Campenses, ut pro Scultero et forte etiam pro Voscullio apud Synodum agerent, placuit negotium hoc differri donec illi advenissent.

Proposuit D. Præs. an non consultum sit deputare quosdam, qui conscribant.

1 Scriptum didacticum provaritate Doctrinæ Orthodoxæ de prædestinatione et &c.

1º Scriptum aliquod Didacticum populare et solidum, idiomate Latino et Belgico, pro veritate Doctrinæ Orthodoxæ, edendum authoritate publica et Synodj, De prædestinatione cum annexis.

2. Scriptum elenchticum contrarium Doctrinæ Remonstr.

2º Scriptum aliquod Elenchticum, quo termini Remonstrant explicentur, eorumqꝫ Argumenta refutentur, concinmandum — statim post formatum judicium Synodicum et constitutos canones de 5 famosis articulis, et non nisi necessitate urgente edendum.

3. Historia de ortu et progressu motuum Ecclesiasticorum in Belgio.

3º Historiam quandam de Ortu et progressu motuum Ecclesiasticorum in Belgio, opponendam narrationi, et narrationi Episcopij parùm fidæ, initio in hac Synodo habitæ, et aliis Rem. Scriptis.

4 Examen considerationum Rem. in Confessionem Belgicam.

4º! Examen considerationum Remont. Exhibitarum in confessionem Belgicam

Quæ propositio cum approbata esset, nominavit D. Præses ex placito D. Delegatorum et consensu Synodj consiliiqꝫ assessorum ad primum scriptum concinmandum, D. Ant. Walæum. D. J. Triglandium, et D. God. Udemannum, qui utentur Consilio et Judicio. D. Episc. Landavensis. D. Abr. Scultetj, D. Jo. Jacobj Breytingerj et D. Jo. Deodatj.

Ad Secundum. D. Prof. Belgicos. D. Poliandrum, Sybrand. D. Comarum et Thysium, quj utentur opera et consilio D. Davenat D. Altingy, et D. Martiny. Bremens.

Ad 3^um. D. Joannem de Laet, quj ut etiz opera et consilio D. Festy, cuj etiam Fratres Sutholl. Northoll. Gelrj, Transisanj suppeditabunt sua quę habent memorialia.

Ad 4^m. D. Elbard. Menium, D. Balth. Lydium, D. Ab. a Dorestat.

§ Examen considerationum Rem. in Catechesin.

Fecit quoq; mentionem D. Pr^e. Considerationum in catechesin dixitq; D^s. Pp^s Palatinos examen earum in se recepisse.

C. Histor. de actionibus Synodicis cum citatis Remonstrantib^s.

Præterea mentionem fecit historica narrationis de actionibus Synodicis cum citatis Remonst^s, eorumq; in hac Synodo actis et gestis, qua demonstretur, ob quas rationes iustissimè sint dimissi quibusq; fundamentis censura Ecclesiastica contra ipsos exercenda limititur: Et significavit D. Scultetum et D. Triglandium, rogatu suo hoc opus in se recepisse, eiq; efficiendo iam adlaborare.

Sessio 75. Die Martis. 5 Februarij.

Explicatio mentis D. Gesinj et D. Pareij de sufficientiâ et efficaciâ mortis Christi.

Progressus est D. Præses in rogatione sententiarum, de dictatis Thesib. ad 2^um Articulum Rem^m. Dixerunt q; D. Crocius, Theol. Embdanj et Professores Belgæ.

Ex occasione eorum q; D. Crocius observaverat et proposuerat circa questionem an impetratio et applicatio beneficiorum mortis Chr̄j ęquè latè pateant, allegans certa quędam verba ex D. Gesino et D. Pareo, de sufficientia et efficacia mortis Chr̄i. Declararunt D. Scultetus et D. Altingius mentem D. Palatinorum et imprimis D. Pareij hanc esse, sc. Si mors Chr̄i in se spectetur, dignitatem et sufficientiam eius ēe tantam, ut potuisset vel omnibus hominibus et singulis redimendis sufficere, sed si virtus et efficacia eius spectetur, illam ex decreto et intentione Dei in electos emanare tantū ad electos.

Sessio 76. Die Mercurij. 6^a Febr.

Dissertatio D. Pauli Steynij de gratiâ resistibilj, irresistibilj.

Dixit D. Steynius de gratia resistibilj, irresistibilj: ac primo explicatis terminis, tam gratiæ quam resistibilitatis et irresistibilitatis (quibus Vocibus vix latinis Remonst^s sententię suę fœditatem tegere, et sententię Orthodoxę invidiam conflare conantur) et considerato diverso hominis cui resistentia tribuitur statu, proposuit distinctis quibusdam Thesibus Sententiam Ecclesiarum Reformatarum, quam rationibus et S. Scripturę testimonijs probavit. erga contrariam sententiam Rem^m. quam rejecit et refutavit.

Deinde dixerunt Sententias suas de dictatis Thesib. ad 2^um Articulum Theologi Gelrj. et ex Zuytbollandis D. Balth. Lydius.

Sessio 77. Die Jovis 7^a Februarij.

Dixerunt reliqui Pp^s Domestici sententias de dictatis Thesibus ad secundum Articulum: suntq; illę communibus suffragijs, pauculis verbis additis et mutatis probatę.

Dom.

D. Sebastianus Beckius Prof. Basiliens. rogatus est, ut velit proxime examinare rationes Remonstrantium, quibus conantur probare gratiam ree: nerantem ēe resistibilem.

Remonst. citatj exhibuerunt volumē 200 et amplius fol. continens probationem sententię suę de Art: 1. et exagitationem Sent: Orthodoxę.

Significavit D. Preses Status Rem. nuper a D. Delegatis iussos, ut intra 14 dies scripto exhibeant, quicquid amplius haberent, ad explicationem et defensionem doctrinę suæ de 5 Artic: præter ea quę iam exhibuerant Synodo, et publicis scriptis explicaverant termino quij præfixus erat iam elapso, exhibuisse tantum probationem articulj primj comprehensam grandi Volumine 200 et amplius fol. et permixtam exagitationę sententia orthodoxæ satis aegrę. Sic ut quisque folys solummodo declarent sententiam suam, in reliqus vero dilabantur ad exagitationem sententię contrariæ. Eos quidem attigisse Art: 2um. sed parum ēe quod consignarant. Ac propterea illis a D. Delegatis præmonetum ēe ut quod restat intra octidiuum parent.

Judicium Fr. Northolland. de 2o Rem Articulo.

Monitj sunt Frs Synodicj, ut exhibeant collegialia sua iudicia de articulo 2o. Q. Judicium autem Frum Noortbollandorum hoc fuit.

Articulus Secundus Remont. sic ad verbum habet: Proinde Jesus Chs, pro omnibus et singulis mortuus est et c.

Duo autem sunt quę hoc articulo asseruntur quę singula distincte venient consideranda.

Primum est: Chm pro omnibus et singulis hominibus mortuum esse ysq; ꝙ mortem crucis, reconciliationem cum Deo et remissionē peccatorum impetrasse.

Alterum. reconciliationem istam, et remissionem peccatorum omnibus et singulis impetratam, non omnibus ac singulis applicarj, sed tantū fidelibus.

Utrumq; Heterodoxon et S. literis contrarium fratres Northollandj indicant.

De Primo.

Sed pro multis qui electi sunt.

Nam primum quod attinet, nusq; scriptura sic loquitur, Chm esse mortuum pro oībus ac singulis hōibus. Pro omnibus mortuum ēe alicubj dicit, pro singulis nusq;. Nec ex eo quod pro oībus mortuum affirmat concludendum est pro singulis mortuum ēe. Aliud enim est, pro omnibus mori, aliud pro singulis: pro singulis qui moritur, pro oībus moriatur necesse est: Sed non contra. Sanarunt Apostoli omnem morbum, sed non singulos. Scribę et Pharisej decimabant omnē olus, sed non singula olera et c. Quivis morbj, seu oīa morborum genera, quodvis olus, seu omne genus olerum, non singula generum significantur. Hoc sensu scriptura dicit, Chm pro oībus mortuum, id est pro quibusvis, sine differentię Judeorum, gentium, hujus vel illius linguę, populj, nationis et c. Mortuum igitur dicit Chm pro oībus, nempē pro Electis oībus, ex omnium hominum genere, ut liquet ex Apoc. 5. V. 9. ubi Senes canticum novum dicuntur cecinisse agno dicentes. Dignus es qui accipias librum, et aperias signa eius, quoniam mactatus es, et redimisti nos Deo per sanguinem tuum ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione.

Hinc est quod eadem scriptura sine ulla sui contradictione alibi passim dicat, Chm mortuum ēe pro multis. Esa: 53. V. 12. Matth 20. V. 28. Mar. 9. V. 45. Filius hōis venit ut daret animam suam redemptionis pretium pro multis. Matth 26. V. 28. Hoc est sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Heb. 9. V. 28. Chs semel oblatus, ut multorum peccata tolleret. manifestē indicans per omnes non singulos intelligi.

Quinam vero illi multi sint, declaratur sequentibus scripturæ locis. Matth. 1. V. 21. Ipse enim servabit populum suum ex peccatis ipsorum. Joan. 10. V. 15. Animam meam pono pro ovibus. Joan 17. V. 2. Dedisti ei autoritatem in omnem carnem, ut quodquot dedisti ei, det ipsis Vitam æternam. Joan 11. Vs. 51. et 52. Fore ut Jesus moreretur, non tantum pro ea gente, sed ut filios Dei dispersos congeret in unum. Act. 20. V. 28. Ecclesiam Dei quam proprio illo sanguine acquisivit. Rom: 8. V. 33. 34. Quis intentabit crimina adversus Electos Dei? Deus est is qui justificat. Quis est qui condemnet? Chs est is qui mortuus est. Eph. 5. V. 23. Chs est qui salutem dat corpori. Vers. 25. Chs dilexit Ecclesiam, et tradidit semetipsum pro eâ. Hebr. 10. V. 14. Unica oblatione consecravit in perpetuum eos qui sanctificantur. Tit. 2. V. 14. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, et purificaret sibiipsi populum peculiarem.

Pro iis igitur quos dedit ei Pater, pro ovibus suis, Populo suo et grmde peculiari, pro Ecclesia sua, corpore suo, filiis Dei, pro iis qui sanctificantur est Chs. Ii autem sunt Electi: pro quibus omnibus, solis, singulis, sive ante mortem, in ipsa morte, post mortem Chi, incrue peractam vixerunt olim, nunc vivunt, et victuri sunt adusq; finem mundi, mortuus est.

Pro omnibus, ut Joan: 17: V. 2. Sicut dedisti illi potestatem in omnem carnem, ut quotquot dedisti ei det eis Vitam æternam. Joan. 6. V. 39. Hæc est Voluntas eius qui misit me Patris, ut quicquid mihi dederit non perdam ex eo, sed suscitem illud novissimo die. Joan. 17. V. 12. Quos dedisti mihi ego custodivi, et nemo ex iis periit.

Ac proinde pro omnibus.

Pro solis. Joan 17. V. 6. Patefeci hominibus nomen tuum, quos dedisti mihi e mundo. V. 9. Ego pro iis rogo, non pro mundo rogo.

Solis.

Pro singulis. Rom 10. V. 9. Si confessus fueris ore tuo Dnm Jesum et credideris in corde tuo, quod Deus eum excitavit a mortuis, servaberis. Col. ij. V. 20. Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

Singulis Electis.

Pro iis qui fuerunt, sunt, et erunt, Act. 15. V. 11. Per gratiam Dni J. Chi, credimus nos servatum iri, quemadmodum et illos. Heb. 13. V. 8. J. Chs heri, et hodie idem est et in secula. Apoc. 13. V. 8. Et adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum non sunt scripta nomina in libro Vitæ agni illius, mactati a iactis mundi fundamentis.

Qui fuerunt, sunt et erunt.

Quantumvis igitur mors Chi in sese considerata eius sit dignitatis et pretij, ut sufficiens ea possit tutum redimendis ovibus et singulis hominibus, ex iis tamen testimonijs quæ adduximus constare potest, Chm non pro aliis quam Electis mortuum ea. Estq; hoc certissimum: pro quibus Chs non oravit, pro iis quoq; mortuus non est. Oblatio enim et intercessio, individuo nexu cohærent. Non oravit autem pro omnibus et singulis. Non enim oravit pro mundo. Non igitur pro omnibus et singulis mortuus est.

Inde sequitur.

Falsissimum ea, Christum, non pro Electis tantum sed pro omnibus et singulis hominibus, id est etiam pro reprobis et iis qui pereunt mortuum ea.

Contra Verissimum J. Chm mortuum ea pro ovibus et solis Electis, quos ei Pater redimendos dedit.

Atque

Intentionem quoq3 nec Patris nec Filij fuisse, omnes et singulos hoīes ꝑ. mortem Chīj ex equo seruare.

Atqui falsum est quod Remonstr. de intentione tradunt: Videlicet intentionē Patris filium suum, in mortem tradentis, et Filij mortem obeuntis fuisse oēs et singulos hoīes ꝑ. eandem ex equo seruare, etsi res ꝑ. multorum culpā aliter eueniret.

Nam si hæc fuisset Patris et Filij intentio, pro oībus et singulis mortj Chīm oportuisset. Atqui iam pluribus S. Scripturæ testimonijs probatum est, Chīm eē mortuum, non pro singulis, sed pro multis, pro populo suo, oribus suis, filijs Dej, Electis. Ecclesia sua et cꝛ.

Ex quo sequitur, hanc quoq3 fuisse Patris filium suum tradentis, et Filij mortem obeuntis intentionem, ut eosdem, non alios seruaret.

Et hanc solam fuisse Patris simul et Filij intentionem, expressè testatur Scriptura. Joan. 11. V. 51. et 52. Prophetavit Caiphas et cꝛ. Fore ut Jesus moreretur, non tantum pro ea gente, sed ut filios Dej dis: persos congeret in unum. Galat. 1. V. 4. Dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos ex presenti sæculo malo, secundum Voluntatem Dej et Patris nostri. Eph. 5. V. 26. Exposuit seipsum pro Ecclesiâ ut eam sanctificaret, ut sisteret eam sibi gloriosam. Joan: 3. V. 16. Dedit filium suum unigenitum, ut omnis qui credit. et cꝛ. Joan. 17. V. 19. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi Sanctificati ꝑ. Veritate. Tit. 2 V. 14. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos et cꝛ. 1. Pet. 1. V. 20. et 21. Præordinati quidem ante iacta mundi fundamenta, patefacti vero ultimis temporibus propter vos, qui ꝑ. eum creditis Deo.

Deinde, si intentio Dej Patris, filium in mortem tradentis, et Filij mortem obeuntis fuerit omnes et singulos ꝑ. mortem crucis seruare, necesse est ut omnes seruentur. Quia consilium Dej non potest irritum fieri, prout patet ex Esa: 46. V. 10. Et fusius probatum est ad Actic: primum. Atqui non omnes seruantur, Ergo: et cꝛ.

Quinimo contradicunt hic Remonstrantes sibimet, quoties asserunt, Deum destinasse Chīm in mediatorem ante certam Voluntatem et intentionem quenquam salvandj, et quum nihil adhuc statuisset de conditione, sub qua homines seruare vellet: tùm ut impetrationi iam prestitæ ꝑ. acta sua dignitas, necessitas, atq; utilitas abundè constare potuerit, etiamsi impetrata redemptio nullj individuo unquam applicata fuisset, hoc est, etiamsi nullus unqꝫ actu sive reipsa seruaretur. Simul enim hæc duo stare non possunt: intentionem Dej Patris filium suum in mortem tradentis, fuisse omnibus et singulis salutem conferre, propter mortis filij sui pretium: et, Deum destinasse Chīm in mediatorem ante certam Voluntatem et intentionem quemq; salvandj.

Utrumq; igitur falsum est, et se mutuo destruens, hanc fuisse intentionem Dej Patris, filium suum in mortem tradentis, et Filij mortem obeuntis, ut omnes et singulos homines seruaret.

Et, Deum destinasse Chīm in mediatorem ante certam Voluntatem ac intentionem quemquam salvandj.

Contra Verissimum eē, ex sacris Literis ostensum est, intentionem Dej Patris, et Filij fuisse solos Electos seruare.

Et, Deum destinasse Chīm in mediatorem cum certa Voluntate et intentione seruandj Electos suos: quem finem quoq; est assecutus et Pater et Filius.

Neq; enim irritum fieri potuit Dej consilium (Esa. 46.) aut fallj ipsa sapientia. Neq; Sapientiæ Dej summe consentaneum, permittere, ut

ut in re presertim tanta, qualis est traditio Filij sui in mortem, et redemptionis opus, aliquid fiat temerè et absq; certa intentione ac consilio.

Pretezea Chr̄m morte sua Deo Patrj possibilitatem et velleitatem N. fœderis cum hominib⁹ ineundj non impetrasse, sed longè alia et prestantiora beneficia Electis suis acquisivisse.

Neq; hic iuvat Rem⁹. quod asserunt per Chr̄j mortem quandam possibilitatem et velleitatem impetratam Deo Patrj, qua potuit velle cum hominibus nullum aliquod fœdus inire sub quacunq; ipsi visum eet conditione. Nam tantum abest, ut hoc suo invento doctrinę snę absurditatem pallient ac tegant. ut contra eum magis eius falsitatem et foeditatem prodant et fralam faciant. Etenim, ut scriptura passim testatur, longe alia et prestantiora beneficia Chr̄s morte sua acquisivit. nimirum veram et realem cum Deo reconciliationem, remissionem peccatorum, Adoptionem in filios Dei, ius hereditatis Vitę eternę adeoq; omnes illas benedictiones spirituales, quarum author et fons nobis a Patre constitutus est, ut Apost. docet, ad Eph. 1. et passim ex tota scriptura constat, ac in Secunda parte latiùs demonstrabitur.

Quinimo hoc suo falsissimo commento sibimet non constant recedentes ab hoc ipso articulo, quo asserunt Chr̄m ipsam reconciliationem et remissionem peccatorem per mortem ceteris acquisivisse, no autem ius aliquod possibilitatis aut Velleitatis quo possit Deus velle cum hominibus fœdus inire, idq; sub quacunq; conditione vel fidei vel operum.

Quę omnia ut figmenta cerebrj humanj, quum a Dei Verbo longissimè recedant. imo directè cum eo pugnent Fr̄s Nortbollandj ut falsissima reiciunt et detestantur.

De Secundo.

2. Non nisi fideles reconciliationis cum Deo et remissionis peccatorum & mortem Chr̄j impetratę fieri participes: et applicationem propriam finem ac fructum ēt impetrationis.

In secundo membro asserunt Rem⁹. omnibus quidem et singulis hominibus reconciliationem cum Deo, et remissionem peccatorum impetratā Verum non omnibus ac singulis sed tantum fidelibus applicarj. De quo sic iudicant Fr̄s Nortbollandj.

Falsum esse et S. Literis dissentaneum. Non omnes fidei reconciliationis cum Deo per mortem Chr̄i impetratæ et remissionis peccatorū participes, quibus Chr̄s eam impetravit: et applicationem non fuisse impetrationis propriam finem, aut finem a Deo propriè intentum.

Contra, Verum ēt, et S. Literis consentaneum, non nisi fideles i. solos fideles reconciliationis cum Deo per mortem Chr̄j impetratæ et remissionis peccatorum fidei participes: Et impetrationis propriam ^finem et^ fructum esse applicationem

Docet enim scriptura aperte, impetrationem et applicationem æquè late patere, pari passu incedere, et omnibus ac singulis applicarj reconciliationem quibus Chr̄s eam impetravit i. solis fidelibus: Et hunc finem a Deo propriè fuisse intentum. Esai. 53. V. 10. Cum posuerit pro delicto animam suam videbit semen, prolongabit dies, et voluntas Domini in manum eius prosperabitur, V. 11. propter laborem animę snę satiabitur, et in scientia sua iustificabit servus meus iustus multos, quia iniquitates ipsorum ipse bajulabit Matth. 10. V. 16: Venit filius hujus ut servet quod fuerat. Jo. 6 V. 33. Panis ille Dei is est qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo, et panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Rom. 3. 24 V. per redemptionem factam in J. Chr̄o. V. 25. Quem proposuit Deus ut ēst propitiatorium per fidem in sanguine ipsius. Rom. 8. V. 34. Quis est qui condemnet. Chr̄s is est qui mortuus est. 1 Cor. 1. V. 30. Chr̄s factus est nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio et redemptio. 2 Cor. 5. 15. —

Si unus pro oibus mortuus, nempe oes fuerunt mortui, et ille pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. V. 10. Hec omnia fiunt ex Deo qui reconciliavit nos sibi p. C. Christum, V. 19. nempe, quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum. V. 21. Fecit enim ut qui non novit peccatum, pro nobis peccatum esset, ut nos efficeremur iustitia Dei in eo. Gal. 3. 13. Chs nos redemit ab execratione Legis, dum pro nobis factus est execratio V. 14. Vt in gentibus benedictio Abrahae fieret in C. Jesu. Gal. 4. 4. Factus ex muliere, factus Legi obnoxius V. 5. Vt eos qui Legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptionem acciperemus. Eph. 1. 7. In quo habemus redemptionem p. Sanguinem ipsius V. 9. et 13. Eph. 2. 13. At nunc in Chro Jesu vos qui olim eratis procul pro=pinqui facti estis p. Sanguinem Chri. V. 14. Ipse enim est pax nostra et 15. Colos. 1. 13. Liberavit nos a potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij sui dilecti. V. 14. in quo habemus redemptionem et rf. V. 19. Quoniam in eo placuit Patri, ut omnis plenitudo inhabitaret V. 20. Et pace p. Sanguinem crucis eius facta per eum reconciliare omnia sibi, tum qb in terra tum qnq in coelis V. 21. Itaqb vos quondam alienatos nunc reconciliavit et rf. Heb. 2. 10. Decebat enim ut ipse propter quem hec oia et per quem hec oia multos filios in gloriam adducendo, principem salutis ipsorum p. afflictiones consummaret. V. 14. Ut per mortem aboleret eum qui mortis imperium habet. Hoc est Diabolum V. 15. Et liberos redderet quotquot metu mortis per omne Vitam obnoxij erant servitutj. Heb. 9. 12. Per proprium sanguinem ingressus est semel in sacrarium, aeternum redemptionem nactus, V. 14. quanto magis sanguis Chri, purgabit conscientiam Vestram a mortuis operibus, ut servialis Deo Vivo. V. 15. Itaqb ob id novi foederis mediator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earum prevaricationum que fuerant superiore Testamento, vocati promissionem accipiant eternae hereditatis. Heb. 10. 10. Qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis J. Chri semel factam V. 14. Vnica enim oblatione consecravit in perfectum eos, qui sanctificantur. Imo plenel hoc totum absolvit et integre scopus eorum quae ab Apostolo duobus illis capitibus ad Heb. tractantur. 1. Pet. 1. V. 18. Redempti ex Vana Vestra conversatione V. 19. pretioso sanguine agni immaculati et incontaminati Christi.

Hae scripturae loca, quum non de impetratione salutis tantum, sed de salute ipsa vel actu salvandi agant, sequitur non impetrationem modam, sed applicationem salutis et salutem ipsam, scopum et finem fuisse quem Deus propositum habuit, tam in missione, qua in traditione Chri: aperte qb designatur ipsam remissionem peccatorum liberationem ab execratione Legis et potestate tenebrarum, iustificationem, sanctificationem, translationem in regnum filij Dei, adductionem in gloriam, denique Vitam eternam et propriam finem impetrationis, et fructum ab eadem individuo et indissolubili nexu dependentem, itaut quibuscunqb hec morte sua Chs mediator impetravit, eosdem ortus et solis, ea Pater applicet. Nec potest ulla rationis specie, vel probabilitatis colore, applicatio hec ab impetratione separari: Ex iure enim impetrationis eos alignavit eius propria, cui impetrata est: Quam largitio vel concessio rei impetratae impetrationem non comitetur solum, sed eam quoq efficiat et constituat. Alias certe impetratio dici aut esse non posset.

Applicationem enim ab impetratione non posse separari.

Hoc postrum dogma de voluntate impetrandi absoluta et applicandi conditionata.

Inde et hoc sequitur merum et humani ingenij et otiosi cerebri figmentum, quod Remonst. de voluntate impetrandi absoluta et applicandi conditionata solent nugari. Etenim statuta absoluta voluntate impetrandi necesse est voluntatem applicandi absolutam quoq esse. Nec iuvat eos ut hoc suum comentum de separatione applicationis ab impetratione magis confirment patientqb, mortem et oblationem Christi

a resurrectione ipsius et intercessione divellere quod solent, dicentes Chm sese obtulisse et mortuum esse pro omnibus in universum hominibus, resurrexisse autem et intercedere pro solis fidelibus, nam id quoq falsum iudicant Fres Northollandj.

Qui contra statuunt, Chrj mortem et oblationem a resurrectione et intercessione nullo unqm modo et tempore separarj posse: tamqm mortis quam resurrectionis et intercessionis Chrj beneficia eqs late patere, atqm ad solos electos et fideles pertinere.

Quod liquet ex ys S. Scripturæ testimonys, quæ morte et resurrectionem Chrj coniungunt: ut Joan 17. V. 9. Ego pro ys rogo, non pro mundo rogo sed pro ys quos dedisti mihi. V. 19. Et pro ys ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati ꝑ. Veritatem. Rom 4. 24. Excitavit Jesum D. nostrum a mortuis, V. 25. traditum in mortem propter offensas nostras, et excitatum propter justificationem nostrj. Rom. 8. 34. Quis est qui condemnet? Chrs est is qui mortuus est, imo vero qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dexteram Dej, qui etiam postulat pro nobis. Rom. 14. 9. Ad hoc enim Chrs mortuus est et resurrexit, et revixit, ut et mortuis et viventibus dominetur. Heb. 9. 12. Per proprium sanguinem semel est ingressus in sacrarium, eternam redemptione nactus. V. 24. Non enim in manufactum sacrarium ingressus est Chrs, sed in ipsum coelum, ut appareat nunc in conspectu Dej pro nobis V. 26. Sed nunc semel in consummatione seculorum ad abolendum peccatum patefactus est ꝑ hostiam sui ipsius

Sed et hic sibj contrarij sunt Remonstr. Quod enim hic statuunt remissionem peccatorum non omnibus applicarj quibus ea impetrata est non videtur posse consistere cum eo, quod alibj docent, nimirum, Deum universum genus humanum in reconciliationis gratiam assumpsisse, et cum Adamo eiusq posteris fœdus gratiæ iniisse in quo peccatorum omnium remissionem pollicetur, quotquot in illo fœdere perstabunt, ita ut neminem sine intervenientibus peccatis actualibus a spe salutis seclusum in lapsu relinquere decreverit, et proinde nemo a Deo rejectus sit, et ad infernum destinatus, nisi ob proprium suum peccatum, quod omittere potuit. Etenim novum fœdus gratiæ a Deo cum hominibus peccatoribus initj, et peccatum originale eousq ut nemj nem condemnet remittj non potuit absq realj applicatione satisfactionis et meritj Chrj; nisi aliam statuant causam et fontem præter meritum Chrj, unde gratia novi fœderis et peccati originalis remissio proceedant ac profluant.

Quod adeo dissimum et S. Script. contrarium est ex plurimis supra allegatis testimonys constare potest.

Conclusio generalis indicij de 2. Rem. articulo.

Ex quibus omnibus liquere arbitrantur Fres Northollj. hunc 2um Artic. Remonstrantium sive is consideretur prout jacet, sive prout Rems in coll: Hagensj exhib. Thesib. aliisq pnl. editis Scriptis eum exponunt, plurima heterodoxa, aperte falsa, inter se et cum S. Literis ex diametro pugnantia dogmata, Dej gloriæ adversa, pietatj salutiq hom noxia, quæ in Eccles. Refor. et ys præsertim qui Ecclesiastico aliquo munere funguntur tolerarj nullo modo debent, Ut Deo sua gloria, Dej verbo sua Veritas, fidej et pietatj sua integritas intemerata servetur et maneat.

Loco corollarij adjiciunt Fres Northollandj.

Corollarium.

Hunc articulum non suo loco positum, si ordinem Decretorum consideres quæ Remi exercitavit et quam ipsi Remonstr. sequuntur. Collocandus enim erat primo loco, ut forte qui primum ipsorum Decretum continet, Contra vero, primus Articulus vel secundo vel postremo. Sed an non id astute et certo consilio factum sit dubitarj merito potest, ne videlicet videantur ordinem Salutis in scriptura traditum et in Ecclesys reformatis hactenus recte utiliterq observatum invertisse.

Sessio

Sessio 78. Die Veneris. 9 Februarij.

Theses ad artt: 3. 4 Rem. dictatæ a Præside.

Dictavit D. Prs. Theses ad articulos Remonst. 3 et 4.

Monitq; ut singuli cogitent ac proxime dicant, quid velint fieri, de grandi isto Remonstrantium Statorũ Volumine, de quo superiore Sessione mentio facta est.

Sessio 79. Die Lunæ. 11 Febr.

Ventilationes argumentorum a Remonstrantibus pro gratiæ resistibilitate. p. D. Sebastianum Beckium.

D. Beckius argumenta Remonst. illa septem quę ex S. sciptura, pro gratię Divinę resistibilitate in Coll. Hag. adducunt publicè ventilavit et refutavit. eorumq; nervos breviter et solidè incidit.

Decretum Synodicum ac Deputat: de grandi isto citat: Remonst: Volumine nuperimè exhibito.

Prolixissimi illius Voluminis nuperrime a Citatis Rem. exhibiti, folys aliquot prælectis, ut Synodus ex ungue Leonem cognosceret, placuit patribus suffragys Synodicis, Scriptum illud, per deputatos quosdam ee legendum deq; eo p. illos ad Synodum referendum, placuitq; D. Delegatis, ut antemeridianis aliquot sessionibus publice prælegantur ea, quę propriè spectant explicationem et defensionem Sententiæ Remonst. reliqua vero tradantur examinanda certis quibusdam deputatis ex Theol. Exteris et Provincialib. Atq; in illum finem. D. Assessores et Scribæ in se receperunt secretionem eorum, quę doctrinam Remonst. proprię spectant ab alys instituere.

Ex singulis Collegiis singuli audiendis Campensib. deputati

Significavit D. Prs. Deputatis Eccl. Orthodoxæ Campensis advenisse, paratos ad probandas accusationes contra Pastores ibidem Remonst. nuper in hac Syn. institutas: duos autem Pastores citatos Voetium et Schultetum no compărisse, sed ipsorum nomine tria membra Ecclesiæ Remonstrantiæ advenisse, qui habent quod proponant scripto tam Belgico quam Latino.

Estq; constitutum ut ex singulis Collegys unus in crastinam nonam illis audiendis adsit.

Sessio 80. Die Martis 12 Februarij.

Dixerunt sententias suas de Thesib. dictatis ad 3. et 4. Rem: Articulũ, Theologi exteri, usq; ad D. Crocium.

Sessio 81. Die Mercurij. 13 Febr.

Ventilationes 10. illorum Argumentorum quibus Contra Rem. in Coll. Hag: pro gratię regenerantis irresistibilitate utuntur. p. Alstedium.

Dixerunt sententias de supradictis Thesibus reliqui Theologi exteri et ex domesticis D. P. Poliander et D. Sybrandus Lubbertj Professores.

D. Jo: Hen: Alstedius Professor Herbornensis rogatus est ut dicat de Argumentis, quibus Orthodoxi usi sunt in Collat: Hagensi, pro irresistibilitate gratia regenerantis.

Sessio 82. Die Veneris 15 Febr.

Adventus Tahonis ab Aysma.

Significavit D. Præses advenisse in locum demortui Senioris Meynardi ab Itzerda, D. Taconem ab Aysma Seniorem Ecclesiæ in Pebrum ab Ecclesys Frisicis et Oddinibus ad Synodum hanc deputatum. Qui post prælectas et approbatas Litteras credentiales et præstitum iuramentum Synod. pro Legitimo Synodi membro agnitus est.

D. Alstedius decem illa Argumenta, quibus Orthodoxi in Collat: Hag: pro Veritate irresistibilis gratię usi sunt doctissime ventilavit, illorumq; firmitatem consideravit et ab exceptionibus ac replicationibus Remonst. vindicavit.

z exceptionibus.

Prolixum illud Rem. sciptum de quo Sess. 77.

Significavit D. Preses sciptum Rem. illud prolixum, sessionibus aliquot extraordinarijs ex postulatu quorundam Fratrum et placito D. Delegatorum publicè esse prælegendum, eiusq; prælectionem die Lunæ hora nona inchoandam, monuitq; ut qui velint et per otium possint, eo tempore ad audiendum adsint.

Extraordinarijs aliquot Sessionib. publicè prælegendum.

Indicavit quoq; Rem. exhibuisse sciptum aliud satis magnu continens tantum declaratiohem Sententiæ suæ, de 2. 3. 4. et 5. articulis, Jisq; dictum a D. Delegatis, ut si velint probationem eorundem articulorum intra 8tidiu parent.

Novumq; sciptum a Rem exhibit.

Prælecte sunt Literæ excusatoriæ Voseuly et intercessoriæ Consistorij Remo: strantici Campensis, pro citatis suis Pastoribus Voscelio et Scutleto, quibus indicabatur, pastores istos fuisse paratos ad obediendum citationi Synodicæ sed impeditos lachrimis, precibus, obtestationibus populi Campensis, qui omnium simul Pastorum ministerio carere nollet: Et petebatur ut ipsis gratificarentur causam suam p. duos qui hic adsunt Th. Gosuinium, et Ass. Matthisium coram hac Synodo agere.

Literæ excusatoriæ et intercess: soriæ pro Past. Campens. citatis.

Prælecta quoq; est refutatio istius excusationis, facta a Deputatis Ecclesiæ Orthodoxæ, qua ostendebatur ex variis indicijs facilè posse colligi, populum istum a Pastoribus citatis fuisse suborn atum, quo aliquo prætextu compositionem subterfugere et Citationem Synodicam eludere possent. Ac proinde petebatur, ut contumaciæ condemnarentur, et tanq; contemptores ordinis Ecclesiastici Ministerio abdicarentur.

Refutatio istius quæ addncta est excusationis.

Dixit D. Preses observandum ee, literas excusatorias tantum fuisse scriptas a Consistorio Remonstrantico, non autem a magistratu Campensi, uti ante hac ad primam citationem factum erat. Magistratum enim se huic negotio amplius immiscere nolle. Ac proinde rogarit, quid Synodo de hac excusatione et intercessione videatur, monuitq; ut singuli apud se deliberent, et proximè Collegiales sententias, quid de hac contumacia statuendum sit, dicant.

Synodo injunctum ut quisq; de contumacia Past. Campensium deliberet.

Quia vero D. Delegati, utpote in Politicis et Jure Versatissimi et proinde casum contumaciæ optimè intelligentes, rogabantur a D. Præside ut consilio suo huic Synodo velint præire respondernnt: Posse Remonst. Pastores citatos Contumaciæ condemnari non obstantibus rationibus iam prolatis, et pro suspensis a ministerio suo haberi, nisi intra 14 dies post receptionem Literarum huic Synodo se sistant et causam suam presentes agant. se tamen nolle ut consilium hoc suum cedat in præiudicium. Rogatus ē D. Meyerus, ut proximè dicat de perseverantia Sanctorū.

Declaratio D. Delegat. de contuma: cia ista.

Sessio 83. die Lunæ. 18 Februarij.

In causa Pastorum Campensium. peremptoriè citatorum, Synodicis postitiis suffragijs consilium D. Delegat. superiore sessione propositum, ut æquum et ex severitate et lenitate mixtum probavit, ac Pastores citatos Scutletum et Voseulium contumaciæ reos declaravit. et a ministerio suo suspendit, nisi se intra 14 dies presentes sistant. Visumq; fuit D. Delegatis literis Synodicis iam postremo dandis, ad Pastores et dissem Campensem etiam suas adjungere ad Magistratum.

A Synodo potioribus suffragijs approbata.

Sessio 84. Die martis. 19 Febr.

Deputatis Ecclesiæ Campensis Orthodoxæ in concessum admissis, hesterni Decretum de citatis Pastoribus prælectum est, Dixerunt sententias suas de dictatis Thesibus ad 3^m. et 4^m. Actic. D. Gomarus et reliqui Professores domestici

Et deputatis Ecclesiæ Campens. significata.

Sessio 85. Die Mercurij 20. Febr.

D. Wolfgangus Meyerus de perseverantia sanctorum et veri fidelium graviter dixit, tam solidis rationibus ex S. Scriptura petitis confirmavit, et ad argumenta Remonst. breviter respondit.

Dissertatio D. Meyeri de Perseverantia Sanctorum.

Dimisso auditorio rogati sunt fratres Provinciales de Thesibus dictatis ad 3^m. et 4^m actic. dixeruntq; sententias suas, Geldri et Trajectolandi.

Sessio 86. Die Veneris 22 Februarij.

Dissertatiuncula D. Profess. Domesticorū de precipuis Rem: rationibus quas posse: Verantiam. nempe:

D. Reges significavit D. Theodatum, quem privatim rogaverat, ut hac Sessione diceret de Argumentis Contraremonstrantium de Perseverantia sanctorū in Collatione Hagensi adductis, subita aliqua debilitate correptum se excusasse, et petivisse ut haec dissertatio in proximam septimanam differatur.

Rogavit igitur D. Professores Domesticos, ut in usum huius Synodj et ædificationē totius auditorij, breviter et suo quisq; ordine, de precipuis illis rationibus Remons: quibus in Collatione Hagensi contra Perseverantiam fidelium in primo et secundo argumento usi sunt.

D. Poliandrj. D. D. Polyander in genere de his duobus dixit, 1.° Quod doctrina Perseverantiæ pietatj et bonis operibus noxiam eē dicant. 2.° Cum admonitionibus, exhortationibus absq; que pietatis mēdys consistere posse negent, et contrarium eē Verum ex sacrā Scripturā demonstravit.

D. Sybrandj. Deinde D. Doct. Sybrandus, quod nec promissiones nec cōminationes Dej cūm certā perseverantiā consistere posse dicant, doctissimē refutavit.

D. Gomarj. Post hunc D. D. Gomarus ad argumentum desumptum à mandatis metus et timoris graviter respondit.

D. Thysy. D. Thysius huic subsecutus, refutsit argumentum a precibus desumptum quas supervacaneas eē dicunt Remonstrantes, si certa et indubitata sit fidelium perseverantia, et contrarium probavit.

D. Waley. Postremo D. Walæus doctrinam de Perseverantiā, ab illa vulgarj calumniā, quod noxia sit pietatj, et studio bonorum operum repugnet solidissimē vindicavit, et nihil magis quam doctrinam de Perseverantiā hominem fidelem ad pietatem instigare demonstravit.

Judicium fratrum Noortbollandorum, de articulis 3.° et 4.° in quibus de Libero hominis arbitrio et Divinæ gratiæ efficaciā agitur.

Indicium F. Noortbolland. de 3.° Rem. Articulo.

Articulus tertius ad Verbum sic habet: Hominem fidem salutarem a seipso non habere. et cets.

Videntur Remonst.s in hoc 3.° Articulo, si verba ipsa spectes, nullas omnino vires liberj arbitrij ad bonum salutare in homine lapso et non regenito agnoscere, adeò ut si ex animo sincero hæc scripsissent, eos crederes idem prorsus cum orthodoxis sentire. Sed latent hic insidiæ, fide enim agunt non bonā, et speciosis verbis astutè sententiam suam et errores tegunt, quod ex alijs ipsorum passim editis scriptis liquido constat, Docent enim alibj.

Primo de intellectū humano.

Hominem jnregenitum absq; supernaturalj lumine, ea quæ sunt Spiritus Dej non posse perspicere. Hominem modo usū rationis et Judicij polleat, in quovis statū, sine ulla peculiarj immediata vel interna lucis collustratione, sua vj naturalj facilè posse intelligere et percipere omnes scripturæ sensus, quj ad salutem necessarij sunt, fidē, creditū, speratu, vel factū, et intelligentiam hominis non eē inimicitiam adversus Deum, quod falsum eē judicant Fr. Noortbollandj.

Contra autem Verum eē asserunt hominem non regenitum, quamvis naturalis rationis et judicij usū polleat, ita tamen occecatum eē, ut absq; super naturalj lumine et interna collustratione mentis, ea quę sunt Spiritus Dej non possit percipere imo pro stultitiā habeat, et intelligentia eius inimicitia sit adversus Deum. Docet id S. Scriptura.

quod Scriptura docet.

1.° Testando intellectum hōis non regenitj ēe cecum et meras tenebras.

1.° Quoties mentem et intellectum hominis non regeniti, cecum et meras eē tenebras testatur. Sic enim Christus ipse Matth. 6. V. 23: Si Lumen quod est in te tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? Joan: 1. V. 5. Lux ista in tenebris Lucet, sed tenebræ eam non comprehenderūnt Rom 3. V. 11. Non est qui intelligat non est qui exquirat Deum. Rom 8. V. 7. Intelligentia carnis est inimicitia adversus Deum. 1 Corinth. V 2. V. 14. Animalis homo non est capax eorum, quæ sunt Spiritus Dej, sunt enim ei stultitiæ, nec potest ea cognoscere quia spiritualiter diijudicantur.

Eph. 4. V. 17. Sicuti reliqua Gentes Vezsantur in Vanitate mentis sũæ Vs. 18. Cogitationem Habentes obscuzatam et abalienatam a Vita Dej propteꝛ ig: noꝛantiam, quę est in ipsis. Eph. 5. V. 8. Eꝛatis olim tenebꝛæ. 2 Pet. 1. V. 9 Nam cuj hęc non adsunt is cœcus est, nihil pꝛocul ceenens. Apoc. 3. V. 17. Neꝙ nostj te eē miseꝛum et miseꝛabilem, et pauꝛeꝛum et cœcum. et ꝯ.

2. Diccndo, cognitionẽ rerum Spiritualium a Deo et S. S. in mentibus nostris accendj.

Secundo, quoties expressè dicit, cognitionem rerum Spiritualiũm a Deo et Spiritũ S. in mentibus nostris accendj. Matth. 16. V. 17. Respondẽs Jesus dixit ej. Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis hęc non retexit tibj, sed patꝛ meus qui est in cęlis Luc. 24. V 45. Tunc aperuit illoꝛum mentem ut intelligerent Scripturas. Joan. 3. V. 3. Nisi quis fũ: erit genitus denuò, non potest viderc regnum Dej. Joan. 14. V. 26. Consolatoꝛ autem Spiritus S. quem mittet Patꝛ in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeꝛet vobis omnia quę dixj vobis. 1 Corint. 2. V. 9. et 10. Sed pꝛedicamus sicut Scriptum est, quę oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mentem Hominis veneꝛunt, quę pꝛaꝛavit Deus ipsis qui eum diligunt. Nobis autem Deus ea ꝛevelavit peꝛ Spiritum suum, 2 Cor: 4. V. 6. Deus qui dixit ut e tenebris lux splendeꝛet, is est qui splenduit in cordibus nostris ad pꝛebendum Lumen cognitionis in facie J. Chꝛisti. Eph. 1. V. 17. Ut Deus Domini nostꝛi J. Chꝛi, patꝛ illę gloꝛiæ det vobis Spiritum Sapientię et ꝛevelationis p agnitionem ipsius. V. 18. Illuminatis oculis mentis vestꝛę ut sciatis et ꝯ.

3. Inducendo Sanctos Spiritũ ꝛevelationis a Deo, tum pro se tum pro alys petentes.

Tertio, quoties inducit sanctos petentes, tum pro se, tum pro alys, a Deo spiritum ꝛevelationis et Sapientiæ. Psalm. 119. V. 18. Revela oculos meos ut aspiciam mirabilia Legis tuæ X. 27. et 73. Viam pꝛeceptoꝛum tuoꝛum intelligeꝛe fac me. Eph. 1. V. 16. Mentionem vestꝛi facio in pꝛecibus meis V. 17. Ut Deus Domini nostꝛi J. Chꝛi, det vobis Spiritum Sapientiæ et ꝯ. Coloss. 1 V. 9. Ex quo die id audivimus non desinimus pꝛo vobis oꝛaꝛe et peteꝛe ut impleamini bonnj agnitione, Voluntatis eius, cum omni sapientiâ et intelligentia spiritualj.

Secundò de Voluntate Hominis in statũ defectionis peccatj.

Hominem non ꝛegenitum bonis Spiritualibus, tam in Voluntate quam ꝛeliquis animę facultatibus omninò destitutum esse.

Docent Remonstꝛantes Hominem inꝛegenitum, non pꝛoꝛsus spiritualiteꝛ esse moꝛtuum, in moꝛte enim Spiritualj, Spiritualia dona pꝛopꝛiè non sepaꝛaꝛi ab Hominis Voluntate, quippe quę ex se libeꝛa est ad volendum vel bonum vel malum, et ab actione sua tantum vel bona vel mala dicenda est: quam libeꝛtatem ut paꝛtem cꝛeatæ natuꝛæ, et jam post-lapsum in Homine peccatoꝛe ꝛemansisse asseꝛunt. Quod itidem falsum et sacris liteꝛis contꝛarium indicant Noꝛt-Hollandj.

Quod scriptura passim et evidenter docet.

Quj contꝛa Veꝛum eē et S. Liteꝛis consentaneum omninò affiꝛmant, Hominem non ꝛegenitum in peccatis planè eē moꝛtuum, et domi spiritualibus ipsi in cꝛeatione datis, peꝛ lapsum, tam in Voluntate quam ꝛeliquis animę facultatibus omnino destitutum, sic ut Voluntas ipsius libeꝛa non sit ad spirituale bonum, sed tantum et pꝛoꝛsus feꝛatur ad malum, undè non solum ad actione, sed etiam naturâ suâ mala dicenda est. Sic enim docet evidenteꝛ et passim S. Scriptuꝛa Genes. 6. V. 5. Sed Vidit Dominus quod multa malitia Hominis in teꝛꝛâ, et omnis imaginatio cogitationum coꝛdis eius tantum malum omnj die Genes. 8. V 21. Quia cogitatio coꝛdis Hominis mala a pueꝛitiâ suâ. Psalm. 14. & 2-3-4. et Rom. 3. V. 10. 11. 12. Non est justus, nec unus quidem, non est qui intelligat, non est qui exquiꝛat Deum. Omnes deflexeꝛunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est usq; ad unum. et ꝯ. Jeꝛem. 17. V. 9. Fꝛaudulentum coꝛ pꝛę ceteris et pꝛeꝛsum. Matth. 5. V. 9. Ex coꝛde eꝛediuntuꝛ cogitationes malę cędes, adulteꝛia, scoꝛtationes, fuꝛta, falsa testimonia obtꝛectationes et ꝯ. Rom: 8. V. 7. Intelligentia cꝛnis inimicitia est adveꝛsus Deum, legi enim Dej non subyeitur, nam ne potest quidem. Eph. 2. V. 1. Quum essetis moꝛtuj in peccatis V. 2. In quibus olim Veꝛsati estis, ut est vita mundj Huius, secundum Peincipem, cuj potestas est aeris et spiritus nunc ingentis in Hominibus contumacibus. V. 3. Inteꝛ quos et nos omnes conveꝛsatj sumus olim

in—

cupiditatibus carnis nostræ, facientibus quæ carnis et cogitationibus libebant, eramusq; naturâ filij iræ, ut et reliqui. Tit. 3. V. 3. Nam eramus quondam et nos amentes, rebelles, errantes servientes cupiditatibus ac voluptatibus varijs in malitiâ et invidiâ degentes, odiosi, alij alios odio prosequentes.

Quibus in locis, quum cor hominis non regenitj, aperte ea demonstratur ut fraudulentum et perversum, eiusq; imaginationes et cogitationes, ut tantum mala: le imo ex corde omnis generis mala dicantur pervenire, totusq; homo dicatur in peccatis mortuus, in ijs ambulare, Deoq; rebellis et inimicus ee, satis patet voluntatem hominis irregenitj (quæ cordis voce designatur) ad spirituale bonum non esse liberam, sed tantum ad malum naturâ suâ inclinare et ferrj.

magisq; confirmat, cum circumcisionem cordis et conversionem hominis soli Deo adscribit.

Pertinent huc ea etiam scripturæ loca, quæ circumcisionem cordis et conversionem hominis Deo soli asscribunt. ut Deute. 30. V. 6. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, et cor seminis tuj, ad diligendum Dominum Deum tuum. et cf. Esech. 11. V. 19. Dabo eis cor unum, et spiritum novum dabo in interiorj eorum. Joan. 6. V. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum. Colos. 2. V. 11. In quo etiam circumcissi estis circumcisione q3 fit sine manibus. Dum corpus ~~carnis~~ peccato obnoxiæ exuistis per circumcisionē Christi.

et Sanctos renovationē cordis ductum Spiritus et c. a Deo petentes inducit.

Idem quoq; probatur ex eo, quod sancti renovationem cordis, inclinationem animj ad Divinam legem, et ductum Spiritus a Deo petant. Psal. 25. Vers. 4. Fac me ambulare in veritate tua, Psalm. 51. V. 11. Cor mundum crea mihi Deus; et spiritum rectum innova in interiorj meo. Jerem. 31. V. 18. Convertj fac me et convertar. Matt. 6. V. 10. Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua. et cf.

Exceptio Remonstrantium qua sententiam suam de corruptione naturæ humanę conantur quidem palliare.

Ne autem Remonstrantes videri possint, omnem humanæ naturæ cor: ruptionem negare, gratiaq; Dei nullas omnino in conversione hominis par: tes relinquere, sic nonnumquam loqui solent, quasi hominis mentem tene: bris obscuratam, affectusq; depravatos ultrà agnoscerent, atq; inde volun: tatj impedimentum adferre, quominus vires, vel ~~de~~libertatem suam na: turalem exercere posset.

Sed interim sibi et S. Literis contra: dicunt.

Scribunt enim voluntatem libertatis, licet post lapsum in homine rema: serit, ut pars creatæ naturæ, vires tamen suas propter tenebras mentis et affectuum depravationem exercere non posse. Verum hi et sibi et S. Literis contradicunt. Sibi- tum in eo quod alibj intellectum hominis suâ vi natu: turalj sine ulla peculiarj immediatâ, vel interna lucis collustratione pos: se intelligere et percipere, omnes scripturæ sensus ad salutem scitu, creditu speratu vel factu necessarios asserunt: tum in eo quod in hoc tertio articulo ponunt. necessarium ee ut homo p. Spiritum S. regeneretur et renovetur mente, affectibus seu voluntate et omnibus facultatibus: A.

A.

Sacris literis, nam ea aperte testantur, quod et nos credimus. Videlicet corruptionem hominis non regenitj non tantum in intel: lectu et affectibus qui voluntatem impedi: unt, sed etiam in ipsa voluntate sitam ee. ita ut ea etiam in sese, et sua natura, cor: rupta et prava dici debeat. Quod ante ex scripturis evidenter probatum est.

Jam vero illam quam agnoscunt qualemcunq; pravitatem, universalj quadam gratiâ in omnibus ac singulis hominibus corrigi ac aliquatenus tolli asse: runt quando scribunt. Deum omnes homines aliqua vocatione vocare ad salutem, mediaq; ad fidem et conversionem necessaria, omnibus suffici: enter et efficaciter subministrare, usq; potestatem conferre ad mini: stratis mediis recte utendj, ac recto eorum usu, maiorem gratiam et am Evangelij annunciationem consequendj: ita ut unicuiq; hominj usum rati: onis adepto sufficiens aliqua donata sit gratia, tanquam principium aliquod quo caecus humanæ corruptionis admodum sistitur et homo si bene utitur, nec ipse sibj obsit, maiorem gratiam possit adipisci. Id quoq; Nortbollandj indicant ee Hetzevdoxon.

In hoc non regenito non supee ullum ad spirituale vel cognoscendum vel faciendū principium, nullisq; alijs quam electis, me: dia ad salutem sufficientia efficaciter administrarj.

Witenbegard. in Apolog. pag: 50. et 65.

Qui contra verum asserunt. Quod etiamsi in homine post lapsum supersint scintillæ quædam, quibus bonum aliquod naturale, civile, morale, cognoscere et facere possit, itemq; perspicere Deum esse, eumq; amandum et colendum, nō tamē ullum in homine regenito supersit principium ad bonum spirituale vel cognos: cendum vel faciendum, nullisq; alijs a Deo media ad salutem sufficientia effica: citer administrentur, quam electis solis, seu ijs qui reipsa regenerantur.

Sic enim describit Apost. Paulus homines irregenitos Rom. 3. V. 10. 11 et cf. ex psal. 14. et 53. alijsq; locis veteris Testamentj. Non est iustus, ne unus qui: dem, Non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum. Omnes declinarunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat quod bonum est, non est usq; ad unum.

Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis suis ad dolum usj sunt Venenum aspidum sub labijs eorum, Quorum os diris et amaritudine plenum est: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio et calamitas in vijs eorum et viam pacis non cognouerunt: Non est timor Dej coram oculis eorum. Quam descriptionem universalem ēē omnium omninō Hominum prout sunt a natura, patet ex Verbis sequentibus Psal. 13. Scimus quę cunq; lex dicit, ijs qui in lege sunt dicere, ut omne os obturetur et obnoxius fiat totus mundus condemnationj Dej. Et Christus dicit. Joan. 3. v. 6. Quod genitum est ex carne caro est. Quid autem caro hęc significet docet Paulus post Rom. 8. V. 6. 7. 8 cum inquit. Intelligentiam carnis inimicitiam ēē adversus Deum, esse mortem, et non posse Deo placere qui in carne sunt. Cum quo consonat Christi dictum. Joan. 3. V. 3. Hominem non posse videre regnum Dej, nisi fuerit denuō vel superne genitus. Et sanè si secus haberet ut Remonstrantes volunt, non regeneratione Hominis opus esset, sed tantum bono usū communis gratiæ

Preterea assimilat Propheta Esaias Homines iregenitos, noxijs quibusdam et venenatis bestijs. Lupo. Pardo. Leonj, Vipere, Aspidj, Basilisco. Cap. 11. V. 5. 6. et 8. Quibus similitudinibus, corruptionem et statum Hominis ante regenerationis gratiam ad vivum exprimit. Et iam ante ostensum est Hominem ut qui mente est excecatus et voluntate depravatus, totus q; in peccatis mortuus, revera malam ēē arborem: Malam autem arborem non posse bonos fructus ferre, testatur ipse Servator noster Chr̄s. Matth. 7. v. 18. et Luc. 6. V. 43.

Denique quia nihil agit, nec agere potest ultra suum genus, certū est Hominem naturalem, nullam idoneam proportionem habere ad bonum spirituale.

Sequitur Articulus quartus qui
ad Verbum sic habet.

Indicium Fr. Northoll. de 4.° Rem. Articulo.

Hanc Dej gratiam ēē initium, progressum et perfectionem omnis boni atq; id adeo. et 8.

Agit hic articulus de Efficacia gratiæ Dej, in Hominis conversione. Et evidenter quidem Rem.s initio peregregiè de gratia Divina loqui, eiq; amplam in conversione Hominis efficaciam tribuere. Dicunt enim: Gratiam Dej esse initium, progressum et pfectionem omnis boni et 8. Sed revera quod una manu largiuntur altera auferunt. Totum enim illud quod in priore parte huius articuli tam speciosis verbis videntur posuisse altera parte et sub finem prorsus tollunt hac adiecta clausula. Quoad vero modum operationis illius gratiæ illa non est irresistibilis, his enim verbis doctrinam de Gratia Dej ante positam depravant, vires libercj arbitrij stabiliunt, quod ex ipsorum declarationibus manifestum fit.

Gratiam Dej operantis in Homine cum Voluntate et intentione ipsū convertendj non ēē resistibilem.

Sic enim se ipsi passim explicant. Hominem iregenitum gratiæ Dej in eum agentis ad conversionem non modo simpliciter resistere aut resistere posse, Sed eius etiam operationem impedire et superare posse, Imo sepenumero actū ipso impedire et superare, sic ut Homo, Deo in ipso operante cum Voluntate et intentione ipsum convertendj, p. suam resistentiam non convertatur.

Northollandj id non modo falsum, sed et in Deum blasphemum esse iudicant. Et contra ex S. Scriptura statuunt.

Hominem iregenitum, tametsi ex se, et natura sua corrupta, rebellis Deo nihil aut possit aut velit, quam gratiæ Dej resistere, Deo tamen per suam gratiam operante in ipso cum Voluntate et intentione ipsum convertendj, operationē eius nec posse nec velle impedire. Ea enim est gratiæ efficacia in flectendo et subigendo cor et voluntatem Hominis convertendj, ut necessario et infallibiliter convertatur.

Gratia autem hic nobis significat, non externam quandam suasionem moralem quæ extrinsecus tantum invitat, sed vim quandam Divinam et motum misericordiæ Dej, secundum eius propositum æternum, in electorum mente, Voluntate, corde efficacem, quę eadem est cum Vocatione illa interna et efficaci, quam electionis æternæ et gratuitæ effectum et fructum ēē ad articulum primum demonstratum est. Illi externę suasionj resistere posse non negatur. Huic vero internæ gratiæ, etsi corrupta Hominis natura, per se prona est ut resistat, minimè tamen ab Homine convertendo resistitur, vel resisti potest, secundum dicta Scripturę.

Eph. i.

Scriptura enim gvertionē et fidem nr̄m adscribit potentiæ Dei q̄ insuperabilis ē.

Eph. 1. V. 19. Ut sciatis quę sit excellens illa magnitudo potentię ipsius in nobis qui credimus, pro efficacitate roboris ipsius V. 20. Quam exercuit in Chro cum excitavit eum ex mortuis. 2 Thes. 1. V. 11. Precamur semper pro Vobis, ut Vos dignetur ista Vocatione Deus noster, et compleat omnem suę bonitatis gratiū. itam benevolentiam et opus fidei potenter. 2 Pet. 1. V. 3. Cum Divina ipsius vis oīa nobis donavit quę ad Vitam et pietatem pertinent, per agnitionem illiús, qui vocavit nos ad gloriam et Virtutem. Quæ loca cum conversionem et fidem nostram adscribant potentię Dei, illa autem sit insuperabilis, apertè sātis significatur gratiam Dei quæ illa in nobis efficit, impediri aut superari non posse.

Et tradit Veram ac realem efficientiam Dei in gvertione hois.

Idem probatur ex ys scriptura locis, quę tradunt Veram ac realem efficientiā Dei in hominis conversione. ut Deut. 30. V. 6. Circumcidet D. Deus tuus cor tūum et cor seminis tui, ad diligendum D. Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, ut vivas. Jerem. 31. V. 33. Hoc fœdus meum, Dabo legem meam in interiori eorum, et in corde eorum inscribam eam. V. 34. Et non docebit ultra et rs. Jerem. 32. V. 39. Dabo eis cor unum et Viam unam, ut timent me omnibus diebus et cs. V. 44. Timorem meum dabo in corda eorum ut non recedant a me. Ezech. 36. V. 26. Dabo Vobis cor novum et spiritum novum dabo in interiori Vestro, et amovebo cor lapideum e carne Vestra, et dabo Vobis cor carneum V. 27. Spiritum meum dabo in interiori Vestro, ut in statutis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis et faciatis. Act. 16. V. 14. Cor Lydiæ adaperuit Dominus, ut attenderet ea quę dicebantur a Paulo.

Quibus in locis videre est, non tantum potentiam quandam adhibere Deum, qua homo converti, et Deo obedire posset, si velit, sed simul etiam in mentibus et cordibus suorum operari et efficere ipsam sui cognitionem, ipsum conversionem, fidem, et obedientiam suorum mandatorum.

Quod et Paulus expresse docet Phil. 1. V. 29. Vobis gratis datum est in causa Christi, non solum in eum credere, sed etiam pro illo pati. Hic non tantum possibilitatem credendi sed et ipsum Tò credere gratiæ Dei adscribit. Et Philip. 2. V. 13. Deus est qui efficit in Vobis et velle et perficere pro beneplacito. Hic ipsum velle et efficere, a Deo effici docet. Ubi autem ipsa fides, ipsa conversio, ipsum velle et efficere a Deo efficitur, fieri non potest ut hæc ipsius actio ab hominis voluntate aut resistentia impediatur.

Quod ipsum etiam necessario, ex ipsa priore parte articuli quarti Remonstrantes concludituræ. Nam si gratia Dei est initium, progressus et complementum omnis boni, resistentia certè eam supprans et impediens locum habere non potest. Unde manifestum est Remonstrantes, sibi ipsis ēe contrarios, nomine hic, quam in præcedentibus articulis. Eandem enim gratiam statuunt et efficacem et resistibilem. Fieri autem non potest ut gratia efficax sit resistibilis, et contra resistibilis gratia sit efficax.

Vocatq̄ conversionem hominis novam creaturam. regenerationem.

Huc etiam facient ea loca Scripturæ ubi conversio hominis nova creatio vocatur. Psalm. 51. V. 12. Cor mundum crea in me Deus. 2 Cor. 5. V. 17. Qui in Christo est, est nova creatura. Eph. 2. V. 10. Ipsius sumus factura, conditi in J. Christo. Eph. 4. V. 24. Induite novum hominem qui secundum Deum creatus est. Item regeneratio. Joh. 3. 3. et 5. Nisi quis genitus fuerit denuò. Jac. 1. V. 18. Is quia Voluit progenuit nos sermone veritatis. 1 Petr. V. 23. Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili. Item resuscitatio seu Vivificatio. Joh. 5. V. 21. Sicut Pater excitat mortuos et Vivificat, ita et filius quos vult Vivificat. Eph. 2. 5. Cum per offensas mortui essemus una Vivificavit nos. et 15. Coll. 2. V. 12. Cum eo resurrexistis per fidem Dei efficaciter agentis, qui excitavit eum ex mortuis X. 13. Vosq̄ mortuos in peccatis et præputio carnis Vestræ cum eo Vivificavit. Quemadmodū ergo homo sui creationem, generationem et ex mortuis resuscitationem impedire non potest, ita etiam hanc sui novam creationem, regenerationem, resuscitationem, ex morte peccati, et Vivificationem, id est, conversionem impedire non potest. Et sane si Dei consilium et Voluntas spectentur, non potest non irresistibilis ēe illa gratiæ Divinę Vis, qua secundum beneplacitum suum et Voluntatē, Deus conversionē hominis operatur.

resuscitationē seu Vivificationē.

Imo ex consilio et Voluntate Dei non pt non irresistibilis ēe gratię Divinę Vis.

Consilium enim ipsius non potest fierj irritum. Psal. 33. v. 11. Et Voluntas eius non potest resistj. Rom. 9. v. 19. Contrarium autem statuere, inimicum hominem sine efficaci gratiæ Dei, posse sese convertere, vel, Deum omnia foris et intus efficaciter faciendo, et hominis conversionem intendendo, nihil tamen proficere si homo non velit, quid aliud queso est quam consilium Dei reddere irritum, et omnipotentiam Dei hominis malitiæ subjicere, ut hæc illam superet, et sic Deus omnipotens non sit?

Negz ipsa humanæ naturæ corruptio non pt tolli et corrigi, nisi vi, viribus humanis longè maiorj.

Huc accedit quod quod ea sit humanæ naturæ corruptio (quemadmodum ex ijs quæ in 3°. Articulo a nobis ex s. Litteris allegata sunt manifestu liquet) ut non nisi viribus hominis, longe maiorj vj et efficacia, idest, irresistibilj Divinæ gratiæ operatione tollj aut corrigi possit. Est enim in rebus Divinis cæca prorsus et a Deo aversa, legi Dej inimica, quæ nil nisi carnale et terrenum sapit, ut omnino vi quadam supernaturalj, et quæ ipsam longe superat, opus sit, qua ad cœlestia et supernaturalia cognoscenda et quærenda evehatur atqz elevetur, alias minqz corrigenda aut convertenda.

Quare falsum ē.

Quapropter falsum est quod Rem^s. ad stabiliendam illam suam irresistibilem gratiam, docent.

Hominem sine ulla interna lucis collustratione oūs scripturæ sensus ad salutem scitú et c. necessarios posse intelligere.

Hominem quamvis ex se, suo ingenio, naturalibusqz viribus, bonum quod in Evangelio revelatur, invenire vel excogitare non possit: tamen cū Evangelium ipsi revelatúr, et attentē ab ipso auditur vel legitur, Sine ulla interna lucis collustratione omnes scripturæ sensus ad Salutem scitú, creditú, speratú vel factú necessarios intelligere posse, adeo ut sola externa Evangely prædicatio ad fidem ingenerandam sufficiat.

Nobilissimum agendj modum in conversione hominis eā qui fit suasionib^s.

Cum contra verum sit. Humanj ingenij cæcitatem in rebus spiritualibus tantam ēe, ut, quamvis Evangelium hominj prædicetúr, tamen absqz interna S. Spiritus illuminatione, Scripturæ sensus, qui ad Salutem necessarie sunt scitu, non possit intelligere, atqz adeo externam Evangely predicationem, ad fidem in homine ingenerandam non sufficere.

Nullamqz qualitatem bonam a Deo voluntati infundj, qua ex malâ reddatur bona.

Non enim in tenebris tantum versatur homo, sed est ipse tenebræ ut supra ostensum. Et, quemadmodum qui cæcus est videre non potest, ex eo quod externum Solis lumen oculis ipsius circumfulgeat, nisi interna, qua destituitur videndi facultas ipsi reddatur: Sic nec homo irregenitus, quē Scriptura S. cæcum appellat, percipere potest illa, quæ ad salutem requiruntúr, etiamsi prædicatio Evangely externè ipsius aures feriat, nisi Sp. S. sua quadam efficacia mentem ipsius intus collustret.

Unde et illud falsum ēe convincitur quod ydem asserunt, nobilissimum agendj modum, in conversione hominis et humanæ naturæ, convenientissimum esse qui fit suasionibus: nihilqz obstare quo minus, sola moralis gratia hominem animalem reddat spiritualem. Inqz eo consistere operationis divinæ efficaciam, qua Sathanæ operationem superet, quod Deus æterna bona, Sathan autem temporaria promittat.

Similiter et illud. Quod, tametsi interdum mentis quandam internā illuminationem, affectuumqz purgationem videantur concedere, negent tamē aliquam voluntati bonam qualitatem a Deo infundj, qua ex mala, bona reddatúr; Asserantqz non prius ad actualem hominis conversionem concurrere gratiam, quam ipsa se voluntas movet aut determinat.

Et gratiam primam quidem et præcipuam, non tamen solam et unicam conversionis nostræ ēe causam

Cum contra ex Scripturis verum ēe constat: solam moralem gratiam non sufficere ad conversionem hominis: sed aliam longè nobiliorem vim agendj requirj qua cognitionem, amorem, sensum, gustumqz æternorum bonorum, quæ in Evangelio promittuntur, Deus in cordibus Electorum accendat. Eaqz non mentem tantum illuminarj, affectusqz purgarj, sed voluntate quoqz eam novas qualitates infundi, quibus ex mala redditur bona, efficaciterqz ad Deo fidendum, eiqz obediendum flectitur.

Probationibus hic supersedemus, cum hæc omnia et singula S. Scripturæ testimonijs et rationibus supra abunde confirmata sint.

Sed et hoc hic non prætereundum, quod gratiam quam primam et præcipuā causā

conver:

conversionis statuunt, eius tamen solam et unicam esse negant: cuj liberj arbitrij concursum ut συναιτιον vel causam partialem adjungunt, atqꝫ ita conversionis duas causas partiales, gratiam sc. et liberum arbitrium faciunt. Quod itidem ut ετεροδοξον et falsum Noortbollandj repudiant.

Qui contra ex S. Scriptura didicere: Quamvis humanum arbitrium regenerationem a gratia Dej actum, agat, gratiam tamen Dej ipsius conversionis non primariam sed solam, non summam sed unicam, non præcipuam sed totam causam esse.

Solus enim Deus est, qui cor nostrum circumcidit Deut: 30. v. 6. Solus Deus est qui Legem suam cordibus nostris inscribit. Jerem. 31. Solus Deus est qui cor mundum in nobis creat Psalm. 51. 11. Unius Dej est cor Lapideum auferre et dare cor carneum Ezech. 36. Unius Dej est cor aperire Act. 16. v. 14. Solus et unicus Deus est qui trahit suos ad filium Johan: 6. v. 44. Totum velle et perficere solus et unus Deus operatur in nobis Philip. 2: 13. Idem est qui operatur omnia in omnibus 1 Cor. 12. v. 6. Omnisqꝫ donatio bona et perfecta desuper descendit a Patre Luminum Jacob. 1. v. 17. Ergo homo intelligit quæ Dej sunt, Deus is est qui mentem illuminavit: Si spiritualia et cœlestia appetit et desiderat, solj id Deo adscribendum, qui desiderium illud in eius corde excitavit: Si Deo credit et obtemperat, Deo hoc in solidum tribuendum qui unus voluntatem ipsius, ad fidem et obedientiam efficacj gratiâ suj spiritus inclinavit.

Eiusmodi igitur cum sit Sententia Remonstrantium, de hoc tertio et quarto articulis, quamvis in speciem, si verba spectes quam proximè ad ὀρθοδοξιαν possint Viderj accedere: Judicant Noortbollandj, Omniqꝫ hæc facere videntur ad Divinj Verbj normam, in Dej timore examinatis esse ΕΤΕΡΟΔΟΞΑ, falsa et cum Sacris Litteris ex diametro pugnantia dogmata, quæ sub horum articulorum titulo, Remonstrantibus asserunt: Idcoqꝫ hæc ut Pelagiana et hæretica in Ecclesys nostris Reformatis minime ferenda, sed ex ys, ut gratiæ et gloriæ Dej summè inimica, fidemqꝫ veram subvertentia, omnj conatu studioqꝫ arcenda, et procul eliminanda.

Sessio 87. Die Lunæ. 25 Februarij.

Dixerunt sententias suas de Thesib: à D. Præside dictatis circa tertium et quartum Remonst. Articulum Fr: Noortbollandj Zelandj reliquique omnes Provinciales.

Dictavit deinde D. Præses Theses, de 5° Rem. Articulo, quas requisit et rogatj monitiqꝫ sunt omnes, ut Judicia sua de hoc quinto articulo quam primum parent et exhibeant.

Sessio 88. Die Mercurij. 27 Febr.

Disceptatio D. T. Tronchinj de præcipuis erroribus Rem. in 5. Articulis.

D. Desdatus propter corporis imbecillitatem nondum potuit adesse, et dicere de argumentis Contraremonstrantium, Idcoqꝫ revolutum est omnes hoc tempore in publico dicendj in Collegam eius D. Tronchinum, qui rogatus, ut velit hanc tractationem doctrinæ de perseverantia concludere de præcipuis erroribus Remonstrantium, in 5 Articulis. dixit, et quæ Argumenta Contraremonst. pro perseverantia breviter defendit.

Sessio 89. Die Jovis 28 Februarij.

Rogatæ sunt sententiæ de ys quæ dicta et horata sunt a Rev: Viris, tam Theol. Exteris, qꝫ Profess. domesticis, de 5°. Artic. et doctrina perseverantiæ, et de Thesib: dictatis circa 5m Artic. an satis clarè et fideliter mentem Remonst. exprimant.

Dixerunt Sententias suas D. Assessores. Scriba. Tb. Anglicani, Palatini et Hassiacj, usq; ad Helvetios.

Sessio 90. Die Veneris. 1 Maety.

Dixerunt sententias suas De publicè dictis et Thesib: dictatis reliqui Theologi Exterj et professores domesticj.

Sessio 91. Die Lunę. 4 Maety.

Significavit D. Praeses, Virum nobilissm et Doctissm D. Marcum Stapferum, qui fuit in Comitatu Rev. D. Antistitis D. Breitingerj et reliquorum Theologorum Helveticorum obysse, dixitq; publicè invitasj ad funus D. Delegatos, totamq; Synodum ad horam undecimam ante meridiana exactam.

Magistratus Campensis declaravit 4 literas se ratam habere suspensionem Scutlerj et Voskuly.

De statu Eccl. Campensis, significavit D. Praeses, Magistratu Camp. 4 literas declarasse, se ratum habere, ea quę a synodo, contra dnos illos ministros vocatos statuta erant, ut scilicet a ministerio suo propter contumaciam suspendantur, et suspensi maneant, nisi intra 14 dies se presentes in Synodo sistant, suamq; causam defendant; nec permissurum, ut ab illis quicquam contra decretum Synodj committatur. Sed si parere Synodo noluerint, se eos a ministerio prorsus abdicaturum ac porro acquieturum in ys quę ab hac Synodo statuentur, ac Orthodoxiam omni modo defensurum. Interea se publico exemplo pietatis, subditis et civibus prę ire velle et decrevisse ut Capita aliqua ex S. Scriptu. ra, loco concionum Hebdomadalium prælegerentur in templis, et diebus Dominicis aliqui ex Ministris Svvollanis advocentur, qui concionibus publicis Ecclesiam edificent.

Literæ D.D. Paraej. cum Judicio de 5 Rem. articulis.

Declaravit insuper D. Pr. adfuisse sibj D. D. Altingium qui detulit Literas obsignatas a D. D. Paræo ad hanc Synodum missas, una cum judicio celeberrimj istius Theologj, de 5 Rem. Articulis, quod petyt publicè prælegi, et huius Synodj judicio subyecj. ut licet per ætatem aevis et temporis iniuriam, coeparisq; senilis debilitatę, huic Synodo interesse non potuerit, tamen pro sua parte aliquid huic Synodo in usum nostrarum Ecclesiarum communicaret.

Rogata sunt deinde Sententię orum Provincialium de dictatis Thesibus circa 5. Art.

Quibus dictis prælectę sunt publicè Literę D. D.ni Paraej, et statutum eas se Dej gratiam in Sessione antemeridiana ad Lectionem Judiciorum de 5 Art. Rem. exhibitorum devenire. Ita tamen ut in anteccssu Judicium D. Paraej, de ysdem prælegatur.

Judicium Fr. Nederlandorum de 5. Remonstrantium Articulo, in quo agitur de perseverantia Verę fidelium in fide, et de certitudine Salutis.

Judicium Fr Nederl. de 5. Rem. Artic.

Articulus quintus.

Qui Jesu Christo per veram fidem sunt insiti &c ect.

In hoc articulo Remonstrantes Videri volunt quam proxime accedere ad sententiam orthodoxam Ecclesiarum Reform. de perseverantia verè fidelium in fide, tantum de eo dubitare, an non illi ipsi sua negligentia deficere, et a gratia excidere possint, quod peritius ex S. Scriptura expendendum censent, antequam de eo ecclesiaticum aliquid asserere audeat. si quis tamen ad eorum in hoc articulo verba et phrases diligenter attendat, nec non ad ea, quae pro eius explicatione et defensione, tam in Collat. Hag: quam aliis editis passim exhibitis quibusque ipsorum Scriptis adferunt facile intelliget eos διὰ διὰ παθῶν ab eorum sententia dissentire, dum perseverantiam verè fidelium a conditione praecedaneâ praestanda ad hominibus et sic ab humano arbitrio suspendunt. in dubio relinquunt, imò omnem plane perseverantiam et salutis certitudinem tollunt.

Verè fideles a fide verâ gratiâ Dei et salute eterna totaliter et finaliter excidere non posse.

Statuunt enim passim Verè fideles in flagitia et atrocia scelera quae conscientiam directè vastat et cum vera ac iustificante fide consistere nequeunt non incidere tantum, sed et in iisdem perseverare moriq; posse, ideoq; a fide vera Gratia Dei et salute aeterna totaliter et finaliter excidere posse: Idq; multis Verè fidelibus et regenitis ante hac evenisse ac etiam non raro venire.

Atqui Noorthollandi q.tra statuunt ex Dei vbo Verè fideles etsi ex carnis imbecillitate nonnunq; labantur, et in peccata q scientiam graviter ledentia incidant non tamen posse ad mortem peccare, aut ita se totos dedere peccatis et sceleribus quibus q scientia vastatur, ut in ijsdem finaliter perseverent et moriantur, ac proinde a verâ fide, gratia Dei et salute excidere totaliter finaliterq; non posse ut qui virtute Dei ad salutem custodiantur per cuius gratiam vel graviss.me lapsi rursus erigantur, et certo ad resipiscentiâ adducantur, adeo ut ex Verè fidelibus ne quidem unus pereat, aut peritur.us sit unquam.

Quae singula cum ut et Remonst sententiae opposita partim S. Scriptu. ex testimonijs partim manifestis rationibus probari possunt. Nam primò

Nam scriptura docet.

I. Eos etsi et sepè et graviter peccent, non tamen se totos peccatis dedere aut in S.S. et ad mortem peccare.

Verè fideles, etsi et sepè et graviter peccent, non tamen se totos peccatis dedere in Sp Sanctum aut ad mortem peccare testatur Scriptura. 1 Joa 3. V. 9. Quisquis natus ē ex Deo peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare eo quod ex Deo natus est. et 1 Joa 5 V. 18. Scimus quod quisquis natus ē ex Deo conservat seipsum et malus ille non tangit eum Rom. 6. V. 2. Qui mortui sumus peccato quomodo adhuc vivemus in eo. et V. 5. Si cum eo plantati coaluimus conformatione mortis eius, simul etiam ~~conformatione~~ resurrectionis coalescemus. V. 6. Illud scientes Veterem nostrum hominem cum eo crucifixum esse, ut enervetur corpus peccati, ne posthac nos serviamus peccato. V. 8. Quod si mortui sumus cum Christo credimus fore, ut etiam vivamus cum eo V. 14. Peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege sed sub gratia.

Eos proinde a fide iustificante gratia Dei et salute aeterna totaliter, nec finaliter excidere posse.

2. Eosdem proinde a fide iustificante gratia Dei et salute aeterna nec totaliter nec finaliter excidere posse docent inter alia sequentia loca S. Scripturae. Matth. 16. V. 18. Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam et portae inferorum non praevalebunt eam, quod cum hic de tota Ecclesia dicitur, de singulis eius membris verum sit necesse est. Matth. 24. V. 24. Ita ut seducant (si fieri possit) etiam electos Ioan. 4. 14. Quisquis biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum, sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in

in eo fons aquę salientis in vitam ætærnam, Joan. 6. v. 37. Eum qui ad me venit non ejciam foràs. Joan 10: 28. Ego vitam ętęrnam do ovibus meis nec pęribunt in ætęrnùm. Rom. 8. 35. Quis nos sęparabit a charitate Christj, num afflictio, num angustia. v. 37. Imo in his omnibus plus quam victores sumùs ꝑ eum qui dilexit nos. v. 38. Negꝫ mors negꝫ vita, negꝫ angelj, negꝫ principatus, negꝫ potestates, negꝫ præsentia negꝫ futura. v. 39. negꝫ sublimitas negꝫ profunditas negꝫ ulla res aliâ condita potest nos sęparare a charitate Dej quę est in J. Christo Domino nostro.

Hinc dicuntur fideles ēē instar arboris plantatæ ad rivos aquarum, quę fructus suos edit tempore suo, et cujus folium nō decidit. Psal. 1. v. 3. Et Psal. 125 v. 1. assimilantur montj Syonis qui non dimovetur sed in seculum pęrmanet. Sic Matt. 7. v. 25. Compantur viro prudentj, qui ædificavit domùm suam supęr petram, quæ nec nimborum nec fluminum, nec ventorum impulsu cadit.

3. Eos non tantum semel in gratiā recipi, et fide donarj, sed ętiam in ea ad salutem custodirj.

III. Testatur scriptura, eos non tantum semel in gratiam recipi, et fide donarj, sed etiam in ea ad salutem custodirj. 1. Pet. 1. v. 5. Qui virtute Dej præsidio custodiminj, pęr fidem ad salutem, Psal. 23. ℣. 1. Jehova pastor meus non egebo. v. 6. Certè bonum et benignitas prosequentur me omnibus diebus vitæ meæ, et quietus ero in domo Jehovæ, quam diù longa erunt tempora. 1 Cor. 1. 8. Qui Deus etiam confirmabit vos, usqꝫ ad finem inculpatos, in Diem D. N. J. Christj. 1. Cor. 10. v. 13. Fidelis est Deus, qui non sinet vos tentarj supra id quod potestis, sed præstabit una cum tentatione evasionem ut possitis sustinere Phil. 1. v. 6. Persuasum habens hoc ipsum, fore ut qui cępit in vobis opus bonum, perficiet usqꝫ in diem Jesù Christi et 2 ad Thess. 3. v. 3. Fidelis est Dominus qui stabiliet vos et tuebitur a malo

t. Eos p. carnis imbecillitatem lapsos rursus erigi, nec ōi fide excidere, quamvis gravissimē labant.

IV. Eadem testatur etiam per carnis imbecillitatem, lapsos rursùs erigi, nec nec omnj fide excidere, quantumvis gravissimè labantur. Psal. 37. v. 24. cum ceciderit justus, non collidetur, quia Jehova supponit manum. Et Luc. 22. v. 31. 32. Dicit Christus Petro. Simon Simon, Ecce Satanas appetit vos, quos ventilaret sicut triticum, sed ego deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua, tu igitur conversus, confirma fratres tuos.

Et faciant huc variæ rationes petitæ

Rationes autem quibus hæc eadem ꝓfitemantur hæ sunt.

I. a fœdere Dei cum Ecclesia.

I. Quia Deus pro suo beneplacito, cum Ecclesia fœdus ineens æternæ gratiam, et in ea perseverantiam suis promisit. Gen. 17. v. 7. Abrahamo omnium, tam ex præputio, tam ex circumcisione credentium Patri, dixit Stabilio fœdus meum inter me et te, ac semen tuum post te per ætates suas, ut fœdus sit perpetuum, me tibj ēē Deum et seminj tuo post te. Psal. 89. 31. Si dereliquerint filij ejus legem meam et ꝛc. v. 34. Sed benignitatem meam non irritam faciam ab ea, neꝫ mentiar contra fidem meam. Esa. 54. 8. Benignitate sempiterna misereor tuj ait Vindex tuus Jehova. v. 10. Quamvis montes recederent, et colles removerentur, attamen benignitas mea a te non recedet, et fœdus pacis meæ non dimovebitur ait miserator tuus Jehova. Jerem. 32. v. 39. Indam illis cor unum, et viam unam, ad reverendum me omnibus diebus, ad bonum ipsorum et filiorum

ipsorum

ipsorum post ipsos V. 40. Et pangam ipsis fœdus perpetuum
foꝛe út non avertam me a prosequendis ipsis benefaciendo ipsis
et ꝛeꝛeꝛentiam mej indam animo ipsorum, ut non ꝛeꝛedant a me.

Ab bꝛeatia in fœdeꝛe veꝛè fidelibus promissa ficꝛi non potest út ún:
quam penitùs exciḍant. Deus enim est veꝛax, immo ipsa Veꝛitas, ideoqꝫ
promissa pꝛestat, et neqꝫ Vult, neqꝫ potest quemquam fallere: tum qnia
fidelis est, tum etiam quiá omnipotens, qui seipsum abnegaꝛe no potest,
et cuiús omnipotentia a nemine infiꝛmaꝛi potest. Núm. 23. 33. Deús
foꝛtis non est homo qui mentiatuꝛ aut filius hoïs qnem peniteat.
An ipse dixeꝛit et non faciet? an loquutus fuꝛit et non pꝛestabit illud?
Cuj confimilis est locús. 1. Sam. 15. 29. Qui est ꝛeternitas Israelis non
comittet mendacium, neqꝫ penitebit eum. Non enim homo est út pœ-
niteat eúm. Et ad Tit. 1. V. 2. Ad spem Vitæ ꝛeteꝛnæ, qnã promisit
Deus ille mentiꝛi nesciús. 1 Sam. 12. 24. Non deseꝛet Jehová populum
suum &c. Esa. 46. 3. 4. Auscultate mihi domús Jacobj, qui ba:
inlaminj inde ab utero, qnj gestaminj inde a Vulva: usqꝫ ad senũ
ego idem, et usqꝫ ad canitiem ego poꝛtatuus sum, ego fecj, et ego
gestabo, ego inqꝫ poꝛtatuús sum, et ꝛeꝛepturús. 1 Coꝛ. 1. 8. Qui Deús
etiam confiꝛmabit vos usqꝫ ad finem inculpatos in Diem D. N. J.
Christj. V. 9. Fidelis Deús per quem Vocatj estis in communione
filj ipsiús. 1. Ad Thess. 5. V. 23. Deus pacis Sanctificet Vos totos
et integeꝛ Vester spiꝛitús, et anima, et coꝛpús inculpatè in Adventu
D. N. J. Chꝛj seꝛventus. V. 24. Fidelis est qui Vocaviꝛ vos, qui
etiam id efficiet. Esaj. 41. 10. Ne timeto, quia tecum sum: Ne
stupeto, quia ego sum Deus tuus, foꝛtifico te, etiam auxiliaꝛ tibj,
etiam sustento te dextꝛa iusta mea. Joan. 10. 28. Nemo ꝛapiet
oves meas e manú mea. V. 29. Pateꝛ meús, qui eas dedit mihi, ma:
joꝛ omnibus est, neqꝫ quisqꝫ potest eas ꝛapeꝛe e manu Patꝛis mej.
Rom: 8. 31. Si Deus pꝛo nobis quis contꝛa nos? 1. Pet. 1. 5. Qui
Vꝛtute Dei custodimuꝛ p. fidem ad salutem.

Quibus in locis Deus mentiꝛi nesciens, et ille omnipotens, pol-
licetuꝛ fœdeꝛe fiꝛmissimo se non salutaꝛia tantum singula abundè
suis largituꝛum, veꝛum etiam peꝛpetua illa pꝛestituꝛum, constanti
favoꝛe, et peꝛenni S. Sancti influxu et auxilio. Quo fiet, ut neque
a Deo deseꝛantuꝛ fideles, neqꝫ ipsum deseꝛeꝛe unquam velint.
Est igitue ceꝛta veꝛè fidelium peꝛseveꝛantium in fide, nixa ceꝛtis
Dei pꝛomissionibús et fallere nesciis. Seꝛvat enim Deus quidquid
pꝛomittit. idqꝫ iuxe natuꝛæ suæ. Sea Veꝛitatis, constantiæ, et
potentiæ. quæ utraqꝫ ipsi natuꝛalis est. Nec ullum exemplúm ad-
feꝛi potest ubi quicquam pꝛomississe dicatuꝛ quod non impleveꝛit.

2. Ab ꝛeterna redemptione et reconciliatione cum Deo, fidelibus p. moꝛtem Chꝛi partá.

II. Quia filius Dei C. J. æteꝛnam ꝛedemptionem et ꝛeconciliatiũe
cum Deo Pateꝛ suis fidelibús moꝛtis suæ et sacꝛificij meꝛito acquisivit.
Heb. 9. 12. Peꝛ pꝛopꝛium sánguinem ingressus est semel in sacꝛaeum
æteꝛnam ꝛedemptionem nactus. 10. 14. Unica oblatione consecꝛavit
in ꝛpetuum eos qui sanctificantuꝛ. Idqꝫ secundum pꝛophetiã Dan:
9. 24. Cohibebitur defectio illa, obsignabuntuꝛ peccata, expiabituꝛ
iniquitas, et adducetuꝛ iustitia peꝛpetua. Ieꝛem. 31. 34. Condonabo
iniquitatem eoꝛúm, et peccati eoꝛum non ꝛecoꝛdabuꝛ amplius. Si
æterna est ꝛedemptio, iustitia peꝛpetua, quam acquisiviꝛit et adduxit
Christus. Si.

Si peccatorum (semp) remittitur æterna oblivio, sequatur necesse est, eos qui horum beneficiorum semel facti sunt participes, excidere penitus a fide et gratia Dei, et perire non posse. Atqui horum oēs et singulos fideles participes ēe extra dubium est. Fideles igr a gratia et salute totaliter et finaliter excidere non possunt: et proinde falsum, eorum multos excidisse, et etiamnum non raro excidere.

3. a consecratione reconciliationis Chr̄j. et eius dilectione.

III. Quia idem Christus, ex mandato et voluntate Patris, reconciliationem semel gratiosè acquisitam potenter conservat ys, quos redemit, et quos semel dilexit, eos ad finem usqꝫ perpetuo diligit. Joan: 31. 1. Joan. 6. 39 Hæc est voluntas eius qui misit me, Patris, ut quicquid mihi dederit, non p. dam ex eo, sed suscitem illud in ultimo illo die, Joan. 17. 12. Quos dedisti mihi ego custodivi. et nemo ex ys periit. Si conservantur et custodiantur à Christo verè fideles, idꝫ ex Dei Patris voluntate, et quidem ita ut nemo ex ys pereat, utiqꝫ perseverant in fide.

4. ab intercessione Chr̄j.

IV. Ratio sumitur ab intercessione Christi. - Pro quibus Christus seipsum ut sacerdos obtulit, pro ys etiam apud Patrem intercedit, ut beneficijs omnibus sacrificio mortis snę partis fruantur. Joan. 17. 24. Pater quos dedisti mihi, velim ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut conspiciant gloriam illam, quam dedisti mihi. Item v. 20. et 21. Pro ys rogo, ut omnes unum sint, tu Pater in me, et ego in te. Rom. 8. 34. Quis est qui condemnet? Christus is est qui mortuus est ꝛc. qui etiam postulat pro nobis. Hæc autem intercessio Christi sacerdotis semper accepta est Deo Patri. Impetrat igitur. Joan 11. 41. 42. Pater gratias ago tibi, quod me audieris: ego vero sciebam, me semper a te audiri. 1 Joa. 2. 1. 2. Filioli mei hæc scribo vobis, ut non peccetis. Quod si peccaverimus, advocatum habemus apud Patrem, J. Christum, iustum illum, qui ē propitiatio pro peccatis nostris.

5. Ab elogijs fidei.

V. Ratio. Quia veram fidem prorsus extingui, et e cordibus Electorum deleri non posse probant elogia illa quibus S. Scriptura eam passim solet insignire. Nam vocat illā nostram victoriam qua mundum et mundi principem, Diabolum vincimus. 1 Joan. 5. 4. et 1 Pet. 5. 9. Jacob. 4. 7. Eph. 6. 16. Assumite scutum fidei, quo possitis oīa iacula mali illius ignita extinguere. Si vincit fides, non vincitur. Si extinguit ignita tela Diaboli non igitur ipsa extinguitur. Dicitur etiam semel dari electis: Quo perpetua eius et continua notatur duratio, quia nunquam interrumpi multò minus penitus abrumpi potest. Jud. v. 3. Ut decertetis pro fide, quæ semel data ē sanctis.

6 ab obsignatione Spiritus S.

VI. Ratio. Quia Spiritus S. qui datur verè fidelibus, ipsis est arrhabo hęreditatis cęlestis, quo obsignantur in diem redemptionis; Et qui dicit: ab ipsis nunquam recessurus, sed in ęternum cum illis mansurus. Esa. 51. 29. Hoc fœdus est meum cum istis ait Jehova, Spiritus meus qui est in te, et verba mea quę posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, ait Jehova ex hoc tempore usqꝫ in seculum — Joan. 14. 16. Ego rogabo Patrem, et alium Consolatorem dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum nempe Spiritum illum Veritatis ꝛ — 2. Cor. 1. 21. Qui nos confirmat vobiscum in Chr̄o. et qui unxit nos Deus est, qui etiam obsignavit nos, deditqꝫ arrhabonem Spiritus in cordibus nr̄is. Eph. 1. v3. In quo etiam, posteaquam credidistis obsignati estis Spiritu illo promissionis sancto. 14. Qui est arrhabo hęreditatis nr̄æ. Eph. 4. 30. Ne tristitia afficite Spiritum illum S. p. quem obsignati estis in diem illum redemptionis.

VII. Quia

7. A communione fidelium cum Chro.

VII. Quia fideles per fidem arcanâ Spiritus S. operatione Chrō inseruntur, et ut membra cum suo capite ita arctissimè et inseparabiliter uniuntur, ut ab eo nullo unquam tempore et modo separarj possint. Joan. 6. 56. 57. Qui edit meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo; Sicut misit me Vivens ille Pater, et ego Vivo per Patrem, ita etiam qui ederit me. Vivet quoq; per me, ergo non penitùs excidet nec peribit, Eph. 3. 17. Vt inhabitet Christus per fidem in cordibus Vestris, ut in charitate radicatj et fundatj valeatis alsequi. Eph. 5. 23. Christus est caput Eccle: siæ et is est qui salutem dat corporj. V. 25. Chrūs dilexit Ecclesiam et semetipsum exposuit pro eâ. V. 26. Ut eam sanctificaret. V. 27. Vt sisteret eam sibj gloriosam. V. 29. et 30. Dominus fovet Ecclesiam quoniam membra sumus corporis eius et ex carne eius, et ex ossibus eius.

8 A fine fidej.

VIII. Quia per fidem credimus, et obtinemus Vitam æternam. Joan. 3. 36. Qui credit in filium habet Vitam æternam. Joan. 5. 20. Qui sermonē meum audit, et credit ei qui misit me habet Vitam æternam. Jōā. 5. V. 28. Qui sermonem meum audit, et credit ej qui misit me habet Vitam æternam: in condemnationem non Veniet, sed transivit a morte in Vitam. Joan. 5. 35. Qui Venit ad me, nequaquam esuriet, et qui credit in me non sitiet unquam

9 A regeneratione fidelium.

IX. Quia Verè fideles regenitj sunt, in spem Vitæ æternæ, et semine immortalj et incorruptibilj. 1 Pet. 1. 3. 4. et 23. Regenuit nos in spem Vivam per resurrectionem J. Chrj ex mortuis, in hereditatem quæ perire non potest. Renatj non ex semine mortalj, sed ex immortalj, p. sermonem Dej Vivj et manentis in æternum. Quod semen in fidelibus manet, etsi interdum ad certum tempus suos fructus exterè non profert. 1 Joan 3. 9. Quisquis natus est ex Deo, peccatū non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Si, quia semen Dej in ipsis manet, peccatum non faciunt Verè fideles, sequitur, illos principium illud, quo sustentantur in Cro, deserere non posse nec velle. Quicquid enim natum est ex deo, Vincit mundum. 1. Joan. 5. 4.

10 a precibus sanctorum.

X. Quia sanctorum preces quotidiè ex fide orantium, non possunt cassare; Secundum illud Christj. Joan. 16. 23. Amen amen dico Vobis: Quæcunq; petieritis a Patre meo in nomine, dabit Vobis. V. 24 — Petite et accipietis, ut gaudium Vestrum sit plenum. Matth. 7. 7. Petite, et dabitur Vobis etc. Petunt autem in precibus, ut custodiantur in fide, et ut perseverare ad finem usq; sibj detur. ergo. etc.

11 a natura perseverantiæ.

XI. Quia perseverantia donum est Dej, quod, non omnibus hominibus sed solis Electis datur: non ex meritis, aut ullis liberj arbitrij Viribus sed ex Dej Voluntate simpliciter pendens. Sunt enim Perseverantia et Predestinatio invicem subordinata. Sicut igitur electio certò et infallibiliter salutem infert: Sic salus perseverantiam finalē presupponit, sine quâ nemo servarj potest. Matth. 10. 22. Qui sustinuerit ad finem usq; (ô) servabitur Apoc. 3. 11. Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. Si quis Vicerit, dabo ej et etc. Confert itaq; Deus certò, suis electis et fidelibus donum perseverantiæ, fortificat eos, et dextrâ suâ sustentat, ut quod in eis cepit, ad gloriam suam, et ipsorum salutem perficiat. Testatur id Esai. C. 41. V. 8. Tu Israel, servus mj, tu Jacob quem elegi, semen Abrahamj, amicj mej. V. 9. Tu quem prehendj, ab extremitatibus

tecæ, et a selectis eius evocavi te. diens tibi. Servus meus es, elegi te, neq; spezno te V. 10. Ne timeto, quia tecum sum; neq; strnpeto, quia ego sum Deus tuus: fortifico te, etiam sustento te dextrâ iustâ meâ. Idem liquet ex aureâ istâ salutis catenâ, quam describit Ap. Rom. 8. 29. Nam quos præscivit, eos, et pr. Rom. 11. 1. Num igit abiecit Deus populum suum? V. 2. Absit: non abiecit populum suum, quem præcognovit. V. 5. Ita igit hoc tempore, reservatio secundum Electionem gratuitam facta est. Eph. 1. Postquam dixisset Ap. Deum suis benedixisse omni Spirituali benedictione et pr. Iis benedictionibus etiam accenset perseverantiam in fide, et certitudinem salutis. V. 13. et 14.

Obsignati (inquit) estis Spiritu illo promissionis S. qui est arrhabo hereditatis nræ, dic. ad Philipp. 1. 6. Persuasum habens hoc ipsum, fore ut qui cepit in Vobis opus bonum, perficiat usq; ad diem J. Christi. V. 29. Vobis datum est in negotio Dei, non solum in eum credere, verum etiam pro eo pati. et Cor. 2. V. 13. Deus est qui efficit in Vobis, et ut Velitis, et ut efficiatis pro benevolentia.

Quæ omnia et Scripturæ testimonia, et rationes evidenter docent, Perseverantiam ee Dei donum, verè fidelibus, in gratuito fœdere promissum, ee effectum maximè proprium electionis ad salutem æternæ: causam eius non ee liberam hominis voluntatem sed solam Dei gratiam et Virtutem, Christi Servatoris fidem custodiam, et S. S. æternum in electis manentis efficaciam: ita, ut, etsi verè fideles, respectu sui, et in se considerati, fidem amittere et a salute penitus deficere possent, tamen quantum ad consilium, promissiones, et Virtutem Dei, Christiq; intercessionem et custodiam, non possunt non perseverare. Quia consilium et Voluntas Dei, Christiq; intercessio fr. irrita fieri non possunt: et eius dona et Vocatio sunt ἀμετανόητα.

Quare ἀντιφέτως ἐπεξόδως et falsa sint necesse est effata illa Remonstrantium; Perseverantiam donum Dei, saltem novi fœderis, non esse, nec effectum Electionis ad salutem. Esse conditionem novi fœderis a Deo in eligendo prærequisitam, ideòq; liberè ab homine præstandam. Voluntatem hominis ee proximam causam physicam perseverationis, quæ, etiam stante auxilio Divino promptitudine, et gratiæ sufficientis præsentiâ, omnibusq; illis positis, quæ ad perseverandum necessaria et sufficientia sunt, motui tamen et operationi Spiritus S. Vel assentiri, vel resistere, adeoq; vel perseverare, vel non perseverare potest.

Quæ rationes oēs syllogismo concludantur.

Omnia breviter hoc Syllogismo concludimus.

Quibus Deus promisit se daturum perseverantiam, et quos Virtute sua custodit ad salutem; quibus Christus æternam redemptionem acquisivit, et pro quibus perpetuò intercedit; qui etiam fretj Dei promissionibus donum perseverantiæ precibus suis obtinent et pr. Ij non possunt non perseverare in verâ fide

Verè fidelibus eam Deus certò promisit, eos Virtute sua custodit, quos Christus æternam redemptionem acquisivit, pro quibus perpetuò intercedit et pr. ut antè probatum est. Ergo et pr.

Quod autem.

Explicatio scripturæ cum dicit aliquos defecisse et fidei naufragium fecisse.

Quod autem alicubi, in Scriptura, aliqui dicuntur defeciſſe et fidei naufragium feciſſe &c. Id non de Verâ, et iuſtificante fide, ſed de Doctrinâ aut externa profeſsione fidei, aut etiam de fide hypocriticâ et tempozariâ, q3 in cozde radices non egit intelligendum esse, constans est Eccleſiarum Ref. ſententia; et non de ys, qui per veram fidem Chriſto inſiti, Vera erant Eccleſiæ membra. Sic Joan. Ep. 1. C. 2. 19. E nobis egreſſi sunt, ſed non erant ex nobis, nam si fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq3 nobiſcum. Sic iuſti perire dicuntur apud Ezech. C. 3 et 18. Qui apparenter iuſti erant coram hominibus, quales erant de quibus Chriſtus Matth. 9. 13. Non Veni Vocare iuſtos. Nam de vero iusto coram Deo dicitur Pſalm 92: 13. Iuſtus ut Palma germinabit, ut cedrus in Libano creſcet V. 14. Plantati in domo Jehovæ in atrijs Dei noſtri germina profundent; V. 15. adhuc abundabunt in canitie pingues et virentes erunt Pſalm. 125. 1. Qui confidunt Jehovæ ſimiles sunt monti Sionis qui non dimovetur, in ſeculum permanet. Pſalm 37. 24. Iuſtus cum ceciderit, non deijcitur, quia Jehova ſupponit manum.

De certitudine ſalutis.

Vere fideles de ſua ſalute certos ēē posse et debere, etiā abs3 ſpecialj revelatione.

De certitudine ſalutis docent Remonſt.	Scriptura contra docet:
1°. Nullum vere fidelem et regenitum	Omnes et ſingulos vere fideles de
in hac vitâ certum esse posse de ſuâ	ſua ſalute certos esse posse et de-
ſalute abs3 ſpecialj revelatione.	bere, etiam abs3 ſpecialj revelatione. =

Testatur ē hoc Scriptura.

= Script: apertè enim testatur omnes et ſingulos verè fideles ſcire quod in Chriſto ſint. 1 Joan. 2. 5. Scimus nos in ipſo esse. Quod habeāt et poſſideant Chriſtum, ſervatorem ſuj corporis, cujus ipſi Viva membra ſunt. Eph. 5. 23. Chriſtus est caput Eccleſiæ, et is qui ſalutem dat corporj, V. 30. Membra ſumus corporis ejus, ex carne ejus et exoſſib' ejus. Testatur eos intuerj in fidei ducem et perfectorem Jeſum. Heb. 12. 2. Habere eos Chriſtum Paſtorem et curatorem animarum ſuarum. 1. Pet. 2. 25. Testatur item, ſcire fideles, se esse filios Dei et hæredes gloriæ cœleſtis. Rom 8. 15. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis rurſus ad metum, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis per quem clamamus Abba, id est Pater. V. 16. Qui ipſe Spiritus testatur cum ſpiritu noſtro nos esse filios Dei. V. 17. Quod ſi filij etiam hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. —— 1 Joan. 3. 2. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, sed nondum patefactum est quod erimus. Scimus autem fore, ut cum ipſe patefactus fuerit, ſimiles ei ſimus, quoniam Videbimus eum ſicuti est. Testatur etiam habere eos Spiritum arrhabonem hæreditatis cœleſtis, et ſigillum promiſſionis, quo obſignati sunt in diem redemptionis. 1 Cor. 1. 22. Eph. 1. 13. 14? et 4. 30. Habere ſpem certam et infallibilem ſalutis Rom. 8. 24. Spe ſervati ſumus, Rom. 5. 2. Gloriamur sub ſpe gloriæ Dei. V. 5. Porro ſpes non pudefacit, quod charitas Dei effuſa sit in cordibus noſtris, per S. S. qui datus ē nobis.

Et habent illi innumeras promiſsiones Dei, de vita æterna in Chriſto. +

+ Habent præterea fideles innumeras et eximias Dei promiſsiones, mentiri neſcij, de vita æterna quæ in Chriſto data sunt. Tit. 1. 2. Ad ſpem Vitæ æternæ. quam promiſit Deus ille mentiri neſcius. 1 Cor. 1. 20. Quot: quot sunt promiſsiones Dei, in ipſo sunt etiam. et in ipſo sunt Amen, ad Dei gloriam.

Sciunt denig3 et credunt, se translatos ēē ex morte ad Vitam. 1 Joan. 3. 14. Et Vitam æternam habere. 2 Cor. 5. 1. Scimus nos ædificium ex Deo habituros, domicilium non manu factum, æternum in cœlis. 2 Tim. 1. 12. Novi cui crediderim, et mihi perſuasum est, eum posse depoſitum meum in illum diem ſervare.

Hæc sciant, si sentiant, si credant, et indubitato sperent ōes et ſingulj fideles, si scire, sentire, credere, sperare tentantur; conſequitur eos non posse de sua pſeverantia et ſalute incertos ēē.

Nec obstat quod incidant in tentationes et confligant cum dubitationibus.

Nec obstat quod eos aliquando, etiam in gravissimas temptationes incidere et cum dubitationibus confligere contingat, in hoc quidem certamine concutitur quidem eorum fides sed non excutitur. Matth. 7. 25. Decidit autem nimbus, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et incidderunt domui illi et non cecidit, fundata enim fuerat super petram. Tentatur, non autem superatur. Imo tandem superat et vincet. 1. Cor. 10. 13. Tentatio vos non cepit, nisi humana; Fidelis autem est Deus, qui non sinet vos tentari supra id quod potestis, sed præstabit, una cum tentatione etiam evasionem, ut possitis sufferre. Rom 8. 37. Imo in his omnibus plus quam victores sumus, per eum qui dilexit nos. 1 Joan. 4. 4. Vos ex Deo estis et vincistis eos, quoniam potentior est qui in vobis est quam qui in mundo est. 1 Joan. 5. 4. Quicquid natum est ex Deo vincit mundum, et hæc est victoria quæ vincit mundum, nempe, fides nra. Hinc exurgunt piorum illa fiducia, gloriatio, triumphus et quasi tripudia. Iob. 19. 25. 26. Equidem ego novi, redemptorem meum vivere et posteriorem super pulverem resurrecturum, et carne meâ me visurum esse deum. Psalm 23 - 1. Davidis. Jehova pastor meus, non egebo. V. 3. animam meam quietem efficit. V. 4. Etiamsi ambulavero p. Vallem lætalis umbræ. non timebo, quia tu mecum es. Pauli. Rom. 8. Vers. 38. Persuasum est mihi, neq; mortem, neq; vitam et cæt. posse nos separari a charitate Dei quæ est in J. C. D. N. 2 Tim. 1. 12. Novi cui crediderim et cæt.

Quæ πληροφορία, et quod gaudium in vis eē non potest qui de gratiâ Dei erga se et salute suâ dubij hærent.

Cæterum vero ex S. Scripturâ statuimus

Certitudinem fidei non requiri, aut necessariam esse ad salutem veræ fidelium in hac vitâ consolationē: quin potius ex se, naturâ atq; indole suâ pietati veræ et religionis studio efficere.

Certitudinem fidei ad solidam consolationem fidelium necessariam, et ad exercendum pietatis studium accommodam esse.

Certitudinem fidei ad solidam fidelium consolationē apprimè necessariam eē, et maximè ad exercendum pietatis, religionisq; studium accommodam, et utilem.

Constat id ex supra-citatis Scripturæ testimonijs, et ex eo quod legitur 2. Tim. 2. 19. Solidum fundamentū Dei stat, habens sigillum hoc, Novit Dominus qui sunt sui: et, Discedat ab iniustitiâ omnis qui nominat nomen Christi. et Eph. 4. 20. Vos autem non ita didicistis Christum. 21. Si modo eum audistis, et per eum edocti fuistis, sicut est veritas in Jesu, nempe, Deponere quod ad pristinam conversationem attinet veterem illum hominem, et cæt. Etiam ante probatum est, eam esse veræ fidei naturam, ut p. charitatem sit efficax. Gal. 5. 6. Joan. 3. 3. Qui hanc spem habent purificant seipsos, sicut et ille purus est, sc. qui illis hanc spem fecit. Unde et Apli, ex hac salutis certitudine, varias deduxerunt exhortationes ad pietatem et sanctitatem vitæ. Sic Paulus Rom. 6. 1. Postquam docuisset præcedenti Cap. Fideles cum Deo per Christum reconciliatos gloriari sub spe gloriæ Dei, et hanc spem eos minimè fallere aut pudefacere concludit. Quid igitur dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo? Et exinde V. 11. 12. 13. subjecit exhortationem ad vitæ sanctitatem, ita etiam vos colligite vosipsos tum mortuos eē peccato tum vero vivere Deo per J. C. D. N. Ne regnet igitur peccatum in mortali corpore vestro, ut obediatis peccato, in cupiditatibus corporis neq; sistite membra vestra, arma iniustitiæ peccato, sed sistite vos Deo, ut ex mortuis vivos, et membra vestra arma iustitiæ Deo. Et postea C. 12. V. 1. 2. absolutâ doctrinâ, de iustificatione p. fidem, sanctificatione, prædestinatione item, et quæ ex his fluit certitudine salutis.

salutis, hanc inde deduxit exhortationem: Precor igitur vos, Fratres, per miserationes Dei, ut sistatis corpora vestra, hostiam vivam, sanctam, placentem Deo &c. Idem passim alibi videre est. ut Eph. 4. et 5. et 1. Pet. 1. 13. et segg. Unde falsum esse constat. Doctrinam de certitudine salutis, veræ pietati obstare, seu noxiam ēē, et homines securos et prophanos reddere: cum fieri non posset, quin ys qui Chō vera fide insiti sunt, fructus proferant justitiæ et gratitudinis.

Tandem hanc doctrinam solidam consolationem piorum conscientys in ōibus adversitatibus et temptationibus adfere, eadem scriptura testatur. Psal: 119. 92. inquit David: Nisi lex tua eet vis oblectatio mea, iamdiu periissem in afflictione mea. et V. 103. Quam suaves sunt palato meo sermones tui! Suavior melle ori meo, et V. 111. Possideo testimonia tua in æculum, quia gaudium animi mei sunt. et V. 162. Gaudeo de sermone tuo, ut qui invenit prædam amplam. et 174. Lex tua omnis oblectatio mea. Ut in Christus spe mercedis Vitæ cælestis consolatur suos. Mat. 5. 11. Beati estis, cum probra iecerint in Vos, et persecuti fuerint Vos. et &c. Gaudete et exultate, quoniam merces Vestra multa est in cælis. Item Luc. 10. 20. Gaudete, quod nomina Vestra scripta sunt in cælis. Hinc dicitur Dimasken ille Candaces Reginæ Æthiopum iam baptizatus et de remissione peccatorum suorum, et de Vita æterna per Chrum obtinenda certus, perrexisse in viâ suâ gaudens. Rom. 5. 2. 3. Accessum habemus fide in gratiā istā in qua stetimus, et gloriamur in spe gloriæ Dei, nec hoc solum, sed gloriamur in afflictionibus. 1. Pet. 1. 5. 6. Custodimini per fidem in salutem, in quo exultatis, modicum nunc si opus est tristati in variis afflictionibus V. 8. 9. Credentes, exultatis lætitiâ inenarrabili et glorificatâ, reportantes finem fidei Vestræ, salutem animarum. Certum igr et solidum conscientiarum solatium, ex certitudine salutis et gratiæ Dei hauri: re solent Vere fideles.

Dubitationem fidei contrariam, et hominis pretiosam ēē.

III°. Asserunt Remonstrantes:
Dubitationem de salute laudabilem esse, atque utilem.
Quod falsum est et mere pontificium.

Scriptura enim contra testatur. Dubitationem contrariam ēē fidei et summe noxiam seu pernitiosam hominis.
Jacob. 1. 6. postulet cum fide, nihil ambigens. Rom. 14: 23. Qui dubitat si ederit condemnatus est, quoniam non edit ex fide. Unde constat fidem cum dubitatione stare non posse. Quapropter Vitam æternam credere, seu de ea certum esse, et de ea dubitare sese mutuo destruunt. Vere fidelis credit se Vitam æternam habere: Incredulus dubitat an sit habiturus. Jubemur credere Mar. 1. 15. Convertimini et credite Evangelio. et 9. 19. Corripuit Chrs incredulitatem dicens: O natio incredula, quousq; et &c. et Luc. 24. 25. O amentes et tardi corde ad credendum omnibus quæ locuti sunt Prophetæ, Apostolo certe Jacobus dubitationem C. 1. V. 6 et 7. Non laudat tanq; utilem sed contra damnat ut exitialem et noxiam. Qui ambigit similis est fluctus maris, qui ventis agitatur et iactatur. Non enim existimet homo ille se quicq; acceptarum a Dno. V. 8. Vir animo duplici et inquietus in omnibus Vijs suis. Contra commendatur summe fides Abrahæ quod omnem dubitationem excludens recta animi πληροφορία recumberet et acquiesceret in Dei promissionibus. Rom. 4. 20. Contra promissionem Dei non hesitavit tanq; destitutus fide, sed corroboratus ē in fide, et dedit gloriam Deo V. 21. Et firmiter credidit, quod quicquid promisit ei Deus potens eet perficere. V. 22. propter hoc imputatum est illi ad justitiam.

Conclusio gnls. de oīm Rem. Articulis.

Ex omnibus quæ hactenus allegata sunt, constare arbitramur, quid de hoc et ceteris Remonstrantium articulis sentiendum sit et statuendum.

Vz. Eos continere non pauca Nova, heterodoxa, apertè falsa, et cum SS. Dei Verbo, receptaq; iam olim communi consensu in Reformatis Christiani orbis passim Ecclesijs, in ysq; hactenus constantissimè tradita publicè privatimq; doctrinâ ex diametro pugnantia, et ex Pelagianorum Socinianorum, Pontificiorum, Anapaptistarum, aliorumq; Hæreticorum fœtidis lacunis hausta, dogmata detestanda, quæ, quum maximâ suâ parte Christ. Religionis fundamenta summè lædant, gratiæ simul et gloriæ Dei maximè sint inimica, utpote conversionem et salutem hominis a naturalis luminis bonoru, liberiq; arbitrij viribus suppe: dentia, studio sinceræ pietatis, et solidæ afflictarum conscientiarum consolationi haud parum adversa: Judicamus ea in nostris Ecclesiis nulla ratione toleranda, sed ex ys omni studio eliminanda. Contra vero Doctrinam hisce dogmatibus oppositam, ut Orthodoxam S. Scripturæ consentaneam, et modis omnibus salutarem, uti hactenus, ita deinceps constanter retinendam et docendam, ad Dei solius et Servatoris nostri J.C. gloriam, puri cultus Divini et Veritatis in hisce provincijs conservationem propagationemq;, proxumq; omnium salutem, et Patriæ nostræ bonum, pacemq; exoptatissimum.

Deum autem Opt. Max. ardentissime et quantis possumus votis invocamus, ut Illustriss. Ord. Gen. Patriæ nræ proceres Dñus clementiss. eorumq; ad hanc Synodum delegatos, Religiosq; Pro. Provinciarum singularum Ordines et Urbium magistratus ardenti gloriæ et pio domus suæ zelo accendat, quo benè cœptum et max. imis sumptibus inchoatam Ecclesiarum et Reipublicæ restaura: tionem magno animo feliciter prosequantur et perficiant, et ita apud suos oës, tam Exteros quam domesticos cum immortali suâ laude verè prædicentur Patres Patriæ, et Ecclesiæ Dei nutrity. Id summis votis optamus, et ita faxit ille Deus Opt. Max. et Pater misericordiarum per D.N.J.C. Amen. Votum nostrum concludentes cum Psalmistâ. Quis dabit ex Sione salutem Israelj! in reducendo Iehovam captivitatem populi sui, exultabit Jacob, lætabitur Israel. Psal. lxx. 7.

Sessio 92. Die Martis. 5. Marty.

Prælectum est iudicium Clarissi. D. Doct. Pareij de 1. et 2. Articulo Remonstrantium.

Sessio 93. eodem die post meridiem.

Dissertatio D. M. Martiny. De pson Servat. J-Chri.

Dixit D. Mathias Martinius, Professor Bremensis, de persona Servatoris Jesu Christi, cuius veram Deitatem ex S. Scriptura confirmavit et tria illa argumenta, primum ab omnipræsentia, secundum a creatione cœli et terræ, et tertium a nomine Jehova deducta contra Vorsty exceptiones defendit; necessitatem quoq; Veræ Humanitatis J.C. contra Remonstrantes solidè demonstravit, qui similitudinem Humanitatis in Christo ad nostram redemptionem perficiendam non ēē necessariam in declaratione nuper exhi: bita scripserant.

Sessio 94. die mercury. 6 Marty.

Prælectum est iudicium D. Doct: Pareij de 3. 4. et 5. Articulis Remonst. Monuit deinde D. Præses, nomine Cœtus Synodj, debitas gratias agendas ēē Reverendo Senj et Clarissi. Theologo D. D. Pareo, pro hoc tam docto solidoq; indicio, et rogandos ēē Illust. Ord. Genls ut et ipsorum nomine pro hoc labo: re, in usum Ecclesiarum nostrarum suscepto, gratiæ ipsi agantur, Quod ab oibj approbatum est.

Mota

Iudicia Collegialia de 5 Art: doctri: nã Rem. seclusa auditorio, ipsisq; Remonst prælegenda, et sessionibs aliquot sequentibus prælecta.

Mota fuit quæstio, an consultum esset, reliqua singulorum collegiorum iudicia præsente auditorio, et ipsis et Remonstrantibus prælegere. Declaravitq; D. Pr^s. se de hac re contulisse cum DD. Assessoribus, qui ob varias causas consultiùs et tutius iudicarunt, ut privatim, seclusis auditoribus, prælegantur. 1^o Propter Decretum D.D. Delegatorum, qui in initio ita statuerant. 2^o Quia hæc praxis continua et usus Synodorum est, ut deliberationes seclusis auditoribus habeantur, a quo usu recepto non temere discedendum est. 3^o Incommodum hoc adveniet, quod iudicium Synodicum spargetur per totum Belgium, antequ hic formatum fuerit, et immotesset plebs, priusquam ad D.D. Ordines relatũ fuerit. 4^o Aderunt et Remonstrantes, qui ex Varys ansam captabunt calumniandi. Ne ergo in talia incommoda incideremus, consultius iudicarunt D. Præses et Assessores in usu recepto permanere.

Rogati autem super hac re D.D. Delegati, dixerunt se sessione Vespertina responsuros, et interea deliberaturos.

Sessio 95. eodem die a meridie.

D. Delegati æquum iudicant posse excludi auditores ne quid eindè tempus eliminetur.

D.D. Delegati de supradictâ quæstione per D. Heynsium responderunt, Videri sibi æquum esse, ut, dum singulorum collegiorum iudicia leguntur ne quid ante tempus eliminetur, ut fieri solet, ne quis ab unâ vel ab alterâ parte admittatur; sed omnes auditores secludantur. Et, ut monerentur omnia et singula hujus Venerandi Synodus membra, ne cum ullo quicquam communicent eorum quæ in his iudicys audientur. Quod a tota Synodo approbatum est.

Prælecta sunt deinde iudicia Theologorum magnæ Britanniæ, et Palatinorũ, de 1^o Remonstrantium Articulo.

Sessio 96. die Jovis. 7 Marty.

Prælecta sunt de primo Remonstrantium articulo iudicia Theologorum Hassiacorum, Helvetiorum, et Nassavicorum.

Sessio 97. eodem die a meridie.

Prælecta sunt iudicia Theologorum Genevensium Bremensium, et prima pars iudicy Embdanorum, de 1^o Rem. articulo.

Sessio 98. die Veneris 8 Marty.

Prælecta est pars altera iudicy Embdanorum, et initium iudicy trium Professorum Belgicorum. D. Poliandri. Thysy. et Walæi. de primo Remonstrantium Articulo.

Sessio 99. eodem die á meridie.

Dissertatio D. Deodati de Hypocritis et verè fidelibus.

Dixit D. Deodatus Professor Genevensis, de hisce duabus quæstionib^s Sc. 1^a Quousq; possint pervenire hypocritæ et ἀπόβλητοι, qui tamen vera fide prædicti non sunt.

11^a Quousq; Verè fideles et filij Dei in gravia et atrocia peccata incidere possint, ut tamen gratia Dei et fide non totaliter excidant.

Sessio 100. Die Lunæ. 11 Marty.

Adventus D. Georgy Fabricy in locum J. Bysterfeldy. p.m.

Significavit D. Præses politicus, in locum D. Joannis Bisterfeldy. ſ.m. miſſū eſſe a generosis D. Comitibus Nassavicis et Vetteravicis, et advenisse D. Georgium Fabricium, Ministrum Verbj et Inspectorem in Windeck, in Comitatu Hanaviensj, cum literis a Generoso Comite Guilhelmo Ludovico a Nassau quibus lectis a D. Scribis in Synodum introductus, et a duobus D. Politicis exceptus, in locum Bisterfeldy perductus est. Et postquam tota Synodus declarasset hanc substitutionem sibj placere, D. Præses adventum ipsi gratulatus est, ille vero Juramentum Synodicum præstitit.

D. Præses declaravit, die Saturnj proxime elapso, diem statutum citatis Compensibus, et ultimum citationis terminum effluxisse, et deputatos quidem istius Ecclesiæ (quam Magistratus ipse vocat veterem reformatam Ecclesiā) advenisse, sed Pastores Compenses Voſcalium et Schütlerum, in suâ contumaciâ persistere, qui iam tertiâ vice a Synodo vocatj et citatj Venire recusarunt. Goſuinum autem et Mathysium, qui hic inter citatos Remonstrantes adsunt, exhibuisse sibj privatum scriptum, in quo vanys effugys defensionem suam contra accusationes prolatas et iudicium Synodj declinant.

Voſcalius et Schutleus ſ. sistunt in contumacia. +

Monitj et rogatj sunt omnes, ut post meridiem horâ tertiâ, ad hanc rem usq; ad horam quartam ſ. tractandam conveniant, de qua interim fratres Synodicj deliberare poterunt.

Judicia Professorū domest. de Prædestinatione eiusq; obiecto.

Prælecta sunt deinde quæ restabant in iudicio tertium suffragiorum Professorum: quod iudicium a D. Sybrando simpliciter approbatum est, et a D. Gomaro cum exceptione quæstionis de obiecto Prædestinationis.

Prælectum quoq; est iudicium D. Sybrandj Lubbertj, quod a tribus suppraedictis professoribus simpliciter, et a D. Gomaro excepta quæstione de obiecto Prædestinationis approbatum est. Et postremo iudicium D. Gomarj, quod etiam reliqui quatuor Professores, exceptâ prædictâ quæstione, de obiecto prædestinationis approbarunt.

Sessio 101. Eodem die a meridie

Prælectum est scriptum duorum Compensium pastorum, Goſuini et Mathisij, quibus exemplar accusationum omnium contra ministros Compenses in Synodo propositarum concessum, et datum fuerat, cum mandato, ut intra quatriduum respondeant; qui loco responsi, privatum hoc scriptum ad Præsidem miserant, in quo defensionem suæ causæ coram hac Synodo declinare, et exceptionibus vanis, detrectare conantur, ut se nec posse nec velle ad accusata coram hac synodo respondere significant, nisi restitutâ sibj famâ, ab accusatione frandis, mendacy, malæ fidej et rſ. cum quâ ab hac Synodo dimissi sunt liberenter.

Goſuinus et Mathisius Rem. Compenses detrectant ad accusata respondere, nisi restituta sibi famâ ab accusatione frandis mendacy, malæ fidej et rſ.

Prælectum est quoq; responsum ab accusatoribus, contra scriptum et exceptiones accusatorum traditum. Nec non ultima petitio deputatorum Compensium, tam respectu eorum Pastorum, qui domi manserant quam qui hic inter citatos Remonstrantes adsunt.

Omnibus expensis, statutum est, ut, elapso nunc extremo citationis termino, lata Sententia de suspensione duorum istorum sc. Voſculy et Schutlerj confirmetur et ratificetur. Et quantum ad duos reliquos qui hic adsunt sc. Goſuinum et Voſcalium, Placuit D.D. Delegatis et Synodo, ut illis significetur exceptiones illorum rejecj, et iniungi, ut missis tergiversationibus intra 14 dies plenè ad accusationes respondeant, idq; sub eadem pœna ſtumaciæ, quæ contra ipsorum collegas iam statuta et confirmata est.

Sententia Synodica de suspensione Voſculy et Schutlerj confirmata.

Exceptiones Goſuinj et Mathysij rejiciuntur, illisq; iniungitur sub pœna contumaciæ ut intra 14 dies ad accusata plenè respondeat.

Prælecta sunt deinde de 1.o Rem: Articulo, iudicia fratrum Geldrorum, Zuidhollandorum, Noordhollandorum et Zelandorum.

Judicia Geld: Suydholl. Noordholl. et Zelandorū de 1 Artic: prælecta.

Sessio 102.

Sessio 102. Die Martis. 12° Marty.

Prælecta de 1° Rem. Art: Indicia fæ. Ultraiect. Frisiæ. Trans-Isl. et Groning.

Prælecta sunt de primo Remonstrantium articulo iudicia fæ. Ultraiect. Frisiorum, Trans-Isulanorum, Groninganorum.

Sessio 103. Die eodem. post meridiem.

Item Drent. et Gallobelg.

Prælecta sunt Judicia Fæ. Drentanorum et Gallobelgarum de primo Remonstrantium articulo.

Deinde Ventum est ad prælectionem iudiciorum de secundo Remonstrantium articulo, suntq3 prælecta iudicia Theologorum magnæ Brittanniæ, Palatinorū et Hassiacorum.

Sessio 104. Die Mercury. 13 Marty.

De 2° Artic. prælecta Indicia Helvet: Nassav. Genev. Bremens. et Embdanorum.

Prælecta sunt de secundo Remonstrantium Articulo iudicia Helvetiorū Nassavicorum, Genevensium, Bremensium et Embdanorum.

Sessio 105. eodem die a Meridie.

Dissertatio Hen. Iselburgij de satisfactione Chr̃i.

Dixit D. Henricus Iselburgius Professor Bremensis de Satisfactione Chr̃i, ejusq3 necessitatem et plenitudinem solidissimè ex sacrâ scripturâ demonstravit.

Sessio 106. Die Jovis 14 Marty.

De 2°. Rem: Art. plecta iudicia Profess. Belg. Fæ. Geld. Zudbollā: et Nortbollandorum ——.

Prælecta sunt de 2° Remonstrantium articulo iudicia Professorum Belgicarum, itemq3 Fratrum Geldrorum, Zuydbollandorum et Nortbollandorum.

Sessio 107. eodem die a meridie.

De eodem Articulo indicia fæ. Zeland. Ultraiect. Fris. Transis. et Groningenæ.

Prælecta sunt de secundo Remonstrantium articulo iudicia fratrum Zelandorum, Ultraiectinensium, Frisiorum, Transisulanorum et Groninganorum.

Sessio 108. Die Veneris 15 Marty.

Item Drent: et Gallobelg:

Prælecta sunt de secundo Remonstrantium articulo iudicia fratrum Drentanorum et Gallobelgarum.

Indicia de 3. et 4 Articulis Rē. Theol. magnæ Britt. et Palatin.

Deinde Ventum est ad prælectionem iudiciorum de 3 et 4 Remonstrantium articulis, suntq3 prælecta iudicia Theologorum magnæ Brittanniæ et Palatin.

Sessio 109. eodem die a meridie.

Item Hassiacorū. Helvet. Nass. Genev. Brem et Embd: ex pte.

Prælecta sunt iudicia Hassiacorum, Helvetiorum Nassavicorum, Genevensium, Bremensium, et ex pte Embdanorum, de tertio et quarto Remonstrantium articulis.

Sessio 110. die Sabbati 16 Marty.

Indicij Embd: pars altera prælecta.

Prælecta sunt pars altera iudicij Theologorum Embdanorum, itemq3 iudicia Professorum Belgicorum, et fratrum Geldrorum de tertio et quarto Remonstrantium articulis.

Sessio 111. die Lunæ. 18 Marty.

Brandenb. Elect. Litera prælecta, quibus excusat suorū Theolog. absentiam.

D.D. Politici prælegerunt literas, datas ad Ord: Gen^ls. Foederati Belgij ab Illust. Electore Marchione Brandenburgico, excusante suorum ad hanc Synodum delegatorum absentiam, qui quamvis iam nominati nempè Christophorus Pelargus, et Joannes Borgius, inspectores Ecclesiarū Francofurtij

ad Oderam, et ibidem in Schola Professores, tamen tam propter adversam Valetudinem, quâ correptus Pelargus, quam propter negotium reformationis Ecclesiarum suarum, cui ultroq; intentus erat, adesse non poterant: Precante interea hinc Synodo omnia fausta, obtestante quoq; summum suarum Ecclesiarum cum reformatis, in omnibus consensum, et petente ut quę hic in negotio Religionis essent statuenda ad se mittantur, ut ea a Theologis suis approbari curet.

Indicia de 3. et 4. Rem: Articul. Geld. F. Sydholl. Northoll. Zeland. et Vltraject.

Prælecta sunt iudicia Sudhollandorum, Northollandorum, Zelandorum et Vltraiectinensium, de 3° et 4° Articulis Remonstrantium.

Sessio 112. Die eodem post meridiem.

Item Frisiæ. Trans Isul. Groning. Drenton. et Gallobelg.

Prælecta sunt iudicia Frisiorum, Trans-Isulanorum, Groninganorum Drentanorum, et Gallobelgarum de tertio et quarto Rem. articulis.

Sessio 113. Die Martis. 19. Marty.

Iudicia Theol. magnæ Brittanniæ et Palatin. de 5 Rem: Articulo.

Prælecta sunt iudicia Theologorum Magnæ Brittanniæ, et Palatinorum de quinto Remonstrantium articulo.

Sessio 114. eodem die a meridie.

Item Hassiac. Helvet. Nass. Genev. Bremens. de eodem 5. Art.

Prælecta sunt iudicia Theologorum Hassiacorum, Helvetiorum, Nassavicorum Genevensium, Bremensium, de 5° Rem. articulo.

Sessio 115. die Mercurij 20 Marty.

Item Embdan. Profess. Belgicor. Geldr. et Luydhollandr.

Prælecta sunt iudicia Theologorum Embdensium. D. Sybrandj a reliquis Professoribus, et reliquorum Professorum, a D. Sybrando approbatum item Geldrorum et Luydhollandorum de quinto Rem. articulo.

Sessio 116. eodem die a meridie.

Dissertatio D. Lud. Crocy de iustificatione hõis coram Deo.

Dixit D. Ludovicus Crocius, Professor Bremensis de iustificatione hominis coram Deo, fecitq; orationis snę duas partes.
1°. An fides iustificans propriè dicta per gratuitam acceptilationem Dei, in Christo, habeatur pro omni et plenissimâ iustitiâ legis, quam nos præstare tenebamur? Cuius negativam contra Vorstium et Bertium demonstravit
2°. Quid illud sit, fides credentis imputata ei in iustitiam; ubi ostendit fidem non propriè sed metonymicè accipi.

Sessio 117. Die Jovis. 21 Marty.

Iudicia de 5 Artic: Fratrum Northoll. Zeland. Vltrajectinor. et Frisior.

Prælecta sunt iudicia fr. Northollandorum, Zelandorum, Ultrajectinens et Frisiorum de 5°. Remonstrantium articulo.

Sessio 118 eodem die post meridiem.

Item Transisul. Groning. Drent. et Gallobelgarum.

Prælecta sunt iudicia Transisulanorum Groninganorum, Drentanorum Gallobelgarum de quinto Remonstrantium articulo.

Atq; ita absoluta est lectio omnium Collegialium iudiciorum de quinq; Remonstrantium articulis. Egit ergo D. Præses Theologis, præcipuè exteris, etiam provincialibus, de examinatis et diiudicatis articulis illis gratias.

D. Præs. gratias agit Thologis omnibus.

Et dixit

Declarat in ōibus indicijs ꝯmptum eē necessariū consensum. sc̄.

Et dixit: in omnibus indicijs illum compertum esse consensum, qui necessarius et sufficiens sit. ad formandum de Sententia Remonstrantiū Decretum Synodicum. Monnitq; ut ex singulis Collegijs, bonis statutis adsint singuli, qui audiant, in quibus sit iudiciorum consensus, et excerpiant articulos comprehendentes doctrinam, tam Orthodoxam quam Hetero-doxam de hisce controversijs. eosq; cum collegis suis communicent, eorūq; indicium ad conventum referant, ac pozzo cum Præside, Assessoribus et Scribis de formandis canonibus, et indicio Synodico deliberent.

Sessio 119. Die Lunæ. 25 Maij.

Ad formandos Canones sc̄.

Ex Theologis Exteris 4. et totidem ex Domesticis eligendos ad formandos Canones.

Proposuit D. Præses ex consilio D.D. Delegatorum, an non videretur fratribus consultum, quosdam ex Synodo deputare, qui secum, et cum Assessoribus laborent in conficiendis Canonibus, et formando Decreto Synodico de 5 Articulis?

Dixerunt etiam D.D. Delegati sibi consultum videri, ut querelis quorundam obviam eatur: monuerunt; ne nimis multi eligantur, ne personarum multitudo actionem impediat, iudicantes sufficere, si ex Theologis exteris eligerentur quatuor, et totidem ex Domesticis.

Nominantur 3. sc̄: Episcopi Landavens. Schultetius. Deodatus. et 3 ex Domest: Polyand. Walæus et Trygl[a]ndius.

Consilium hoc potioribus suffragijs fuit approbatum, ita tamen ut ratum maneat, quod ante statutum fuit, nimirum, ut Canones vel articuli recepti collegijs communicentur, eorumq; examini subjciantur, ut communi omnium consensu, deinde approbari et confirmari possint. Et sunt ad hanc rem deputati, tres ex Theologis exteris. R. Episcopus Landavensis. D. Schultetus et D. Deodatus. et tres ex domesticis. D. Polyander. D. Walæus et D. Trigl[a]ndius.

Interea a Collegijs singulis examinantur Canones.

Interea etiam, dum isti in hoc opere laborarunt, cessatum fuit a Sessionibus publicis, privatimq; a Collegijs canones excepti et examinati.

Sessio 120. Die Martis. 26 Aprilis.

Dixit D. Præses, fusse omnibus ac singulis abunde constare, quid Deputati ab hac Synodo ad conficiendos canones, tam orthodoxiam, quam Heterodoxian complectentes, toto isto tempore quo a conventibus Synodicis cessatum est præstiterint. quandoquidem a singulis Collegijs excepti, examinati, et ex ipsorum judicio reformati sint. Fuisse quidem ante hac consensum in omnibus necessarijs, sed non potuisse tam facile haberi consensum in forma: Rem tamen per Dei gratiam magno labore eo usq; ductam ut optatus ille consensus nunc habeatur. Hunc ergo conventum in eum finem indictum ee, ut omnes et singuli consensum suum publice coram Deo, et Generosis ac Nobilissimis Dll: D: Ord: Gen. Delegatis testentur.

D. Præses declarat, magno labore optatum consensum in formandis Canonibus iam haberi.

In hunc finem hunc conventum indictum, ut idipsum coram Deo et D. Delegatis testentur.

Prælecti sunt igitur primo loco Canones sive Articuli, de Divina Prædestinatione de quibus Synodici tam Exteri quam Domestici ad unum omnes consensum suum unanimes testati sunt. Articulos orthodoxos approbatos Heterodoxos vero rejicientes.

Prælecti sunt deinde Articuli, de morte Christi, et hominum per eam Redemptione: de quibus iterum Synodici omnes unanimiter consensum suum testati sunt.

Prælecti Canones de D. Prædest. approbantur ab omnibus.

etiam de morte Chri. hominumq; per eam Redemptione.

Sessio 121. Die Jovis. 28 Aprilis.

De errorib. Remonst. de morte Chŕi. canonibus inserendis.

Deliberatum ē de errore uno atq; altero Remonstrantium, Canonibus de morte Christi inserendo.

Sessio 122. Die eodem à meridie.

Articuli de hominis corruptione. et c. de p̄severantia Sanctorū. p. omnes approbantur.

Prælecti sunt articuli de hominis corruptione, et conversione ad Deum eiusq; modo: quos Synodici oēs unanimiter calculo suo confirmarunt. Prælecti sunt demiq; articuli de Perseverantia Sanctorum: quos Synodici omnes ut supra approbarunt.

Sessiones 123. 124. 125. 126. Die Sabbati ante et post meridiem 20 Aprilis. itemq; Die Lunæ 22. Aps. ante meridiem. et die Martis 23 Aprilis ante meridiem.

Subjciendus Appendix et formula reiectionis calumniarū.

Deliberatum ē de formula quadam reiectionis præcipuarum calumniarū quibus doctrina Orthodoxa à novatoribus in Belgio Sacteniis fuit gravata: quæ appendicis instar Canonibus prædictis cēt Subjicienda, estq; tandem à D. Præside et reliquis Deputatis Formula quædam brevis, solida ac tuta concepta, in qua omnes fratres Synodici, concordibus suffragijs acquieverunt.

Sessio 127. Die Martis 23 Aps. post meridiem.

Prælectis Canonibus omnibus Synodicis omnes, nomine excepto ys omnibus manu propria subscripserunt.

Factaq; sunt 3 Exemplaria. 1. pro D.D. Ord. Gen. 2. pro Civitate Synodica Dord: 3. pro D. Præside. p. singulis, Singuli subscript.

Post repetitam articulorum omnium prælectionem, proximè præcedenti Sessione inchoatam et hac Sessione absolutam, Fratres omnes Synodici, nemine excepto ys omnibus manu propria subscripserunt, Primo Articulis de Prædestinatione, deinde de morte Christi et Inde hanc redemptionem tertio, de hominis corruptione et ad Deum conversione, Quarto de Sanctorum perseverantia, quibus formula prædicta reiectionis calumniarū annexa erat. Facta sunt quoq; tria exemplaria. primum pro D. D. Ord. Generalib. reliqua duo pro Synodo, quorum alterum servabitur a Civitate et Ecclesia Synodali Dordracena, alterum a Dom: Præside. quibus Exemplarib. singulis eo quo dictum est modo subscriptum est.

Sessio 128. Die Mercurij. 24 Aprilis. ante meri.

Prælecta Epilogi formula continens inter alia censuram adversus Citatos Remōs.

Prælecta est formula Epilogi ~~iudicij~~ Canonibus Synodicis de quinq; articulis Remonstrantium subjciendi: inter alia censuram adversus Citatos Remōs continentis: Deq; ea Sententias suas dixerunt Theologi tam exteri quam domestici.

Sessio 129. Die eodem. a merid.

quæ a Synodo approbatur.

Epilogus ille, mutatis quibusdam mutandis a Synodo approbatus est.

Sessio 130. Die Jovis 25 Aprilis

De D. Maccovij ytra D. Syb. Lubberti quæstes

Prælectus est Libellus supplex. D. D. Maccovij, Profes. SS. Theol. in Academia Franekerana, conquerentis quod a Collega suo D. Sybrando et paucis alijs vocatis

fecit

fuerit in crimen Bezesios, et causa istius cognitionem, ad Synodum hanc defe-
rentis, petentisq; ut lectis accusationum capitibus, 4 arbitros a se et D. Sybrando
deligendos, de re tota ad Synodum refecatur, et ab ea quod equum et instum erit
statuatur.

Dixit D. Preses ab Illust. Ordinib. Frisiæ transmissa ee ante aliquot menses
quedam, præfictum D Maccovium concernentia, eorq; petere, ut causa hæc a Syno-
do cognoscatur et diiudicetur

Rogatus igitur D. Sibrandus, respondit D. Maccovium non a se, sed a Classe
Franekerana (cuius fnerat os) accusatum fuisse, partem adversam se non-
fuisse nec ee velle, ac propterea arbitros eligere nolle, sed causam hanc toto
Synodi deferre.

Fratres Frisij declararunt rem sic se ut Sybrandus dixerat habere, et capita
accusationum non a D. Sybrando, sed a Classe Franekerana ad Synodum Pro-
vincialem Frisicam fuisse transmissa.

Synodus plotioribus suffragijs statuit, capita accusationum et acta litis sessione
crastinâ ee prælegenda, atq; tunc dispiciendum quid facto opus sit, nempe
an D. Maccovius sit audiendus, et negotium p. Deputatos, an vero coram
tota Synodo sit transigendum.

Interim plecta e formula proœmij Canonibus Synodicis de 5 Articulis
Remonstrantium præfigendi: quæ quia prolixior erat, et toto genere stili
ab ipsis Canonibus et Epilogo variaret, Visum fuit aliam quandam conci-
siorem, gravem tamen nerosam, et nihilominus lenem concipere

Formula proœmij nimis prolixa, concisior concipien-
da.

Sub finem huius Sessionis exierunt ex D. Delegatis Generosi D. Brederodij
Consultissimiq; D. Martinus Gregorij, D. Simon Scottus, et D. Oeconomus Ysbrans,
profecturi Hagam Comitis, et relaturi ad D. P. Ord. Gen. quid hactenus in
negotio 5 Articulorum Remonstrantico a Synodo actum sit.

Ex Delegatis proficiscuntur Hagam Comitis, relaturi D. O. Gen. quid in causa 5 Art. actum sit hactenus

Sessio 131. Die eodem a meridie

Formula proœmij de novo a Deputatis Synodi concepta bis prælecta est:
quæ mutatis quibusdam mutandis Synodo placuit.

Formula proœmij approbata.

Sessio 132. Die Veneris. 26 Apr. ante merid.

Prælectus est alter Libellus supplex D. Maccovij, petentis ut aliud quoddā
scriptum, præter illa quæ ab Ordinib. Frisiæ transmissa erant, ad de-
fensionem causæ suæ propter varias quas adferebat rationes prælegatur.

D. Maccovius.

Prælecte quoq; sunt literæ D. Ord. Frisiæ, quibus scripta concernentia
negotium Sybrandi et Maccovij ad se devolutum, ad Synodum hanc trans-
miserunt, petentes ut Maccovius favorabiliter audiatur, et de toto negotio
sic transigatur.

Quare incepta est prælectio actorum Litis, quæ fuerat inter partes con-
testata, coram D. Ordinib. Frisiæ.

Ac primo prælecta ē accusatio adversus D. Maccovium instituta, Et a
Classe Franekerana exhibita.

Sessio 133. eodem die a meridie.

Prælectæ sunt responsiones diæ D. Maccovij, una brevior, et altera prolixior
ad accusationum singula capita.

Deinde plecta est Epistola, continens iudicium facultatis Theologicæ Heydelbergensis de Thesibus, de traductione hominis peccatoris ad vitam sub Maccovio disputatis, ab eadem facultate ad Ordines Frisiæ conscripta, et ab ysdem ad Synodum hanc transmissa.

Erant præterea ab Ord: Frisiæ transmissa dictata quædam et varia Theses Maccovij.

Sed ne legendis ys omnibus Synodus cum dispendio temporis detineretur, quæsivit D. Pr^s. quis modus procedendj, qui maximè expeditus sit in negotio hoc videatur servandus, Item, an textium illud scriptum Maccovij, cuius in secundo Libello supplice meminerat hic iam sit prælegendum?

Dixerunt super utroq; sententias Theologi Exteri, et inter Professores Belgas, D. Poliander et Sybrandus.

Sessio 134. Die Sabbati. 27 Aprilis.

Dixerunt Sententias reliqui Professores, et Theologi Provinciales. Visumq; fuit pluribus suffragiis, eē ~~fertis~~ ab hac Synodo deputados tres ex Exteris, et totidem ex Provincialibus, qui causā Maccovij cognoscant, Scriptumq; illud quod prælegi petyt legant et examinent, ac de re tota ad Synodum referant, Sunt autem ad hanc rem pluribus suffragijs electi - ex Theol. Exteris. D. Ab. Scultetus, D. Steynius, D. Breitingerus. et Ex Provincialibus, D. Gomarus, D. Thisius. et D. Menius, qui a d. Præside monitj sint, ut rem exactè cognoscant et D. Maccovium plenè audiant, atq; Academiæ Franekeranæ, et Ecclesiarum Frisicarum rationem habeant.

Sessio 135. Die Lunæ. 29 Apr. ante meŕ.

Campenses Magistr. petunt scripto intercessionē Synodj pro dimissione D. Gml. Steph. et D. P. Planey Junioris. apud Præsbit: et Magist: Arnhem: et Hasseltanam.

Prælectæ sunt binæ Literæ amplissi. Magistratus Campensis, petentis ab hac Synodo precibus, intercessionem apud Præsbiterium et Magistratū Arnhemiensem pro dimissione D. Doct. Guil. Stephanj, alteris, intercessionem apud Præsbiterium et magistratum Hasseltanum, pro dimissione D. Petrj Planey junioris ut literæ possit adhiberj ad functionem ministerij in Ecclesia Campensj.

quod consultius visum fuit committendum Præsbiterijs et Classibus locorum.

Indicarunt autem fratres Provinciales, quos res hæc propriè spectabat non ēe consultum, ut Synodus hæc se particularibus eiusmodj immiscat, sed totum hoc negotium committendum ēe suis Præsbiterijs et classibus.

Significavit D. Præses, Campenses nomine huius Synodj antehac monitos, ut abrogarent Lectionem illam publicam in templis, loco concionum institutam, per Literas (quæ etiam prælectæ sunt) petijsse, ut lectio illa ad finem huius Synodj possit continuarj, ne Populus interea dum caret concionibus, omnj careat exercitio publico, interim se omnem adhibere diligentiam, ut Ecclesys suis prospiciatur de pijs et Orthodoxis Pastoribus, et paratos ēe, se statutis Synodicis subijcere, Verum quia actio Synodica de 5 articulis Remonstrantium ad finem producta est, dixit D. Præses, non ēe operæ pretium hac de re aliquid nunc statuere.

Formula precum approbata.

Mutatione mutandorum, in formula proœmij ex decreto Sessionis 131. iam facta, ea formula rursum prælecta, et prout nunc se habet omnium calculis comprobata est.

Significavit.

Deinde de iudicio D.D. Molinej vide pag: 345.

Significavit D. Præses, Cuziss. Theologum, D. Petrum Molinæum Pastorem Ecclesiæ Parisiensis, ad D. Deodatum, transmisisse iudicium suum de 5. Art: et controversys in Belgio motis, eumq; petijsse ut publicè hic prælegatur. Quæ Prælegi placuit, et maxima ex parte lectum est.

Sessio 136. eodem die a meridie.

Prælectum est quod restabat in iudicio D. D. Molinej, quo doctrinã nostram orthodoxam breviter ac solide confirmavit, errores q; Remonstrantium reiecit et refutavit.

D. Delegati Hagâ reversi, refer: unt. D. Ord. Gen: audito negotio de 5 Art: Valde gavisos fuisse Deoq; gratias egisse, curamq; et laborem Theologorũ vim agnosse. et rf.

Dominj Delegatj Hagâ Comitis reversi, retulerunt, Illustrjss. Ordines Gñls, audito quod negotium de 5 Articulis Remonstrantiũ, et controversys inde exortis, consonantes omnium Synodicorũ Voces Confectum atq; definitum sit, Valde gavisos fuisse, Deo gratias agere, et curam ac laborem omnium Theologorum, tam Exterorũ quã Provincialium agnoscere. Eosq; petysse, ut Synodus reliqua quæ agenda restant, quam citissime absolvat, et quamprimum se accingat, ad relectionem Confessionis Belgicæ ex more in omnibus Nationalib. Synodis recepto, eaq; quæ propriè Doctrinam spectant, examinet, et observet, num in ijs sit aliquid Heterodoxum, et Verbo Dej dissentaneum.

Tempus promulgandj Statutũ Synodica, eligitur dies Lunæ proximus.

Ad tempus promulgandj Statutj Synodicj, de 5. Supradictis Art: quod attinet, significarunt D.D. Delegatj, se elegisse diem Lunæ proximum, nisi Synodo aliter videatur. Synodo autem dies ille placuit.

Ad manus sumitur Confess. Belgica.

Deinde in manus sumpta ē Confessio Belgica, et quia Exemplaria Variant, Visum fuit illud prælegi quod extat in corpore sive Syntagmate Confessionum fidej, ut pote orbj Christiano notissimum, extq; quo integra Confessio Belgica a capite ad calcem prælecta fuit.

Sessio 137. Die Martis. 30 Aprilis autem.

Rogat D. Præses sententias de prælecta confessione Belgica monetq; singulos, ut seposits ijs, quę ad methodum, phraseologiam, verba et similia spectant, de quibus postea a Provincialibus agendum erit, iudicent de substantia doctrinæ et collegialiter declarent, an in ea animadverterint, quod sit Heterodoxum et Verbo Dej dissentaneum.

Rogat D. Præses monetq; ut animadvertant singuli, an contineat aliquid quod sit Heterodoxum, seposits ijs quæ ad methodũ phraseologiam, verba et similia spectant, quæ postea Provincialibus committentur.

Sententia Th. Magi Brittanniæ de Confessione Belgica.

Dixerunt Sententias suas Theologi Magnæ Brittanniæ

Hora decima exierunt D.D. Delegatj et tota Synodus, extulerunt q; fũus Nobiss. Virj D. Lambertj Cantej Senioris Ultraiectinj, qui ab Ecclesys Provinciæ Ultraiectinæ Orthodoxis ad hanc Synodum delegatus, 28 hujus mensis ex Febre continua Dordrechtj obierat.

Fũus D. Lamb. Cantej.

Maccovius.

Reversis a funere in locum consessus, prælectum fuit scriptum eorum, quia ad cognoscendam causam D. Maccovij, a Synodo deputatj erant, quo significarent quid de causa Maccovij iudicarent, minimum, nullius hæreseos eum posse coargui, et immerito istius fuisse accusatum, in aliquibus tamen loquendj et agendj modis peccasse, graviterq; monendum ut in posterum ab ijs abstineat. Et quia Deputatj prædictj spem fecerant Litteras hujus inter scholes componendæ, rogatj sunt, ut a medio die conveniant, eiusq; rei scriptum faciant, et ad Synodum referant.

Sessio 138. eodem die a meridie.

Theologi omnes tam exterj quam Domestiçj comprobant unanimi consensu Confessionem Belgicam. tanq̃ verbo Dej gsentaneam. Precantes Deum ut Ecc. Belg. in ea adsensu suo confirmet.

Dixerunt Sententias de prælecta confessione Belgica reliqui Theologi omnes. tam exterj qꝫ provinciales, et declararunt unanimj gsensu comprobarj sibj dogmata omnia et singula, confessione Belgicâ gprehensa tanquam verbo Dej consentanea. Precantes Deum ut Ecclesias Belgicas in veritate ista, ad Illustrem J. Christj adventum usqꝫ confirmet et conservet.

Quo audito D. Delegatj gratias pro ista declaratione egerunt.

Quo audito D D. Delegatj gaudium suum ex unanimj hoc gsensu pioqꝫ voto testatj sunt, et Synodo prò declaratione ista gratias egerunt.

Sessio 139. Die Mercurij. 1° May. ante m.

D. Delegati nomine D. Od. Gen. significant illorum ee mentem ut similiter fiat de Catechesi.

Significarunt D D Delegatj. mentem Ill. D. D. Od. General. ea ut post prælectam et approbatam confessionem Belgicam, proximè prælegatur Catechismus. originaliter a Palatinis conscriptus et ab Ecclesijs Belgicis hactenùs receptus, Deinq̃ eo pari ratione, ut supra de confessione, iudicetur, eos quidem de veritate istius non dubitare, sed magnum tamen piorum ipsi accessurum, et communibus omnium calculis confirmetur.

Quare prælectus est a capite ad calcem.

Prælectus ē igitur integer Catechismus a capita ad calcem, monitiq̃ sunt Synodicj omnes, ut postmeridiana quinta collegiales sententias dicant.

Sessio 140. Die ~~Jovis~~. Eodem. 1 m.

Synodici collegialiter dicant sententias suas de Catechesi quã Orthodoxam et verbo Dej consentaneam judicant. Deum precantes ut etiam hanc doctrinã tueatur.

Dixerunt Synodicj collegialiter sententias suas, de prælecto Catechismo eumq̃ omnes et singuli tam exterj qꝫ Provinciales, quoad substantiã doctrinæ ut Orthodoxum et verbo Dej consentaneum approbarunt. Deum precanter ut doctrinam scripto isto comprehensam gratiosè, ut hactenus ita porro tueatur, et in Ecclesijs suis, præsertim Belgicis vigere faciat.

Specialiter autem dixerunt Theologi Mag. Brittanniæ, ~~etiam~~ se habere explicationem articuli de descensu Christi ad Inferos, fidei analogam etiamsi sint qui statuant sensum illum isto articulo non continerj quod idem etiam a Bremensibus dictum fuit.

Palatinorum declaratio, quomodo Catechesis diversis temporibus fuerit oppugnata, etiam in præsentia Imperatoris, sed a nemine expugnata.

Palatinj Catechesin hanc iussu Friderici tertij. Elect. Palatinj. honoratiss. Memoriæ, a celeberrimis Theologis A° 1563. summâ curâ fuisse conscriptam et a Papis, diversis temporibus oppugnatam quidem sed a nemine expugnatam, ipsumq̃ Electorem Fridericum istius defensionem in Comitijs Imperialibus Augustæ Vindelicorum A Maximiliano Imperatore A° 1566. celebratis, ex verbo Dej adversus quoscunq̃ suscepisse.

Considerationes autem remonstrantium, de quibus in Palatinatu iam ante multa audiverant, a se nunc visas et examinatas, ipsum hanc Catechesin sibj amabiliorem reddidisse, quia videant non cum scriptura S. sed cum Socino compactam eam fuisse, et rel.

Considerationes autem Remonstrantium ipsum hanc Catechesin amabiliorem reddidisse, videntes non cum Scriptura Sacra sed cum Socino compactam.

Sessio 141. Die Jovis 2°. May. a m.

D. Delegati declarant, Synodum post hunc Inceptum laborem, satisfacturam desiderijs D. Ord. Si porro examen Doctrinæ Vorstianæ in se susciperet. non ut eorum arbitratu, sed ex ipsius scriptis iudicetur.

Dixerunt D.D. Delegatj, Synodum iam supasse magnum laborem in examinandis et diiudicandis 5 Art: Rem. Et recognoscendis brevibus Doctrina reformatæ Belgicæ, Confessione sc. et Catechesi. Atq; eam porro desiderio Illust. Ord: Generalium satisfacturam, si in se suscipiat examen Theologiæ Vorstianj, eorumq; Determinationibus iudicio suo inferr: Viat, quid de ea sit statuendum. Non ēē tamen ipsorum mentem, ut ipse Vorstius huc evocetur, et Synodus isto negotio diu detineatur, Sed ex scriptis Vorsty, de ipsius Theologia breviter iudicetur: Eo magis quia notum sit, quid Rex ille magnæ Brittanniæ, itemq; schola Jesuitica et professio Lutheranorum de eâ sentiant.

Epistola Vorsty prælecta.

Quia autem Vorstius ante paucos dies ad Synodum Epistolā miserat eiusq; exemplaria singulis Theologorum Exterorum collegijs exhibita erat ~~fuit~~ ea publicè in Synodo prælecta. in qua obmixè admodum petit de se et scriptis suis sincerè, candidè, benignè, et secundū charitatē iudicarj, et si alicubj errare deprehensus sit (cui errare humanum est) ex verbo Dej argumentis quę conscientiæ suæ possint satisfacere erroris convinci, et melius erudirj ad amicam συζήτησιν susceptionem Vel cum Theologis exteris, vel cum alijs quibusdam viris, pijs ac Doctis, qui ipsi merito suspecti non sint, sese offerens.

D. Præses dixit: omnibus notum esse quid Rex Magnæ Brittanniæ Facultas item Theolo: Basiliensis et Heydelbergens. de Vorstio eiusq; Doctrina iudicarint, quidq; Heidelbergenses cū illo egerint quamq; promisso non steterit nec iuramentū præstitum servaverit.

Hac Epistolā prælectā dixit D. Præs. notum ēē, quid ante aliquot annos, non tantum Rex magnæ Brittanniæ, sed etiam facultas Theologica Basiliensis et Heydelbergensis, de Vorstio eiusq; doctrinā iudicarint, item quid ante annos aliquam multos, ex petitione Generosi Comitis Benthemiensis facultas Theologica Heidelbergens. cum dicto Vorstio egerit, quamq; promisso non steterit, nec præstitum ibj iuramentum servaverit. Vorstium quoq; directè huic Synodo non subesse, quia ab Ecclesijs reformatis Belgicis Orthodoxis, nunquam pro fratre aut membro fuit agnitus. Attamen quia D. Ord: Generales examen doctrinæ ipsius instituj Volunt, hoc ipsorum Dom: negarj non posse. Quare fratres Synodicos monuit ut summariè pro notitiā quam habent de doctrinā Vorsty, ex scriptis ipsius publicè editis, quid de ea sentiant declarent, et pro solutum conventum domj collegialia iudicia formentur: atq; ea sessione proxima proponant vel prælegant, in quem finem prælectus est catalogus quorundam Vorsty dogmatum, a Professoribus Belgis ex libro de Deo, alijsq; ipsius scriptis contextus, quę quia notissima sunt monuerunt D.D. Delegatj ut negotium hoc quam brevissime expediatur.

Vorstium huic Synodo directè non subesse, ut qui pro Ecclesiæ nostræ membro nunq; agnitus et rj.

Montij de eius doctrina ex ipsius scriptis domj collegialia formentur iudicia.

Sessio 142. Die Veneris.

Prælegerunt Judicia sua Collegialia, Synodici omnes tam Exteri qr Domestici de Theologiâ Vorstianâ, Interq; Noortbollandorum Hoc fuit: —

IUDICIUM
Noort-Hollandorum de Theologia D. Conradi Vorstij.

Noortbollandorum de doctrina Vorstiana iudicium.

Noort-Hollandi iussi de D. Conradi Vorsty Theologia sententiã suam dicere, non possunt non, quin ipsi et Ecclesiæ Noortbollandicæ de ea sentiant summatim et breviter exponere.

Expensis itaq; diligenter, et in timore Domini, ut antea sæpe ita et nunc, ijs quæ prædictus Vorstius in suis passim scriptis tradit ac imprimis in libro de DEO, indicant, præfer iam damnatos, ab hac Venerando Synodo, in quinq; articulis errores, quos cum Remonstr. communes habet plurima extare, cum sacris literis, et doctrinâ in Ecclesijs, ex Dei Verbo verè reformatis, receptâ, apertè, et ex diametro pugnantia dogmata, quorum sunt ex multis pauca hæc quæ sequuntur: Nam.

I°. De DEO et ATTRIBUTIS DEI docet.

Lib. de Deo. pag. 209. 210.

In Deo esse aliquam diversitatem, compositionem, accidentia, esse aliud et aliud, subiectum et accidens. et rs.

Pag. 208. 209.

Tres saltem, si non plures, res diversas esse in Deo: Aliam rem et diversam personam esse Patrem, aliam et diversam Filium aliam et diversam Spiritum S.

Personas esse entia realia, verè diversa. et rs.

P. 237.

Substantiam Dei Videri iam ab Angelis, et Videndam olim a nobis.

Pag. 232. 234. 237. 238.

Non esse processus simpliciter infinitam, et immensam, sed tantum nostri respectu, et comparatè; sicut numerus stellarum et arena maris nostri respectu infinita sunt.

P. 237. p. 232. 233.

Deum revera suâ substantiâ in cœlo altissimo eodemq; capacissimo habitare; in terra vero ubiq; virtute, et sapientiâ suâ. et r.

Nec posse immensitatem et omnipresentiam eius ex scripturis probari.

Pag. 311. 312. 371. 440. 441.

Deum non omnia et singula ab æterno præscire, sed ea quæ apud se præcisè definivit.

Pag. 293. 297.

Dei Voluntatem mutabilem ee, in ijs quæ sub conditione Vult fieri, et pend.

pag. 306. 312. 451.

et pendere ab hominis voluntate prestatione, qui si non facit quod ditio habet, Deus iam non vult id facere, quod alioqui facere volebat.

p. 451. 452. 271. 439. 441.

Deo propriè dictam spem, et expectationem attribuj posse, metum item et discursum. etc.

2°. De Operibus et Providentia Dei.

pag. 239 —.

Materiam primam Deo coeternam diej posse, cuj et locum coeternum attribuit, etiam respectu Dej multa contingenter fierj.

3°. De Christo.

In libel. de auth. S. Script. Cath. Error. Sybrandj 12.

Quem sepius vocat cum Socyno Divinum hominem, et argumenta precipua quę pro Deitate Christi sumuntur, à nomine Jehovę, ab æternitate, et eo quod unigenitus Dej Filius vocatur, ab omni presentiâ ab opere Creationis, et a cultu Divino, quj ipsi exhibetur, passim enervat,

Lib. de filiatione.

4°. De Hypostatica Unione.

Apol. Exeg. p. 87. 89.

Indistantem presentiam Deitatis cum humanitate necessariam non esse ad personalem naturarum in Chro unionem: Sed referendā ad arcanum quendam personalitatis τῶ λόγῳ influxum aut illapsum, sive aliquam aliam singularem Deitatis operationem.

5°. De Satisfactione Christi.

Cath. Err. Syb. p. 31. Confes. pag. 6. 13. 14.

Christum non satisfecisse rigorj iustitiæ Divinæ, Satisfactionem autem Chrj in eo positam esse, quod Deus obedientiam Christj, tanq; æquipollentem, loco plenissimę satisfactionis acceptavit: nec interim precisè id omne a Chro exegit, quod iuxta rigorem iustitiæ à nobis peccatoribus exigere potezat.

6°. De Fide Iustificante.

Confes. p. 14 et 32. Cath. Err. Syb. p. 62.

Fidem iustificantem non esse plerophoriam illam de satisfactione Chrj pro nobis prestita; Et credere idem ēē, quod precepta Chrj observare.

7. De Iustificatione Peccatoris coram Deo.

Cat. Err. Syb. pag. 50. 42. 46. 48. 49. 54. 55. 61.

Confes. p. 30. 33.

Christi obedientiam non ēē illam iustitiam q̄ quam iustificamur: Sed iustificarj hominem, ipsa fide formalitez, sive per fidem ut opus, q̄ resipiscentiam, q̄ obedientiam, et observationē preceptorū Evangelicorum.

Preterea nec recte secundum Analogiam fidej sed q̄ peram scribit de discrimine Veteris et Novj Testamentj. Resurrectionis carnis etc. Quæ omnia ab ys quj superiore anno a classibus Northollandicis ad id specialiter deputatis fuerunt, institutâ iustâ Collatione in scriptis Vorstj sunt deprehensa, quę maximâ suj parte, antè aliquot annos a Serenissimo M. Britanniæ Rege, a facultate Theologica Heydelbergensi et Basiliensi, alysq; Clarissimis Theologis, ne q̄dē Lutheranorum et Pontificiorum exceptis, oppugnata et damnata dogmata Northoll. reyciunt, et ut absurda, temeraria, falsa, et prorsus blasphema Dej et Servatoris Chri gloriam summè ledentia, fidem et salutē subvertentia ideoq; in Ecclesijs et Scholis reformatis minimè ferenda, suo et suarum Ecclesiarum nomine, pectore toto, et ex animo detestantur. Supremasq; hasce Provinciarum potestates, Illust. D. D. Ord. Gen. rogant obnixè, ut Ecclesias Belgicas hoc onere et Scandalo liberent.

Similiter reliquorum Theologorum suffragijs communibus, collegialiter, et unanimj consensu Theologia Vorstj damnata ē. Rogavitq; D. Præses D. Delegatos, ut indicium hoc D. D. Ord. genūs optimâ formâ comendent. Illj autem voluerunt, ut ex omnibus indicijs unum aliquod indicium Synodicum formetur, idq; Sessione proximâ prælegatur et approbetur.

Sessio 143. Die Sabbati. 4 May. a. m.

Formula decreti Synodici de Theologia Vorsty.

Prælecta est formula Decreti Synodici, de Theologia Vorsty, ex Collegialibus Theologorum indicijs concinnatâ: Estq; de ea deliberatum.

Sessio 144. eodem die. p. m.

Formula Decreti, mutatis quibusdam a Synodo approbata est.

Formula suprædicta approbata.

Ex petitione Anglorum, subscriptum est Exemplari quarto Canonum de 5 Articulis, pro Serenissimo Rege Magnæ Britanniæ.

Maccovius.

Significavit D. Præses causam Maccovij, per deputatos huius Synodi, amice eē transactam, quod ipsum D. Schultetus nōie ōium declaratione sua confirmavit. Estq; formula Pacificationis prælecta, quę tria hęc continebant.

Primo. D. Maccovium non eē compertum reum Socinianismi, Pelagianismi, Papismi, Pentibismi, aut ullius hæreseos.

Secundo, monendum tamen, ut caveat sibi, a sugillatione distinctionum a Theologis nostris usitatarum, et utatur modo loquendi, plano, trito et Sæ Sc consentaneo, cum Collegis pacē colat, et studiosam iuventutem ad observantiam præceptorum suorum hortetur.

Tertio, Monendos eē ipsius accusatores, ut, nisi firmiora probationum Argumenta habeant, ab istiusmodi accusationibus abstineant.

In hac autem pacificatione Synodus acquievit.

Promulgatio Sententiæ de 5 Articulis in templo maximo præsente auditorio, fit mittitur.

Significavit D. Præses, placere D. Delegatis, ut promulgatio Sententiæ, de 5 Artic. Remonstrantium, fiat præsente auditorio, atq; huius actionj esse destinatum templum huius Urbis maximum, quare Synodicis omnibus die Lunę proximo hora octava erit conveniendum atq; ex ordinario consessus loco, in templum dictum progrediendum.

Sessio 145. Die Lunæ. 6 May. h. a.

Convenerunt D.D. Delegati atq; tota Synodus in locum consessus ordinarium, atq; habita precatiuncula ad Deum, ut instans actio posset spectare, ad honorem ipsius et ædificationem Ecclesię, exierunt simul omnes et progressi sunt ad templum maximum, ubj in Choro post solemnes preces, a D. Præside conceptas præsentibus quibusdam ex Ordinib. Generalis, etiam Comite Ernesto a Nassau, et Magistratu Dordraceno Vargsq; nobilibus et exteris et domesticis, in corona frequentissima plurimorum et omnis generis undiq; confluentium hominum, a scribis prælecta est, ex eminentiori loco, solenniter ad id præparato, quæ sequitur.

Conventus totius Synodi, cum D. Delegatis, Comite Ernesto Nassavico, cum magno Comitatu nec non Magistratu urbis ad templum.

Synodica Sententia de quinque Articulis Remonstrantium.

In nomine Domini, et Servatoris nostri Jesu Christi
Amen.

Præfatio.

Inter plurima quæ Dominus et Servator noster Jesus Christus militanti suæ Ecclesiæ, in hac extrema peregrinatione dedit solatia merito celebratur illud, quod ei ad Patrem suum, in cœlestè sanctuarium abiturus reliquit, Ego (inquiens) Sum vobiscum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi. Huius suavissimæ promissionis Veritas elucet in omnium temporum Ecclesia quæ: cum non solum apertâ inimicorum violentiâ, et hæreticorum impietate, sed etiam occultâ seductorum astutiâ, inde ab initio fuerit oppugnata: Sanè si unquam salutaris promissæ suæ præsentiæ, præsidio, eam destituisset Dominus prædem aut Vitiatorum, fuisset oppressa aut fraude impostorum in exitium seducta. Sed bonus ille Pastor, qui gregem suum pro quo animam suam posuit constantissimè diligit, persecutorū rabiem tempestivè semper, et exertâ sepè dextrâ mirabiliter repressit, et seductorum vias tortuosas, ac consilia fraudulenta detexit atq; dissipavit: In utroq; se in Ecclesia sua præsentissimum ēē demonstrans.

Huius rei illustre documentum extat in Historijs piorum Imperatorum, Regum et Principum, quos filius Dei in subsidium Ecclesiæ suæ toties excitavit, sancto zelo domus suæ accensos, eorumq; opera non tantùm Tyrannorum furores compescuit, sed etiam Ecclesiæ, cum falsis doctoribus Religionem variè adulterantibus conflictanti, Sanctarum Synodorum remedia procuravit, in quibus fideles Christi servi coniunctis precibus, consilijs ac laboribus, pro Ecclesia et Veritate Dei fortiter steterunt. Satanæ ministris, licet in Angelos lucis se transformantibus intrepidè se opposuerunt, errorum et dissidij semina sustulerunt, et sincerum Dei cultum ad posteritatem illibatum transmiserunt.

Ecclesiam in pura Religionis concordia conservarunt

Simili beneficio fidelis noster Servator, Ecclesiæ Belgicæ Annos aliquam multos afflictissime gratiosam suam præsentiam hoc tempore testatus est, Hanc enim Ecclesiam a Romani Antichristi Tyrannide et horribili papatus Idolatriâ potente manu Vindicatam in belli diuturni periculis toties miraculosè custoditam, et in Veræ doctrinæ atq; disciplinæ concordia ad Dei sui laudem, admirabile Ecclesiæ et Reipublicæ incrementum, totius q; Reformati orbis gaudium efflorescentem Iacobus Arminius eiusq; sectatores nomen Remonstrantium præ se ferentes Variis tam Veteribus quam novis erroribus, primum tectè, deinde apertè tentarunt, et scandalosis dissensionibus ac schismatibus pertinaciter turbatam, in tantæ discrimen adduxerunt, ut florentissimæ Ecclesiæ, nisi Servatoris nostri Misericordia opportunè intervenisset horribili dissidiorum et schismatum incendio tandem conflagrassent.

Benedictus autem sit in Secula Dominus, qui, postquam ad momentū faciem suam a nobis (qui multis modis iram et indignationem suam provocaveramus) abscondisset, universo orbi testatam fecit, se fœderis sui non oblivisci, et inspicia suorum non spernere. Cum enim Vix ulla remedij spes humanitus appareret, Illustrissimis ac Præpot. Belgij Fœderati Ordinibus, generosam hanc mentem inspiravit, ut Consilio et directione Illustrissimi et fortissimi Principis MAVRITII.

Legitimis medijs (qua ipsorum Apostolorum, et eos sequutæ Ecclesiæ Christianę Exemplis longo temporum ~~dife~~ decursu sánt comprobata et magno cum fructu in Ecclesia quoq; Belgicæ ante hac usurpata) servientibus hisce malis obviam ire decreverint, Synodum ex omnibus quibus præsunt Provincijs authoritate sua Dordrechtum convocarent, expeditis ad eam, et favore Serenissimj illustrissimorum et Præpot. Regis, Principum, Comitum et Rerumpublicarum, impetratis plurimis gravissimis Theologis ~~expe-~~ ~~ditis~~, ut communj tot Reformatæ Ecclesiæ Theologorum indicio ista ARMINII eiusq; sectatorum dogmata accuratè in celeberrima Synodo examinarentur, et ex solo Dej Verbo diiudicarentur, Vera Doctrina stabiliretur et falsa rejicerentur, Ecclesijsq; Belgicis concordia, pax et tranquillitas Divina benedictione restitueretur. Hoc est illud Dej beneficium, in quo exultant Ecclesiæ Belgicæ, et fidelis servatoris Sui miserationes humiliter agnoscunt et gratè prædicant.

~~Hæc~~ igitur Veneranda Synodus (previa per summj Magistratus authoritatem in omnibus Belgicis Ecclesijs, ad iram Dej deprecationem et gratiosi auxilij implorationem, precum et jejunij indictione et celebratione) in nomine Domini Dordrechti congregata Divini Numinis et salutis Ecclesiæ amore accensa, et post invocatum Dej nomen sancto IURAMENTO obstricta se solam Scripturam Sacram pro Judicij norma habituram, et in causa hujus cognitionem ~~et~~ et judicio, bona integraq; conscientia versaturam esse, hoc egit sedulò magnaq; patientia, ut præcipuos horum dogmatum Patronos coram se citatos introduceret ad Sententiam suam de quinq; notis ~~Articul~~ Doctrinæ capitibus Sententiarumq; rationes plenius exponendas. Sed cum Synodj judicium repudiarent, atq; ad interrogata eo quo æquum erat modo respondere declinarent, neq; Synodj monitiones nec Generosorum atq; Amplissimorum Ord: Gentium Delegatorum mandata, imo ne ipsorum quidem Illustrissimorum ac Præpot. Ord. Gentium Imperia quidquam apud illos proficerent, aliam Viam eorundem Dom. Jussu, et ex consuetudine jam olim in Synodis antiquitus recepta, ingredj coacta fuit. Atq; ex scriptis, Confessionibus, ac declarationibus partim antea editis, partim etiam hinc Synodo exhibitis examen illorum 5 Dogmatum institutum est. Quod cum jam per Singularem Dej Gratiam, maxima diligentia, fide ac scientia omnium et singulorum consensu absolutum sit: Synodus hæc, ad Dej gloriam, et ut Veritatis salutaris integritati, Conscientiarum tranquillitati et paci, ac saluti Ecclesiæ Belgicæ consulatur, sequens Judicium quo et Vera et Verbo Dej consentanea de prædictis 5 Doctrinæ capitibus sententia exponitur, et falsa Verbo Dej dissentanea rejicitur, statuit promulgandum

JUDICIUM SYNODI DORDRACENÆ.
De quinq; doctrinæ capitibus in BELGIO controversis.

PRIMVM DOCTRINÆ CAPVT
De Divina Electione et Reprobatione.

Sententia 2ª.

Sententia de Divina Prædestinatione, quam Synodus Verbo Dei consentaneam atq; in Ecclesys reformatis hactenus receptam esse iudicat, quibus: dam articulis exposita.

Articulus 1ª.

Quum omnes homines in Adamo peccaverint, et rei sint facti maledictionis et mortis æternæ, Deus neminj fecisset iniuriam, si universum Genus humanum in peccato et maledictione reliquere, ac propter peccatū damnare voluisset. Iuxta illa Apostolj ad Rom. 3. V. 19. 23. Totus mundus est obnoxius condemnationj Dei, et omnes peccaverunt, et destituuntur gloria Dei. Et ad Rom: 6. V. 23. Stipendium peccatj mors est

Artic. 2ª.

Verum in hoc manifestatur Charitas Dei, quod filium suum unigenitum in mundum misit, vt omnis quj credit in eum non pereat sed habeat Vitam æternam.

3ª.

Vt autem homines ad fidem adducantur, Deus clementer lætissimj huius nunty præcones mittit, ad quos vult, et quando vult. quorum Ministerio homines ad resipiscentiam et fidem in Chrēm crucifixum vocantur. Rom. 10. V. 14. 15. Quomodo enim credent in eúm de quo no audiverūt? quomodo autem audient absq; prædicante? Quomodo prædicabunt nisi fuerint missi?

4ª.

Qui huic Evangelio non credunt, super eos manet ira Dei: quj vero illud recipiunt, et Servatorem Jesum vera ac viva fide amplectuntúr, illj & ipsum ab ira Dei, et interitū liberantur, ac Vitâ æternâ donātur.

5ª.

Incredulitatis istius, ut et omnium aliorum peccatorum causa et culpa nequaquam est in Deo sed in homine: Fides autem in J. Chrūm, et salus per ipsum, est gratuitum Dei donum, sicut scriptum Eph. 2. V. 8. Gratia salvati estis per fidem et hoc non ex vobis, Dei donum est. Item ad Philipp. 1. 27. Gratis datum est vobis in Chrēm credere.

6ª.

Quod autem aliquis in tempore fide à Deo donantúr, aliquj non donantúr, id ab æterno ipsius Decreto provenit, omnia enim opera sua novit ab æterno. Act. 15. 18. Eph. 1. 11.

Secundum quod Decretum Electorum corda quantumvis dura, gratiosè emollit, et ad credendum inflectit, non electos autem iusto iudicio, sua malitiæ et duritiæ relinquit. Atq; hic potissimùm se nobis aperit profunda misericors pariter et iusta Dominum æqualiter perditorum discretio. sive decretum illud Electionis et Reprobationis in Verbo Dei revelatum. Quod ut perversi, impuri, et parum stabiles, in suum detorquent exitium, ita sanctis et religiosis animabus ineffabile præstat solatium.

7.

Est autem Electio immutabile Dei propositum, quo ante iacta mundi fundamenta ex universo genere humano ex primæva integritate in peccatum et exitium sua culpa prolapso, secundum liberrimum Voluntatis suæ beneplacitum ex mera gratia certam quorundam hominum multitudinem, alios nec meliorum nec digniorum, sed in communi cum aliis miseria iacentium ad salutem elegit in Christo, quem etiam ab æterno mediatorem et omnium Electorum caput salutisq; fundamentum constituit atq; ita eos ipsi salvandos dare, et ad eius communionem, per Verbum et Spiritum suum efficaciter vocare et trahere; seu Vera in ipsum fide donare, iustificare sanctificare, et potenter in filij sui communione custoditos tandem glorificare decrevit, ad demonstrationem suæ misericordiæ, et laudem divitiarum gloriosæ suæ gratiæ sicut scriptum est. Eph. 1. V. 4. 5. 6. Elegit nos Deus in Chro. ante iacta mundi fundamenta, ut essemus sancti et inculpati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinavit nos quos adoptaret in filios per Jesum Christum in sese pro beneplacito Voluntatis Suæ, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis sibi acceptos fecit in illo dilecto. et Rom 8. V. 30. Quos prædestinavit eos etiam vocavit, et quos vocavit, eos etiam iustificavit, quos autem iustificavit, eos etiã glorificavit

8.

Haec Electio non est multiplex sed una et eadem omnium salvandorum in Veteri et Novo Testamento, quandoquidem scriptura, unicum prædicat beneplacitum 3 propositum et consilium Voluntatis Dei, quo nos ab æterno elegit, et ad gratiam, et ad gloriam, et ad Viam salutis, et ad Viam salutis quam præparavit, ut in ea ambulemus.

9.

Eadem hæc Electio facta est non ex prævisa fide, fideiq; obedientia, sanctitate aut alia aliqua bona qualitate, dispositione, tanquam causa seu conditione in homine eligendo prærequisita, sed ad fidem, fideiq; obedientiã sanctitatem et r. Ac proinde Electio est fons omnis salutaris boni, unde fides, Sanctitas et reliqua dona salutifica ipsa denig; Vita æterna, ut fructus et effectus eius profluunt, secundum illud Apostoli Eph. 1. V. 4. Elegit nos (non quia eramus) sed ut essemus sancti et inculpati in Conspectu eius in Charitate.

10.

Causa vero huius gratuita Electionis est solum Dei beneplacitum, non in eo consistens, quod certas qualitates seu actiones humanas ex omnibus possibilibus in salutis conditionem elegit: sed in eo, quod certas quandam personas, ex communi peccatorum multitudine sibi in peculium adscivit. Sicut scriptum est, Rom. 9. V. 11. Nondum natis pueris, cum nondum neq; boni quicquam fecissent neq; mali &c. dictum est (nempe Rebeccæ) Maior serviet minori, sicut scriptum est Iacob dilexi, Esau odio habui et Act. 13. V. 48. Credidêrunt quotquot ordinati ad vitam æternam.

II.

Atq; ut Deus ipse est sapientissimus, immutabilis, omniscius, et omnipotens, ita Electio ab ipso facta nec interrumpi nec mutari nec revocari, nec abrumpi: nec Electi abyci nec numerus eorum minui potest.

12.

De hac æterna et immutabili, sua ad salutem Electione, Electi suo tempore, variis licet gradibus et dispari mensura certiores reddüntur, non quidem arcana et profunditates Dei curiose scrutando, sed fructus electionis infallibiles in Verbo Dei designatos ut sunt, Vera in Christum fides, filialis Dei timor, dolor de peccatis secundum Deum, esuries et sitis iustitiæ, ex sese cum spirituali gaudio, et sancta Voluntate observando.

13.

Ex huius Electionis sensu et certitudine filij Dei, maiorem indies sese coram Deo humiliandi abyssum misericordiarum eius adorandi, seipsos purificandi, et cum qui ipsos prior tantopere dilexit vicissim ardenter diligendi materiam desumunt, tantum abest ut hac Electionis doctrina atq; eius meditatione in mandatorum divinorum observatione segniores aut carnaliter securi reddantur. Quod vs iusto Dei iudicio solet accidere qui de Electionis gratia vel temere præsumentes, vel otiose et proterve fabulantes in vias Electorum ambulare nolunt.

14.

Est autem hæc de Divina Electione doctrina, sapientissimo Dei consilio per Prophetas, Christum ipsum, et Apostolos, sub veteri æq; ac novo Testamento est prædicata et Sacrarum deinde Literarum monumentis commendata: ita et hodie in Ecclesia Dei, cui ea peculiariter ē destinata, cum Spiritu discretionis, religiosè et sanctè suo loco et tempore missa omni curiosa Viarum altissimarum scrutatione est proponenda, idq; ad Sanctissimi nominis Divini laudem, et vividum populi ipsius solatium.

15.

Cæterum æternam et gratuitam hanc Electionis nostri gratiam eo vel maxime illustrat nobisq; comendat scriptura, quod testatur non omnes homines ēē electos, sed quosdam non electos, sive in æterna Dei Electione

præteritos, quos sc. Deus ex liberrimo, iustissimo, irreprehensibili et immutabili beneplacito decrevit in communi miseria in quam se sua culpa precipitarunt relinquere, nec salvifica fide et conversionis gratia donare, sed in vijs suis et sub iusto iudicio relictos tandem non tantum propter infidelitatem sed etiam cetera ora peccata, ad declarationem iustitiæ suæ damnare et æternum punire: atq; hoc est decretum Reprobationis, quod Deum neutiquam peccati autorem (quod cogitare blasphemum est) sed tremendum, irreprehensibilem et iustum iudicem ac vindicem constituit.

16.

Qui Vivam in Chm fidem, seu certam cordis fiduciam pacem conscientiæ, studium Filialis obedientiæ, gloriationem in Deo per Chm in se nonnt efficaciter sentiunt: medijs tamen, quæ Deus ista se in nobis operatum promisit, utuntur: et ad Reprobationis mentionem non ostendunt nec se reprobis accensere, sed in usu mediorum diligenter pergere, ac sortem uberioris gratiæ ardenter desiderare, et reverenter similiterq; expectare debent. Multo autem minus doctrinâ de Reprobatione terreri debent ij qui cum serio ad Deum vertij, ei unicè placere et e corpore mortis eripi desiderent, in Via tamen pietatis et fidei eo usq; quo Volunt pervenire nondum possint, siquidem limum fumigans se non extinctarum, et arundinem quassatam se non fractarum promisit misericors Deus. Iis autem hæc Doctrina meritò terrori est, qui Dei et Servatoris J.C. oblitj mundi curis et carnis Voluptatibus se totos manciparunt, quamdiu ad Deum serio non convertuntur.

17.

Quandoquidem de Voluntate Dei ex Verbo ipsius nobis ē indicatū, quod testatur liberos fidelium ee sanctos, non quidem naturâ sed beneficio fœderis gratuitj, in quo illi cum Parentibus cumprehenduntur: ij parentes de Electione et Salute suorum liberorum, quos Deus in infantia ex hac Vita evocat dubitare non debent.

18.

Adversam hanc gratuitæ Electionis gratiam, et iustæ Reprobationis severitatem obmurmurantij, opponimus hoc Apostolicum Rom. 9. 20. O homo tu quis es qui ex adverso respondes Deo? et illud Servatoris nostri Matth. 20. 15. An non licet mihi quod Volo facere in meis? Nos verò hæc mysteria religiosè adorantes, cum Apost: exclamamus Rom. 11. 33. 34. 35. 36. O profunditatem Divitiarum tum sapientiæ, tum cognitionis Dei! quam inscrutabilia sunt Dei judicia, et eius Viæ investigabiles! quis enim cognovit mentem Domini? aut quis ei fuit a Consilijs? aut quis prior dedit ei, ut retribuatur ei? Nam ex eo et per eum, et in eum sunt omnia. Ipsi sit gloria in secula. Amen.

Errorum quibus Ecclesiæ Belgicæ sunt aliquamdiu perturbatæ.

Exposita Doctrina Orthodoxa de ELECTIONE et REPROBATIONE. Synodus rejicit errores eorum — Art 1.

Reiectio errorum de 1 Artic.

1.

Qui docent Voluntatem Dei, de servandis credituris et in fide, fideique obedientia perseveraturis, esse totum et integrum Electionis ad salutem decretum, nec quicq; aliud de hoc Decreto in verbo Dei cc revelatum.

Hi enim simplicioribus imponunt, et Scriptura S. manifeste contradicunt, testanti Deum non tantum servare velle credituros, sed et certos quosdam homines ab æterno elegisse, quos præ aliis in tempore fide in Chm et perseverantia donavit, sicuti scriptum est, manifestum feci nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, Joan. 17. 6——. Item Crediderunt quotquot erant ordinati ad Vitam æternam Act. 13. v. 48. Et, Elegit nos ante iacta mundi fundamenta, ut essemus sancti. &c.

2.

Qui docent Electionem Dei ad vitam æternam cc multiplicem: aliam generalem et indefinitam: aliam singularem et definitam, et hanc rursum Vel incompletam, revocabilem, non peremptoriam sive conditionatam; Vel completam irrevocabilem peremptoriam sive absolutam. Item aliam Electionem cc ad fidem, aliam ad salutem, ita ut Electio ad fidem iustificantem absq; electione peremptoria ad salutem cc possit.

Hoc enim c humani cerebri commentum, extra Scripturas excogitatum Doctrinam de Electione corrumpens et auream sanæ salutis catenam dissolvens Rom. 8. v. 30. Quos prædestinavit eos etiam vocavit; et quos vocavit eos etiam iustificavit, quos autem iustificavit eos etiam a glorificavit.

3.

Qui docent Dei beneplacitum ac propositum, cuius Scriptura meminit in doctrina Electionis non consistere in eo quod Deus certos quosdam homines præ alijs elegerit; sed in eo quod Deus ex omnibus possibilibus conditionibus (inter quas etiam sunt opera Legis) sive ex omnium ordine actum fidei in se ignobilem et obedientiam fidei imperfectam in salutis conditionem elegerit, eamq; gratiose pro perfectâ obedientiâ reputare et Vitæ æternæ præmio dignam donare voluerit.

Hoc enim errore pernicioso beneplacitum Dei, et meritum Chri enervatur, et homines inutilibus quæstionibus, a veritate iustificationis gratuitæ, et simplicitate Scripturarum avocantur, illudq; Apostoli falsi arguitur, qui ad Tim. Cap. 1. v. 9. Deus nos vocavit vocatione Sancta, non ex operibus, sed ex suo proposito, et gratia q3 data est nobis in C. J. antè tempora sæculorum.

4.

Qui docent in Electione ad fidem hanc conditionem prerequiri ut homo lumine naturæ rectè utatur, sit probus, pacivus, humilis et ad vitam æternam dispositus, quasi ab istis Electio aliquatenùs pendeat.

Pelagium enim sapiunt et minimè obscurè falsum insimulant Apostolum scribentem ad Eph. Cap. 2. V. 3. 4. 6. 7. Versati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni et cogitationibus libebant, eramusq; naturâ filij iræ ut cæteri. Sed Deus ut qui Dives est misericordia, propter multam charitatem suam qua dilexit nos etiam nos cum in offensis mortui essemus una vivificavit cum Christo cuius gratia estis servati unaq; suscitavit, unaq; collocavit in cælis in Chro Jesù ut ostenderet in seculis superventibus supereminentes illas opes suæ gratiæ pro sua erga nos benignitate in Chro Jesù. Gratia enim estis servati per fidem et hoc non ex Vobis Dei donum est, non ex opibus ut ne quis glorietur.

5.

Qui docent Electionem singularium personarum ad salutem incompletam et non peremptoriam factam ee ex prævisa fide resipiscentia sanctitate et pietate inchoata, aut aliquamdiu continuata: Completam Vero et peremptoriam ex prævisæ fidei, resipiscentiæ sanctitatis et pietatis finali perseverantia; Et hanc esse gratiosam et Evangelicam dignitatem, propter quam qui eligitur dignior sit illo qui non eligitur, ac proinde fidem, fidei obedientiam, sanctitatē pietatem et perseverantiam non ee fructus sive effectus electionis immutabilis ad gloriam, sed conditiones et causas sine quibus non, in eligendis completè prærequisitas, et prævisas tamq; præstitas.

Id quod totis scripturæ repugnat quæ hæc et alia dicta passim aures et corda nostra tangit. Rom. 9. V. 11. Electio non est ex operibus sed ex Vocante, et Act. 13. V. 48. Credebant quotquot ordinati erant ad Vitam æternam Eph. 1. V. 4. Elegit nos in ipso, ut sancti essemus, Joa 15. 16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Rom 11. V. 5. Si ex gratia, non ex opibus i Joan. 4. V. 10. In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, et misit filium suum.

6.

Qui docent non omnem electionem ad salutem immutabilem esse, sed quosdam Electos nullo Dei decreto obstante perire posse, et æternùm perire.

Quo crasso errore et Deum mutabilem faciunt et consolationem piorum de Electionis suæ constantia subvertunt et Scripturis S. grauadicunt, docentibus Electos nō posse seduci Matth. 24. V. 24. Chrm datus sibi a Patre non perire. Io: 6. V. 39. Deus quos prædestinavit, vocavit, Justificavit, eos etiam glorificavit Rom 8. V. 30.

7.

Qui docent Electionis immutabilis ad gloziam, nullum in hac Vita esse fructum, nullum sensum, nullam certitudinem, nisi ex conditione mutabilj et contingente.

Preterquam enim quod absurdum sit ponere certitudine incertam adversantur hac Experientiæ Sanctorum, qui cum Apostolo ex sensu Electionis suj exultant, Dejq; hoc beneficium celebrant qui gaudent cum discipulis secundum Xti admonitionem quod nomina sua scripta sunt in cælis. Luc. 10. V. 20. Qui sensum denique Electionis ignitis tentationum Diabolicarum telis opponunt, quærentes quis intentabit crimina adversus Electos Dej? Rom: 8. V. 33.

8.

Qui docent Deum neminem ex mera iusta sua Voluntate decrevisse in lapsu Ade et in communj peccati et damnationis statu relinquere aut in gratiæ ad fidem et conversionem necessariæ communicatione prætexere.

Stat enim illud Rom: 9. V. 18. Quorum Vult miseretur quos Vult indurat, et illud Matth. 13. V. 11. Vobis datum est nosse mysteria regnj cælorum illis autem non ē datum — Item Matth 11. V. 25. 26. Glorifico te Pater, Domine cæli et terræ quod hæc occultaveris sapientibus et intelligentibus et ea detexeris infantibus, etiam Pater quia ita placuit tibj.

9.

Qui docent causam cur Deus ad hanc potius quam ad aliam gentem Evangelium mittit, non ēē meram et solidum Dej beneplacitum: Sed quod hæc gens melior et dignior sit ea cuj Evangelium no communicatur.

Reclamat enim Moses populum Israeliticum sic alloquens Deuteronom. 10. V. 15. 16. En Jehovæ Dej tuj sunt cœlj et cœli cælorum, terra et quicquid est in ea, Tantum in maiores tuos propensus fuit, amore Jehovæ diligendo eos. unde selegit semen eorum post eos, Vos tanquam præ omnibus populis sicut et hodie, Et Christus Matth. 11. V. 21. Væ tibj Chorazin, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sydone factæ essent Virtutes illæ quæ in Vobis factæ sunt, in sacco et cinere olim pœnitentiam egissent —

Secundum Doct: Caput de morte Christi et hominum p. eam redemptione.

2^dum^ Doctrinæ Caput.

De Morte Christi et hominum per eam Redemptione.

Articulus 1^us^.

Deus non tantum est summè misericors, sed etiam summè iustus: Postulat autem eius iustitia, prout se in Verbo revelavit, ut peccata nostra adversus infinitam eius maiestatem commissa, non tantum temporalibus, sed etiam æternis tum animæ, tum corporis pœnis puniantur, quas pœnas effugere non possumus, nisi iustitiæ Dei satisfiat.

2.

Cum Vero ipsi satisfacere et ab ira Dei Nos liberare non possimus, Deus ex immensa misericordia, filium suum unigenitum nobis Sponsorem dedit, qui ut pro nobis satisfaceret peccatum et maledictio in cruce pro nobis, seu vice nostra factus est.

3^us^.

Hæc mors filij Dei, est unica et perfectissima pro peccatis Victima et Satisfactio, infinitæ valoris et pretij, abundè sufficiens ad totius mundi peccata expianda.

4^to^.

Ideo autem hæc mors tantæ est valoris et pretij, quia persona qui eam subijt, non tantum est Verus et perfectè Sanctus Homo, sed etiam unigenitus Dei Filius, eiusdem æternæ et infinitæ cum Patre et Sp. S^to^ essentiæ, qualem nostrum Servatorem esse decebat: Deinde quia mors ipsius, fuit coniuncta cum sensu iræ Dei, et maledictionis, quæ nos peccatis nostris eramus commeriti.

5^us^.

Æternum promissio Evangelij est, ut quisquis credit in Christum crucifixum non pereat, sed habeat Vitam æternam: Quæ promissio omnibus populis et hominibus ad quos Deus pro suo beneplacito mittit Evangelium promiscuè et indiscriminatim annunciarj et proponi debet, cum resipiscentiæ et fidei mandato

6.

Quod autem multi p. Evangelium Vocati non resipiscunt, nec in Chr̃m credunt sed in infidelitate pereunt, non fit hoc Hostiæ Chr̃i in cruce oblatæ defectu vel insufficientia, sed propria ipsorum culpa.

7.

Quotquot autem Yesu credunt, et p mortem Christi a peccatis et interitu liberantur ac servantur, illis hoc beneficium, ex sola Dei gratia quam nemini debet, ab æterno ipsis in Christo data obtingit.

8.us

Fuit enim hoc Dei Patris liberrimum consilium et gratiosissima Voluntas atq; intentio, ut mortis pretiosissimæ Filij sui vivifica et salvifica efficatia, sese exereret in omnibus electis, ad eos solos fide iustificante donandos et per eam ad salutem infallibiliter perducendos. Hoc est Voluit Deus ut Christus per sanguinem crucis (quo novum fœdus confirmavit) ex omni populo, tribu, gente, et Lingua, eos omnes et solos, qui ab æterno ad salutem Electi, et a Patre ipsi dati sunt efficaciter redimeret, fide (quam ut et alia Sp.s S. salvifica dona ipsis morte sua acquisivit) donaret, ab omnibus peccatis tum originalis, tum actualibus, tam post, quam ante fidem commissis, sanguine suo mundaret, ad finem usq; fideliter custodiret, tandemq; absq; omni labe et macula gloriosos coram se sisteret

9.us

Hoc consilium ex æterno erga Electos amore profectum ab initio mundi in presens usq; tempus frustra obnitentibus inferorum portis potenter impletum fuit, et deinceps quoq; implebitur: Ita quidem ut Electi suis temporibus in unum colligantur. Et semper sit aliqua credentium Ecclesia, in sanguine Christi fundata quę illum servatorem suum, qui pro ea tanquam Sponsus pro Sponsa animam suam in cruce exposuit constanter diligat perseveranter colat atq; hic et in omnem æternitatem celebret.

Reiectio Errorum.

Exposita Doctrina Orthodoxa Synodus rejicit Errores eorum.

Reiectio Errorum secundi Art:

I.o

Qui docent quod Deus Pater, Filium suum in mortem crucis destinaverit, sine certo ac definito consilio quemquam nominatim salvandi, adeo ut impetrationi mortis Christi, sua necessitas, utilitas, dignitas sacta tecta et numeris suis ptecta completa, atq; integra constare potuisset, etiamsi impetrata redemptio nulli individuo unq; actu ipso fuisset applicata.

Hæc enim assertio in Dei Patris sapientiam et meritum Jesu

Christi contumeliosa et Scripturæ contraria est. Sic enim ait Servator Joan. 10. V. 15. et 27. Ego pono animam pro ovibus, et agnosco eas, Et de Servatore Esaias Propheta. Cap. 53. V. 10. Cum posuerit se sacrificium pro reatu Videbit semen, prolongabit dies, et Voluntas Jehovæ in manu eius prosperabitur. Denique articulum fidei quo Ecclesiam credimus evertit.

2^us.

Qui docent non fuisse hunc finem mortis Christi, ut novum gratiæ fœdus suo sanguine reipsa sanciret, sed tantum ut mediis. Patri acquireret quotcunque fœdus Vel gratiæ vel operum cum hominibus denuo ineundi.

Hoc enim repugnat Scripturæ, quæ docet Christum mediatoris, id est novi fœderis sponsorem et mediatorem factum esse. Heb. 7. V. 22. et Heb. 9. V. 15. 17. Testamentum ex mortuis demum ratum fit.

3.

Qui docent Christum p suam satisfactionem nullis certo meruisse salutem et fidem qua hæc Christi satisfactio ad salutem efficaciter applicetur: Sed tantum Patri acquisivisse potestatem Vel plenariam Voluntatem, de novo cum hominibus agendi, et novas quascunque Vellet conditiones præscribendi, quarum prestatio a libero hominis arbitrio pendeat, atque ideo fieri potuisse, ut vel nemo Vel omnes eas implerent.

Hi enim de morte Christi nimis abiecte sentiunt, primarium fructum seu beneficium p eam partum nullatenus agnoscunt et Pelagianum errorem ab infernis revocant

4.

Qui docent fœdus illud novum gratiæ, quod Deus Pater per mortis Christi interventum cum hominibus pepigit non in eo consistere quod per fidem quatenus meritum Christi apprehendit, coram Deo iustificemur et salvemur: Sed in hoc quod Deus abrogata perfectæ obedientiæ Legalis exactione, fidem ipsam et fidei obedientiam imperfectam pro perfecta legis obedientia reputet et Vitæ æternæ præmio gratiose dignam sentiat.

Hi enim contradicunt Scripturæ Rom. 3. V. 23. 24. Iustificantur gratis eius gratia per redemptionem factam in Jesu Christo, quem proposuit Deus placamentum per fidem in sanguine eius: Et cum impio Socino novam et peregrinam hominis coram Deo iustificationem contra totius Ecclesiæ sensum inducunt.

Qui docent omnes homines in statum reconciliationis et gratiam fœderis esse assumptos, ita ut nemo propter peccatum originale sit damnationi obnoxius, aut damnandus: Sed omnes ab istius peccati reatu sint immunes.

Haec enim sententia repugnat scriptvrae, affirmanti, nos natvrâ esse filios irae.

6.s

Qui impetrationis et applicationis distinctionem usurpant, vt incautis et imperitis hanc opinionem instillent, Deum, quantum ad se attinet, omnibus hominibus ex æquo ea beneficia voluisse conferre quæ per mortem Christi acquisuntur. Quod autem quidam præ alijs participes fiant remissionis peccatorum et Vitæ æternæ, discrimen illud pendere ex libero eorum delectu, se indifferentes ad gratiam oblatam applicante, non autem ex singulari misericordiæ dono efficaciter in illis operante, vt præ alijs gratiam illam sibi applicent.

Nam isti, dum simulant se distinctionem hanc sano sensu proponere, populo pernicio sum Pelagianismi venenum conantur propinare.

7.

Qui docent Christum pro ijs quos Deus summè dilexit, et ad Vitam æternam elegit, mori nec potuisse nec debuisse, nec mortuum esse, cum talibus morte Christi non sit opus.

Contradicunt enim Apostolo dicenti. Gal. 2. V. 20. Christvs dilexit me et tradidit seipsum pro me. Item Rom. 8. V. 33. Quis est qui crimina intentet adversus electos Dei. Deus is est qui Justificat! Quis est qui condemnet! Christvs est qui mortuus est, imo verum pro illis. Et Servatori asseveranti. Joan. 10. V. 15. Ego pono animam meam pro ovibus meis, et Joan. 15. V. 12. 13. Hoc est præceptum meum vt diligatis alij alios, sicut ego dilexi vos. Majorem dilectionem nemo habet, quam vt ponat animam suam pro amicis.

3.m et 4.m DOCTRINÆ CAPVT
De
Hominis corruptione et conversione ad Deum eiusque modo.

Textum et quartum Caput de corrupt. hominis et conversione ad Deum eiusque modo.

1.

Homo ab initio ad imaginem Dei conditus, vera et salutari sui Creatoris et rerum spiritualium notitia in mente et iustitia in Voluntate, et corde, puritate in omnibus affectibus exornatus, adeoq; totus sanctus fuit. Sed Diaboli instinctu, et Libera sua Voluntate a Deo desciscens eximys istis donis seipsum orbavit; atq; econtrario eorum loco cecitatem horribiles tenebras, Vanitatem ac perversitatem iudicy in mente, malitiam rebellionem, ac duritiem in Voluntate et corde, impuritatem denicq; in omnibus affectibus contraxit.

2.

Qualis autem post Lapsum fuit homo, tales et liberos procreavit, nempe corruptus corruptos: Corruptione ab Adamo in omnes posteros, solo Christo excepto, non per imitationem (quod Pelagiani olim Voluerunt) sed per Vitiosa naturae propagationem iusto Dei iudicio derivata

3.

Itaq; omnes homines in peccato concipiuntur et filij irae nascuntur, inepti ad omne bonum salutare, propensi ad malum, in peccatis mortuj, et peccati servi: Et absque Spiritus Sancti regenerantis gratia, ad Deum redire, naturam depravatam corrigere, Vel ad eius correctionem se disponere nec Volunt nec possunt.

4.

Residuum quidem est post lapsum in homine Lumen aliquod naturae, cuius beneficio ille notitias quasdam de Deo, de rebus naturalibus, de discrimine honestorum et turpium retinet, et aliquod Virtutis ac disciplinae externe studium, ostendit: Sed tantum abest, ut hoc naturae Lumine ad salutarem Dei cognitionem pervenire, et ad eum se convertere possit, ut ne quidem eo in naturalibus ac civilibus recte utatur: Quinimo qualecunq; id demum sit, id totum Varijs modis contaminet, atq; in iniustitia detineat. Quod dum facit coram Deo inexcusabilis redditur.

5.

Lucis Luminis naturae eadem hic Decalogi per Mosen a Deo, Iudaeis peculiariter traditi est ratio. Cum enimis magnitudine

quidem

quidem peccatj retegat, eiusq3 hominem magis ac magis reum peragat, sed nec remedium exhibeat, nec vires emergendj ex miseria conferat, adeoq3 per carnem infirmatus transgressorem in maledictione relinquat, non potest homo per eám salutarem gratiam obtinere.

6.us

Quod igitur nec Lumen naturæ nec Lex potest, id Spiritus Sanctj virtute præstat Deus, per sermonem sive ministerium reconciliationis, quod est Evangelium de Messia, per quod placuit Deo homines credentes tam in Veterj quam in Novo Testamento servare.

7.us

Hoc voluntatis snę mysterium Deus in Veterj Testamento paucioribus patefecit: In novo Testamento pluribus (sublato jam populorum discrimine) manifestat. Cuius dispensationis causa non in gentis unius præ alia dignitate, aut meliore lumenis naturæ usu, sed in Liberrimo beneplacito et gratuita dilectione Dej est collocanda. Unde illj quibus præter et contra omne meritum tanta fit gratia, cam humilj et grato corde agnoscere, in reliquis autem quibus ea gratia non fit severitatem et iustitiam iudiciorum Dej cum Apostolo adorare, nequaquam vero curiose scrutarj debent.

8.us

Quotquot autem per Evangelium vocantur seriò vocantur. Seriò enim et verissime ostendit Deus verbo suo quid sibj gratum sit: Nimirum ut vocati ad se veniant. Serio etiam omnibus ad se venientibus et credentibus requiem animarum et vitam æternam promittit.

9.us

Quod multj per ministerium Evangelij vocatj non veniunt et non convertuntur huius causa non est in Evangelio nec in Christo qui Evangelium oblato, nec in Deo p. Evangelium vocante,

et dona etiam varia ys conferente: Sed in Vocatis ipsis quorum— aliqui Verbum Vitæ non admittunt securj, alij admittunt quidem sed non in cor inmittunt, ideoqꝫ post evanidum fidej temporarie gaudium resiliunt, alij spinis curarum et Voluptatibus seculj semen Verbj suffocant, fructusqꝫ nullos proferunt. Quod Servator noster parabola seminis docet, Matth. 13.

10.

Quod autem alij per ministerium Evangelij Vocatj veniunt et convertuntur, id non est adscribendum hominj tanquam seipsum per liberum arbitrium ab alijs parj Vel sufficiente gratia ad fidem et conversionem instructis, discernente (quod superba Pelagij hæresis statuit) sed Deo, qui ut suos in Christo ab æterno elegit, ita eosdem in tempore efficaciter Vocat, fide et resipiscentia donat, et e potestate tenebrarum exutos in Filij suj regnum transfert ut Virtutes eius, qui ipsos e tenebris, in admirandam suam Lucem Vocavit prædicent, et non in se, sed in Domino glorientur. Scriptura Apostolica passim id testante

11.

Æterum quando Deus sor suum beneplacitum in Electis exequitur, seu Veram in ys conversionem operatur, non tantum Evangelium illis externe prædicarj curat, et mentem eorum per Spiritum Sanctum potenter illuminat, ut rectè intelligant, et iudicent quæ sunt Spiritus Dej, sed eiusdem etiam Spiritus regenerantis efficacia, ad intima hominis penetrat, cor clausum aperit, durum emollit, præputiatum circumcidit, Voluntatj novas qualitates infundit, facitqꝫ eam ex mortua Vivam—, ex mala bonam, ex nolente Volentem, ex refractaria morigeram, agitqꝫ et roborat eam, ut seu arbor bona fructus bonarum actionum proferre possit.

12.

Atqꝫ hæc est illa tantopere in scripturis prædicata Regeneratio, renovatio, nova Creatio, suscitatio e mortuis et Vivificatio, quam Deus sine nobis, in nobis operatur. Ea autem nentiquam fit per solam foris sonantem doctrinam, moralem suasionem Vel talem operandj rationem, ut post Dej (quoad ipsum) operationem in hominis potestate maneat regenerarj Vel non regenerarj, converti vel non converti sed est planè supernaturalis, potentissima, simul et suavissima, mirabilis, arcana et ineffabilis operatio, Virtute sua secundum scripturam (quæ ab autore huius operationis est inspirata) nec Creatione,

nec

mortuorum resuscitatione minor aut inferior, adeo ut omnes illis, in quorum cordibus admirando hoc modo Deus operatur, certo infallibiliter et efficaciter regenerentur, et acta credant. Atq; tum Voluntas iam renovata non tantum agitur et movetur a Deo, Sed a Deo acta agit et ipsa: Quamobrem etiam homo ipse per gratiam ipsam acceptam, credere et respirare recte dicitur.

15us.

Modum huius operationis fideles in hac vita plene comprehendere non possunt, in eo interim acquiescentes, quod per istam Dei gratiam se corde credere, et Servatorem suum diligere sciant et sentiant.

14.

Sic ergo Fides dei donum est, non eo quod a Deo hominis arbitrio offeratur, sed quod homini reipsa conferatur, inspiretur et infundatur. Non etiam quod Deus potentiam credendi tantum conferat, consensum vero seu actum credendi ab hominis deinde arbitrio expectet, Sed quod et Velle credere et ipsum credere in homine is efficiat, qui operatur et Velle et facere, adeoq; omnia operatur in omnibus

15.

Hanc gratiam Deus nemini debet: Quid enim debeat ei qui prior dare nihil potest ut ei retribuatur? Imo quid debeat ei, qui de suo nihil habet præter peccatum et mendacium? Qui ergo gratiam illam accipit soli Deo æternas debet et agit gratias. Qui illam non accipit, is aut hæc spiritualia omnino non curat, et in suo sibi placet: aut securus se habere inaniter gloriatur, quod non habet. Porro de iis, qui externe fidem profitentur, et Vitam emendant, optime secundum exemplum Apostolorum iudicandum et loquendum est. Penetralia enim cordium nobis sunt incomperta. Pro aliis autem qui nondum sunt Vocati Orandus est Deus, quique non sunt Vocat tamquam sint. Nequiquam Vero adversus eos est superbiendum ac si nosmetipsos discrevissemus.

16.

Sicuti Vero per lapsum homo non desyt esse homo intellectu et voluntate præditus, nec peccatum quod universum genus humanum pervasit naturam generis humani sustulit: Sed depravavit,

et Spiritualiter occidit: Ita etiam hac divina regenerationis gratia non agit in hominibus tamquam truncis et stipitibus, nec voluntate eiusq; proprietates tollit, aut invitam vehementer cogit, sed spiritualiter vivificat, sanat, corrigit, suaviter simul ac potenter flectit: ut ubi antea plene dominabatur carnis rebellio, et resis-tentia mire regnare incipiat prompta ac sincera spiritus obedien-tia: In quo vera et spiritualis nostrae voluntatis instauratio et libertas consistit. Qua ratione nisi admirabilis ille omnis bo-ni opifex nobiscum ageret, nulla spes esset hominis surgendi e lapsu per liberum arbitrium, per quod se cum staret precipitavit in ex-itium.

17.

Quemadmodum etiam Omnipotens illa Dei operatio, qua vitam hanc nostram naturalem producit et sustentat, non exclu-dit, sed requirit usum mediorum si quae Deus, pro infinita sua Sapientia et bonitate virtutem istam suam exercere voluit: Ita et haec predicta supernaturalis Dei operatio qua nos regener-at neutiquam excludit aut evertit usum Evangely: Quod sapi-entissimus Deus in semen regenerationis et cibum animae ordina-vit. Quare ut Apostoli, et qui eos secuti sunt Doctores, de gra-tia hac Dei ad eius gloriam et omnis superbiae depressionem, pie populum docuerunt, neq; tamen interim sanctis Evangely monitis sub verbi, Sacramentorum, et disciplinae exercitio eum continere neg-lexerunt: Sic etiamnum absit, ut docentes aut discentes, in Ecclesia Deum temptare presumant, ea separando, quae Deus pro suo beneplacito voluit esse coniunctissima. Per monita enim confer-tur gratia, et quo nos officium nostrum facimus promptius, hoc ipso Dei in nobis operantis beneficium solet esse illustrius, rectissime-que eius opus procedit. Cui soli omnis et mediorum et salutaris eorum fructus atq; efficacia debetur gloria in secula AMEN.

Reiectio Errorum.

REIECTIO ERRORVM

Exposita doctrina Orthodoxa
Synodus reycit errores eorum

I°.

Qui docent proprie dici non posse quod peccatum originis

per se sufficiat toti generi humano condemnando, aut temporales et eternas pęnas promerendo.

Contradicunt enim Apostolo dicenti, Rom. 5. V. 12. Per unum hominem peccatum in mundum intrauit, ac per peccatum mors, et ita in omnes homines mors trānsiit, in quo omnes peccauerunt, et V. 16. Reatus ex uno intrauit ad condemnationem, Item Rom. 6. V. 23. Peccati stipendium mors est.

2us.

Qui docent, dona spiritualia siue habitus bonos et Virtutes ut sunt bonitas, Sanctitas, Justitia, in Voluntate hominis, cum primum crearetur locum habere non potuisse, ac proinde nec in lapsū ab ea separari.

Pugnat enim hoc cum descriptione imaginis Dei quam Apostolus ponit Eph. 4. V. 24. ubi illam describit ex iustitia et Sanctitate quę omnino in Voluntate locum habent.

3us.

Qui docent dona Spiritualia non esse in morte Spiritali ab hominis Voluntate separata cum ea in sese nunquam coniuncta fuerit, sed tantum per tenebras mentis, et affectuum inordinatione impedita: Quibus impedimentis sublatis liberam suam facultatem sibi insitam exercere, id est quod vis bonum sibi proppositum ex se aut Velle sive eligere aut non Velle sive non eligere possit.

Novum hoc et erroneum est atqꝫ eo facit ut extollantur Vires Liberi arbitrij: Contra Jerem. Prophetæ dictum cap. 17. V. 9 Fraudulentum est cor ipsum supra omnia et peruersum. Et Apost. Eph. 2. V. 3. Inter quos (homines contumaces) et nos omnes conversati sumus olim, in concupiscentiis carnis nostræ facientes Voluntates carnis ac cogitationum

4^us.

Qui docent hominem regenitum non esse proprie necto: taliter in peccatis mortuum, aut omnibus ad bonum Spirituale Viribus destitutum, sed posse iustitiam et Vitam esurire et sitire, sacrificiumq; Spiritus contriti et contribulati, quod Deo acceptum est offerre.

Adversantur enim hic apertis Scripturae Testimonijs Eph. 2. V. 1. et 5. Eratis mortui in offensis et peccatis, et Gen: 6. V. 5. et 8. V. 21. Imaginatio cogitationum cordis hominis tantummodo mala est omni die. Ad hanc liberationem ex miseriâ et Vitam esurire ac sitire, Deoq; sacrificium Spiritus contriti offerre regenitorum est, et eorum qui Beati dicuntur Psalm. 51. V. 19. et Matth. 5. v. 6.

5^um.

Qui docent, hominem corruptum et animalem gratiâ communi quæ ipsis est Lumen naturæ, sive donis post lapsum relictis, tam recte uti posse, ut bono isto usu maiorem gratiam puta Evangelicam, sive salutarem, et salutem ipsam gradatim obtinere possit: et hac ratione Deum se ex parte sua paratum ostendere ad Christum omnibus revelandum, quandoquidem media ad Xti revelationem, fidem, et resipiscentiam necessaria omnibus sufficienter et efficaciter administret.

Falsum enim hoc esse præter omnium temporum Experientia Scriptura testatur Psalm. 147. V. 19 et 20. Indicat Verba sua Jacobo, statuta sua et iura sua Israelj: non fecit ita alli genti, et iura ista non noverunt, Act. 14. V. 16. Deus sivit præteritis ætatibus omnes gentes suis ipsarum Vijs incedere Act. 16. V. 6. et 7. Prohibiti sunt (Paulus cum suis) a Spiritu Sancto loqui sermonem Dei in Asia. et cum Venissent in Mysia tentabant ire Versus Bithyniam sed non permisit eis Spiritus.

6^us.

Qui docent in Vera Omnis conversione non posse novas qualitates

habitus, seu dona in Voluntatem eius a Deo infundj: atq; adiò fidem qua primum convertimur, et a qua fideles nominamur, non esse qualitatē seu donum a Deo infusum, sed tantùm actum hominis, neq; aliter donū dicj posse, quam respectu potestatis ad ipsam perveniendj.

Contradicunt enim hęc Sacris Literis, quę testantur Deum novas qualitates, fidej, obedientiæ, accensus amoris suj cordibus nostris infundere. Jerem. 31. V. 33. Indam legem meam, mentj eorum, ac cordj eorum inscribam ea Esa: 44. V. 3. Effundam aquas super sitientem, et fluenta super arida: Effundam spiritū meum super semen tuum. Rom 5. V. 5. Charitas Dej effusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Repugnant etiam continuę praxj Ecclesiæ, sic apud Prophetam orantis. Convertē me Domine et convertar. Jerem 31. V. 18.

7^us.

Qui docent gratiam qua convertimur a Deo nihil aliud esse quam lenem suasionem, seu ut alj explicant, nobilissimum agendj modum in conversione hominis, et naturæ humanę convenientissimum esse, qui fiat suasionibus: Nihilq; obstare quo minus vel sola moralis gratia homines animales reddat Spirituales: Imo Deum non aliter quam morali ratione consensum Voluntatis producere. Atq; in eo consistere operationis Divinæ efficaciam, quâ Sathanæ operationem superet. quod Deus æterna bona, Satham autem temporalia promittat.

Omnino enim hoc Pelagianum est, et universæ Scripturæ contrarium, quę preter hunc etiam alium et longè efficaciorem ac Diviniorem Spiritus Sanctj agendj modū in hominis conversione agnoscit. ut Ezech. 36. V. 26. Dabo Vobis cor novum et Spiritum novum dabo in medio Vestrj, et auferam cor lapideum, daboq; cor carneum. &c.

8^us.

Qui docent Deum in hominis regeneratione, eas suę omnipotentiæ vires non adhibere, quibus Voluntatem eius, ad fidem et conversionem -

potenter et infallibiliter flectat: Sed positis omnibus gratiæ operationibus, quibus Deus ad hominem convertendum utitur, hominem tamen Deo, et Spiritui Sancto regenerationem eius intendenti, et regenerare ipsum volenti ita posse resistere et actu etiam sepe resistere, ut sui regenerationem, prorsus impediat, atque adeo in ipsius manere potestate, ut regeneretur vel non regeneretur.

Hoc enim nihil aliud est quam tollere omnem efficaciam gratiæ Dei, in nostram conversione et actionem Dei omnipotentis subycere Voluntati hominis, idq; contra Apostolos qui docent nos credere pro efficacitate fortis roboris Dei. Eph. 1. v. 19. Et Deum bonitatis suæ gratiam benevolentiam et opus fidei potenter in nobis complere. 2 Thess. 1. v. 11. Item Divinam ipsius Vim omnia nobis donasse, quæ ad vitam et pietatem pertinent. 2 Pet. 1. v. 3.

9^us.

Qui docent gratiam et Liberum arbitrium esse causas partiales simul concurrentes, ad conversionis initium, nec gratiam ordine causalitatis efficientiam Voluntatis antecedere, id est. Deum non prius hominis Voluntatem efficaciter iuvare ad conversionem, quam Voluntas ipsa hominis se movet ac determinat.

Hoc enim dogma Ecclesia prisca in Pelagianis iam olim condemnavit, ex Apostolo. Roman 9. v. 16. Non est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis. et 1 Corinth. 4.° vers. 7. Quis te discernit? et quid habes quod non accepisti? Item Philipp. 2. v. 13. Deus est qui in vobis operatur, ipsum velle et perficere pro suo beneplacito.

Quintum doct: Caput de perseverantia Sanctorum.

V.^m DOCTRINÆ CAPVT
De
Perseverantia Sanctorum.

1.

Quos Deus secundum propositum suum ad communionem Filij suj, Dominj nostrj Jesu Christj Vocat, et per Spiritum sanctum regenerat, eos quidem, et a peccatj Dominio et servitute, non autem a carne et corpore peccatj, penitus in hac Vita liberat.

2.

Hinc quotidiana infirmitatis peccata oriuntur, et optimis etiam sanctorum operibus novj adhereſcunt: quę illis perpetuam sese coram Deo humiliandj, ad Christum crucifixum confugiendj carnem magis ac magis p. Spiritum precem, et sancta pietatis exercitia mortificandj et ad perfectionis metā suspirandj materiam suggerunt: Tantisper dum hoc mortis corpore solutj, cum agno Dej in coelis regnent.

3.

Propter istas peccatj inhabitantis reliquias et mundj insuper ac Sathanæ temptationes, non possent convertsi in ista gratia perstare si suis Viribus permitterentur. Sed fidelis est Deus qui ipsos in gratia semel collata misericorditer confirmat et in eadem usq; ad finem potenter conservat.

4.

Etsi autem potentia illa Dej vere fideles in gratia confirmantis et conservantis major est quam quæ a carne superarj possit: Non semper tamen convertsi ita a Deo aguntur et moventur, ut non possint in quibusdam actionibus particularibus a ductu gratiæ suo vitio recedere, et a carnis concupiscentijs seducj, ysq; obsequj. Qua propter ipsis perpetuo est Vigilandum, et orandum, ne in-

tentationes inducantur. Quod cum non faciunt, non solum a carne, mundo et Satana, in peccata etiam gravia et atrocia abripi possunt, Verum etiam interdum iusta Dei permissione abripiuntur. Quod tristes Davidis, Petri, aliorumq; Sanctorum lapsus in Script: tura descripti demonstrant.

5.

Talibus autem enormibus peccatis Deum valde offendunt, reatu mortis incurrunt, Spiritum Sanctum contristant, fidei exercitium interrumpunt, conscientiam gravissimè vulnerant, Sensum gratiæ nonnunquam ad tempus amittunt: Donec per seriam resipiscentiam, in Viam reverentibus Paternus Dei vultus rursum affulgeat.

6.

Deus enim qui dives est misericordia, ex immutabili Electionis proposito Spiritum Sanctum etiam in tristibus lapsibus a suis non prorsus aufert, nec eo usq; eos prolabi sinit ut gratia adoptionis et Justificationis statu excidant, aut peccatum ad mortem sive in Spiritum sanctum committant, et ab eo penitus deserti in exitium æternum sese precipitent.

7.

Primo etenim in ipsis Lapsibus conservat in illis semen illud suum immortale ex quo regeniti sunt, ne illud pereat aut excutiatur. Deinde per Verbum et Spiritum suum, eos certo et efficaciter renovat ad poenitentiam, ut de admissis peccatis ex animo et secundum Deum doleant, remissionem in sanguine mediatoris per fidem contrito corde expetant, et obtineant. gratiam Dei reconciliati iterum sentiant, miserationes et fidem eius adorent, ac deinceps salutem suam cum timore et tremore studiosius operentur.

8va.

Ita non suis meritis aut viribus, sed ex gratuita Dei misericordia

id.

id obtinent, ut nec totaliter fide et gratia excidant, nec finaliter in lapsibus maneant aut pereant, quod quoad ipsos non tantum facile fieri posset, sed et indubie fieret: respectu autem Dei fieri omnino non potest: Cum nec consilium ipsius mutari, promissio excidere, Vocatio secundum propositum revocari, Christi meritum, intercessio et custodia irrita reddi, nec Spiritus Sancti obsignatio frustranea fieri aut deleri possit.

9^us.

De hac Electorum ad salutem custodia, Vereq; fidelium in fide perseverantia, ipsi fideles certi esse possunt, et sunt pro mensura fidei, qua certe credunt se esse et perpetuo mansuros Vera et Viva Ecclesiæ membra, habere remissionem peccatorum et Vitam æternam.

10.

Ac proinde hæc certitudo non est ex peculiari quadam revelatione præter aut extra Verbum facta, sed ex fide promissionum Dei quas in Verbo Suo copiosissime in nostrum solatium revelavit: ex testimonio Spiritus Sancti, testantis cum Spiritu nostro nos esse Dei Filios, et hæredes, denique ex recto, et sancto bonæ conscientiæ et bonorum operum studio. Atq; hoc solido obtinendæ Victoriæ solatio, et infallibili gloriæ æternæ arrha, sim hoc mundo Electi Dei destitutorum omnium hominum essent miserrimi.

11.

Interim testatur Scriptura, Fideles in hac Vita, cum Variis carnis dubitationibus conflictari, et in gravi tentatione constitutos hanc fidei plerophoriam ac perseverantiæ certitudinem non semper sentire. Verum Deus, Pater omnis consolationis, supra Vires tentari eos non sinit. Sed cum tentatione præstat evasionem, ac per Spiritum sanctum perseverantiæ certitudinem in ysdem rursum excitat.

12.

Tantum autem abest, ut hac perseverantiæ certitudo, veri fideles superbos et carnaliter securos reddat, ut e contrario humilitatis filialis reverentiæ veræ pietatis, patientiæ in omni luctu precum ardentium, constantiæ in cruce et veritatis confessione solidiq; in Deo gaudy vera sit radix: Et consideratio istius beneficy ipsis sit stimulus ad serium et continuum gratitudinis et bonorum operum exercitium. ut ex Scripturæ testimonys et Sanctorum exemplis constat.

13.

Neq; etiam in ys, qui a lapsu instaurantur, lasciviam aut pietatis incuriam, procreat rediviva perseverantiæ fiducia: Sed multò majorem curam de Vys dominj sollicitè custodiendis, quę præparata sunt, ut in illis ambulando perseverantiæ snę certitudinem retineat: Ne propter paternæ benignitatis abusum propicy Dej facies (cujus contemplatio pys Vita dulcior, subductio morte acerbiq; dennò ab ipsis avertatur, et sic in graviores animj cruciatus incidant.

14.

Quemadmodum autem Deo placuit opus hoc suum gratiosè per prædicationem Evangely in nobis inchoare, ita per eiusdem auditum Lectionem, meditationem, adhortationem, minas, promissa, nec non † usum Sacramentorum illud conservat, continuat et † finit.

15.

Hanc de Verè credentium an Sanctorum perseverantia eiusq; certitudine doctrinam, quam Deus ad nominis sui gloriam et piorum animarum solatium in Verbo suo abundantissime revelavit cordibusq; fidelium imprimit caro quidem non capit, Sathanas odit, mundus ridet, imperitj et hypocritæ in abusum rapiunt, spiritusq; Erronej oppugnant. Sed Sponsa Christi, ut inestimabilis preey thesaurum teneerrime semper dilexit et constanter propugnavit! Quod ut porro faciat procurabit Deus, adversus quem nec consilium valere, nec robur ullum prevalere potest.

Cui soli Deo, Patri, Filio, et Spiritui Sancto sit honor et gloria in sempiternum Amen.

Reiectio Errorum

circa doctrinam de Perseverantia Sanctorum

Reiectio Errorum.

Exposita Doctrina Orthodoxa, Synodus reijcit errores eorum.

1.

Qui docent Perseverantiam Verè fidelium non esse effectum Electionis aut donum Dei, morte Christi partum, sed esse conditionem Novi Foederis ab homine antè sui Electionem ac iustificationem (ut ipsi loquuntur) peremptoriam, libera Voluntate præstandam.

Nam Sacra scriptura testatur eam ex Electione fluere et vi mortis, resurrectionis, et intercessionis Christi Electis donari. Rom. 11. V. 7. Electio assecuta cæteri excæcati sunt. item Rom. 8. V. 32. Qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit ipsum, quomodo non cum eo nobis omnia donabit? Quis intentabit crimina adversus Electos Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus is est qui mortuus est imo qui etiam resurrexit, qui etiam sedet ad dextram Dei, qui etiam intercedit pro nobis. Quis nos separabit a dilectione Christi?

2.

Qui docent, Deum quidem hominem fidelem sufficientibus ad perseverandum viribus instruere ac paratum esse, eas in ipso conservare si officium faciat: positis tamen illis omnibus, quæ ad perseverandum in fide necessaria sunt, quæque Deus ad conservandam fidem adhibere vult, pendere semper a Voluntatis arbitrio, ut perseveret, vel non perseveret.

Hæc enim Sententia manifestum Pelagianismum continet et homines dum vult facere liberos facit sacrilegos contra perpetuum Evangelicæ doctrinæ consensum, quæ omnem gloriandi materiam hominis adimit, et huius beneficij laudem soli Divinæ gratiæ transcribit:

et contra Apostolum, testantem Deum esse, qui confirmabit nos, usq; in finem inculpatos in die Domini nostri Jesu Christi. 1 Cor. 1. V. 8.

3.

Qui docent Vere credentes et regenitos, non tantum posse a fide Justificante, item gratia ac Salute totaliter ac finaliter excidere, sed etiam reipsa non raro ex ys excidere atq; in eternum perire.

Nam hec opinio ipsam iustificationis et regenerationis gratiam ac perpetuam Christj custodiam rarit[a]m reddit: contra diserta Apostolj Pauli Verba. Rom. 5. V. 9. Si Christus pro nobis mortuus est cum adhuc essemus peccatores, multo igitur magis, iustificati in sanguine eius servabimur p ipsum ab ira. et contra Apostolum Joannem. 1 Joan. 3. Vers. 9. Omnis qui natus est ex Deo, non dat operam peccato, quia semen eius in eo manet, nec potest peccare, quia ex Deo genitus est. Nec non contra Verba Jesu Christj. Jo. 10. V. 28. 29. Ego Vitam eternam do ovibus meis, et non peribunt in eternum. nec rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus qui eas mihi dedit maior est omnibus, nec ullus eas potest rapere de manu Patris mej.

4.[tus]

Qui docent Vere fideles ac regenitos posse peccare, peccato ad mortem, Vel in Spiritum Sanctum, &c.

Cum idem Apostolus Joannes cap. 5. post q; V. 16. et 17. peccantium ad mortem meminisset et pro ys orare Vetuisset statim Vers. 18 subiungit. Scimus quod quisquis natus est ex Deo non peccat. (nempe illo peccati genere) sed qui genitus est ex Deo conservat seipsum et maligmus ille non tangit eum.

5.

Qui docent: Nullam certitudinem perseverantiæ futuræ habere

haberi posse in hac Vita absq; Speciali revelatione.

Per hanc enim doctrinam veræ fidelium solida consolatio in hac Vita tollitur, et Pontificiorum dubitatio. in Ecclesiam reducitur. Sacra Vero Scriptura passim hanc certitudinem non ex speciali, et extraordinaria revelatione sed ex promissis filiorum Dei signis et constantissimis Dei promissionibus petit: Imprimis Apostolus Paulus Rom. 8. V. 39. Nulla res creata potest nos separare a charitate Dei, quæ est in Jesu Christo Domino nostro, et Joan. 1. Epist. 3. V. 24. Qui servat mandata eius, in eo manet, et ille in eo. et per hoc novimus ipsum in nobis manere ex Spiritu quem dedit nobis.

6.

Qui docent doctrinam de Perseverantiæ et Salutis certitudine ex natura et indole sua esse carnis pulvinar, et pietati, bonis moribus, præcipuo, alysq; Sanctis exercitys noxiam: Contra Vero de ea dubitare esse Laudabile.

Hi enim demonstrant se efficaciam Divinæ gratiæ et inhabitantis Spiritus Sancti operationem ignorare: et contradicunt Apostolo Joanni, contrarium diserte Verbis affirmanti. 1. Epist 1. C3. V. 2. Dilecti mei, nunc filij Dei sumus, sed nondum patefactum est quid erimus. Scimus autem fore, ut cum ipse patefactus fuerit, similes ei simus, quoniam Videbimus eum sicuti est, et quisquis habet hanc spem in eo, purificat seipsum sicut et ille purus est. Hi preterea sanctorum tam Veteris qua Novi Testamenti exemplis redarguuntur, qui licet de sua perseverantia et salute essent certi, in precibus tamen alysq; pietatis exercitys assidui fuerunt.

7.

Qui docent fidem temporariorum a iustificante et salvifica fide non differre, nisi sola duratione.

Nam Christus ipse Matth. 13. V. 20. et Luc. 8. V. 13. ac deinceps, triplex preterea inter temporarios et Veros fideles discrimen manifesto constituit, cum illos dicit, recipere semen in petrosa, hos in terra bona seu corde bono, illos carere radice, hos radicem firmam habere, illos fructibus ec Vacuos, hos fructum suum diverse mensura, constanter seu perseveranter profere.

8.

Qui docent, non esse absurdum, hominem, priore regeneratione extincta, iterato, imo sepius renasci.

Hi enim per hanc doctrinam negant seminis Dei per quod renascimur incorruptibilitatem, adversus testimonium Apost. Petri. 1 Epist. 1. Cap 1. V. 23. Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili.

9.

Qui docent Christum nusquam rogasse pro infallibili credentium in fide perseverantia.

Contradicunt enim ipsi Christo dicenti. Luc. 22. V. 32. Ego rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua et Evang. Joannis testanti. Joan 17. V. 11. Christum non tantu pro Apostolis, sed etiam pro omnibus per sermonem ipsorum credituris orasse, Pater sancte conserva eos in nomine tuo et V. 15. Non oro ut eos tollas e mundo, sed ut conserves eos a malo.

Atq; haec est perspicua, simplex, et ingenua Orthodoxae de 5 Articulis in Belgio controversis doctrinae declaratio, et errorum quibus Ecclesiae Belgicae aliquamdiu sunt perturbatae reiectio. Quam Synodus ex Verbo Dei desumptam et Confessionibus Ecclesiarum Reformatarum consentaneam esse indicat. Unde liquido apparet, eos quos id minime decuit citra omnem Veritatem cognitionem et charitatem populo inculcatum voluisse: Doctrinam Ecclesiarum Reformatarum, de Praedestinatione et annexis ej capitibus proprio quodam genio atq; impulsu animos hominum ab omni pietate et religione abducere, esse carnis et Diaboli pulvinar, arcemq; Satanae, ex qua omnibus insidietur, plurimos faciet, et multos, tum desperationis tum securitatis iaculis letaliter configit, eandem facere Deum authorem peccati, iniustum, tirannum, hypocritam nec aliud esse quam interpolatum Stoicismum, Manichaeismum, Libertinismum, Turcismum: eandem reddere hominem carnaliter securos adeoque ex ea persuasos Electorum salutj, quomodocunq; vivant non obesse, deoq; eos secure, atrocissima quaeq; scelera posse perpetrare. Reprobis ad salutem non prodesse si vel omnia sanctorum opera vere fecerint. Eadem docerj Deum nudo puroq; Volimtatis arbitrio absq; omni ullius peccati respectu vel intuitu

maximam mundj paetem ad æternam damnationem Prædestinasse et creasse: Eodem modo quo Electio est fons et causa fidej ac bonorum operum, Reprobationem esse causam infidelitatis et impietatis: Multos fidelium infantes ab uberibus matrum innocuis abripi, et tirannice in gehennam præcipitarj, adeo ut ys, nec sanguis Christi nec baptismus, nec Ecclesiæ in eorum baptismo preces prodesse queant. Et quæ eius generis sunt alia plurima; quæ Ecclesiæ Reformatæ non solum non agnoscunt sed etiam toto pectore detestantur.

Quare quotquot nomen Servatoris nostrj J. Christi piè invocãt eos Synodus hæc Dordracena & nomen Domini obtestatur, ut de Eccle: siarum Reformatarum fide non ex coaservatis hinc inde calumniis vel etiam privatis nonnullorum, tum Veterum tum recentium Doctorum dictis, sepe etiam aut mala fide citatis, aut corruptis, et in alienum sensum detortis, sed ex publicis ipsarum Ecclesiarum Confessionibus et ex hac Orthodoxæ Doctrinæ declaratione, unanimj omnium et singulorum totius Synodj membrorum consensu firmata iudicent.

Calumniatores deinde ipsos serio monet, Viderint quam grave Dej Judicium sint subiturj, qui contra tot Ecclesias, contra tot Ecclesiarum Confessiones falsum testimonium dicũt, Conscien= tias infirmorum turbant, multisq; Vere fidelium societatem suspectam reddere satagunt.

Postremo hortatur hæc Synodus omnes in Evangelio Christj Symmistas, ut in huius doctrinæ tractatione in scholis, atq; in Ecclesys piè et Religiose versentur, eam tum lingua tum calamo ad Divinj nominis gloriam, Vitæ Sanctitatem et con: solationem animorum solatium accommodent, cum Scriptura secun: dum fidej analogiam non solum sentiant, sed etiam loquantur, a phra: sibus denique ys omnibus abstineant, quæ præscriptos nobis genuini sanctarum Scripturarum sensus Limites excedunt, et protervis Sophistis iustam ansam præbere possint doctrinam Ecclesiarum Reformatarum sugillandj aut etiam calumniandj.

Filius Dej JESUS CHRISTUS, qui ad dextram Patris sedens, dat dona hominibus sanctificet nos in Veritate, eos qui errant adducat ad Veritatem, Calumniatoribus sanæ doctrinæ ora obstruat, et fidos Verbj sui Mi= nistros Spiritu sapientiæ et discretionis in= struat, ut omnia ipsorum eloquia ad gloriam Dej, et ædificationem auditorum cedant.

Amen.

Subsignatum erat.

Ita nos sentire et iudicare, manuum nostrarum subscriptione testamur.

I. BOGERMANNUS. Pastor Ecclesiæ Leovardiensis, et Synodj PRÆSES. subscripsi.

IACOBUS ROLANDUS Ecclesiæ Amstelodamensis Pastor, et Præsidis Assessor. subscripsi.

HERMANNU FAVKELIVS Pastor Ecclesiæ Middel: burgensis, Præsidis Assessor. subscripsi.

SEBASTIANUS DAMMANNUS Pastor Ecclesiæ Trutphaniensis. Synodj actuarius. subscripsi.

Ego FESTUS HOMMIUS, Pastor Ecclesiæ Lugdunensis ad Rhenum, et Synodj Scriba, subscripsi.

Ex magna Brittannia.

Georgius Episcopus Landavensis.

Joannes Davenantius Presbiter, Doctor, ac publicus Professor SS. Theologiæ in Academia Cantabrigiensi.

Samuel Wardus Presbiter. S. T. Doctor. Archidiaconus Fauntomensis.

Thomas Goadus Presbiter. S. T. Doctor Cathedralis Ecclesiæ Paulinæ Londonensis precentor.

Gualterus Balcanqualus Scoto Britannus Presbiter, S. T. Baccalaureus,

Ex Palatinatu Electorali.

ABRAHAMUS SCULTETUS. S. T. Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi

Paulus Tossanus S. T. Doctor. et Consiliarius in Senatu Ecclesiastico inferioris Palatinatus.

Henricus Alting. S. T. Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi.

Ex Hassia -

Georgius Crucigerus S. T. Doctor, Professor, et pro tempore Rector Academiæ Marpurgensis.

Paulus Steynius. Concionator Aulicus et SS. T. in Collegio nobilitatis Adelphico Mauritiano Professor, Cassellis.

Daniel Angelocrater, Ecclesiæ Marpurgensis Pastor et Vicinarum ad Lanum et Adeam Superintendens.

Rudolphus Goclenius Saniorus ac paniorus Philosophiæ Professor primarius, et nunc Decanus in Academia Marpurgensi, subscripsi.

Ex Helvetia.

IOANNES Jacobus Breitingerus Ecclesiæ Tygurinæ Pastor.

Marcus Rutimeyerus S. S. Theologiæ Doctor et Ecclesiæ Bernensis Minister.

Sebastianus Beckius S. S. Theologiæ Doctor et Novi Testamenti in Academia Basiliensi Professor, ibidemq; facult. Th. Decanus.

Wolfgangus Mayerus S. S. Th. Doctor et Ecclesiæ Basiliensis Pastor.

Joannes Conradus Cochius, Ecclesiæ Schafhusianæ Minister.

Ex correspondentia Wetteravica.

Georgius Fabritius Ecclesiæ Windecensis in Hamonico Comit. Pastor et Vicinarum inspector.

Joannes Henricus Alstedius, in illustri Schola Nassovica, quæ est Herbornæ, Professor ordinarius.

Ex Republica et Ecclesia GENEVENSI.

Joannes DEODATUS in Ecclesia Genevensi Pastor et in eadem Schola S. T. Professor.

Theodorus Tronchinus Divini Verbi minister in Ecclesia Genevensi, et ibidem S. T. Professor.

Ex Republica et Ecclesia Bremensi.

Mathias Martinius, illust. Scholæ Bremensis Rector, et in ea Divinarum Lit. Professor.

Henricus Isselburch. S. Th. Doctor, in Bremensi Ecclesia ad B. Virginis, Jesu Christi Servus, et in Schola N. Test. Professor.

Ludovicus Crocius S. Th. Doctor, Eccl. Bremensis ad S. Martini Pastor, et in illust. Schola V. Test. et Philosop. Practicæ Professor.

Ex Repub: et Ecclesia Embdana.

Daniel Bernhardus Eilshemius Embdanæ Ecclesiæ Pastor Senior.

Ritzius Lucas, Grimaeshelvius, Embdanæ Ecclesiæ Minister.

PROFESSORES BELGICI.

Johannes Polyander SS. Th. Doctor, atq; in Academia Leydensi Professor.
Sybrandus Lubbertus S.S. Th. Doctor, et Professor in Academia Frisiorum.
Franciscus Gomarus, S. Th. Doctor, et Professor in Academia Groningæ et Omlandiæ.
Antbonius Thysius. S. Theologiæ in Illustri Schola Geldro-Velavica, quæ est Harderwici Professor.
Antbonius Walæus, Pastor Ecclesiæ Middelburgensis, et ex illust. eiusdem Urbis Schola in Theologos ad Synodum evocatus.

Ex GELDRIA ET Comitatu ZUTPHANIÆ.

Guilhelmus Stephani SS. Th. Doctor et Ecclesiæ Arnhemiensis Pastor.
Elladius a Kleben, Ecclesiæ Harderwicanæ Pastor.
Iohannes Bouillet, Pastor Wazenfeldensis.
Iacobus Verheyden Senior Ecclesiæ Noviomagensis et Scholæ Rector.

Ex HOLLANDIA Australi.

Balthasar Lydius M. F. Pastor Ecclesiæ Dei in urbe Dordrecbto.
Henricus Arnoldi, Ecclesiastes Delfensis.
Gysbertus Voetius Ecclesiæ Heusdanæ Pastor.
Arnoldus Musius ab Holy. Baillivius Suydbollandiæ, Senior Ecclesiæ Dordrachtanæ
Ioannes de Laet, Senior Leydensis Ecclesiæ.

Ex HOLLANDIA BOREALI.

Iacobus Tryglandius. Pastor Ecclesiæ Amstelodamensis
Abrahamus a Dorcslaer. Pastor Ecclesiæ Enchusanæ.
Samuel Bartholdus Pastor Ecclesiæ Monachodamensis.
Theodorus Heyngius Senior Ecclesiæ Amstelodamensis
Dominicus ab Heemskerck Senior Ecclesiæ Amstelodamensis.

Ex ZEELANDIA.

Godefridus Udemannus Pastor Ecclesiæ Zieziczeanæ.
Cornelius Regius. Ecclesiæ Gousanæ Pastor.
Lambertus de Rycke. Pastor Ecclesiæ Bergisomianæ.
Iosias Vosbergius. Senior Ecclesiæ Middelburgensis.
Adrianus Hofferus Ecclesiæ Zieziczeanæ Senior.

Ex ULTRAIECTINA provincia.

Johannes Dibbetius Pastor Dordracenus Ultraiectinæ Orthodoxæ Synodi deputatus.
Arnoldus Oortcampius, Ecclesiæ Amersfortianæ Pastor.

Ex FRISIA.

Florentius Joannis Past. Crucifixi Jesu Christi Servus in Ecclesia Snekana.
Philippus Danielis Eisbemius Pastor Ecclesiæ Harlingensis.
Kempo a Donia Senior Ecclesiæ Leovardiensis.
Tacitus ab Aysma Senior Ecclesiæ in Burgizdt, Hichtum et Hardward.

Ex TRANSISSULANIA.

Caspar Sibelius Pastor Ecclesiæ Daventriensis.
Hermanus Wifferding Ecclesiæ Zwollanæ in Evangelio Christi minister.
Hieronymus Vogelius, Hasseltanæ Ecclesiæ Pastor, tempore deputationis inserviens Eccl. Orth. Campensis.
Iohannes Langius Ecclesiastes Vollenhovianus.
Wilhelmus a Brouchusen ten Doorne tanq; Senior deputatus.
Iohan Vander Lavick tanq; Senior deputatus ——

Ex CIVITATE GRONINGANA et OMLANDIIS.

Cornelius Hillenius Servus Jesu Christi in Ecclesia Groningana.

Georgius Placius Pastor Ecclesiæ Appingadammensis.
Wolfangus Agricola, Pastor Ecclesiæ Bydumanæ.
Wigboldus Homerus, Ecclesiæ Midwoldanæ Pastor subscripsi.
Egbertus Halbes, Ecclesiæ Groningan̄ Senior.
Joannes Rufelaer Senior Ecclesiæ Stedumanæ.

Ex Drentia.

Themo ab Ascabenberch, Pastor Ecclesiæ Meppelensis.
Patroculus Romelingius. Pastor Ecclesiæ Ruynensis.

Ex Ecclesiis Gallobelgicis.

Daniel Colonius, Pastor Ecclesiæ Leydensis, et Regens Collegij Gallobelgici in Academia Leydensi.
Joannes Cruciius, Pastor Harlemensis.
Joannes Doucbar Pastor Elissingensis.
Jeremias de Pours Pastor Middelburgensis.
Everardus Bekerus Senior Ecclesiæ Gallobelgicæ Middelburgensis.

Hæc omnia de quinq3 doctrinæ Capitibus controversis supra comprehensis, ita esse gesta, testamur Illustriss. ac Præpot. D.D. Ord: Gēnlm, ad hanc Synodum Deputati nomine nostro: rum subsignatione.

Ex Geldria.

Martinus Gregorij. D. Consiliarius Duc Geldriæ et Comit. Zutphaniæ.
H. Van Essen. Ducatus Geldriæ et Comitatus Zutphaniæ Consiliarius.

Ex Hollandia.

W. de Brederode.
H. Muys Van Holy
I. Boelius.
Gerardus de Nieuburch.

Ex Zeelandia.

Simon

Simon Schotte Consiliarius et Secretarius Civitatis Middelburgensis.
G. Campe Ordinum Zeelandiæ Consiliarius.

Ex ultraiectinâ Provinciâ.

Fredericus de Zuylen a Nievelt.
Guilhelmus ab Heetefelt.

Ex Frisiâ.

Ernestus ab Aylva, Ordinum Frisiæ Consiliarius,
Orientalis Dongeria Greetmannus.
Ernestus ab Haziuxma. Consiliarius &c.

Ex Transissulania.

Henricus Hagen—.

Ex Civitate Groningana et Omlandys.

Hieronymus Isbrants J. V. Doctor.
Everardus Jacobus Clant à Stedum.

Et amplissimis ac Illustribus D.D. Delegatis
à Secretis
Daniel Heynsius.

Facta collatione compertum est convenire cum Originali.
quod testamur.

Joannes Bogermannus Pastor Ecclesiæ Leovardiens.
et Synodi Præses.
Jacobus Rolandus Ecclesiæ Amstelodamensis Pastor
et Præsidis in hac Synodo assessor.
Joannes Fabelius Pastor Ecclesiæ Middelburgensis
et in hac Synodo Præsidis assessor.
Sebastianus Damman Pastor Ecclesiæ Lutphaniensis et
Synodi scriba.

Festus Hommius Ecclesiæ Lugdunensis apud Batavos
Pastor, et Synodi Scriba.

Explicata hactenus et asserta per Dei Gratiam Veritate, errori-
bus reiectis et damnatis, abstersis iniquis calumniis, Synodus
haec Dordracena, quae ipsi porro cura superest serio obnixè et
pro authoritate, quam ex Dei verbo, in omnia suarum
Ecclesiarum membra obtinet, In Christi nomine rogat, horta-
tur, monet, atq; injungit, omnibus ac singulis, in foederato
Belgio Ecclesiarum Pastoribus, Academiarum et Scholarum
Doctoribus, Rectoribus et magistris, atq; adeo omnibus in
universum quibus vel animarum cura, vel juventutis disci-
plina, est demandata, ut missis 5 notis Remonst: Articu-
lis, qui et errores sunt et mera errorum latibula, sanctam
Veritatis doctrinam salutaris, ex purissimis Verbi Divini
fontibus haustam, sinceram et inviolatam, pro viribus et
munere suo conservent, illam populo et Juventuti fideliter
et prudenter proponant et explicent, usumq; eius suavissimum
atq; utilissimum, tum in vita tum in morte diligenter
declarent, errantes ex grege, secus sentientes, et oppri-
mum novitate abreptos Veritatis evidentia, mansuetè
edoceant, siquando det ipsis Deus resipiscentiam, ad agnos-
cendam Veritatem, ut sanioris mentis redditi, uno spiritu,
ore, fide, Charitate Ecclesiae Dei, et Sanctorum communioni
denuo accedant, atq; tandem coalescat Vulnus Ecclesiae
et fiat omnium eius membrorum cor unum, et anima una
in Domino.

Nomen Remonstrantium et Contra Rem. perpetua oblivione delendum.

At vero, quia nonnulli e nobis egressi, sub titulo
Remonst. (quod nomen Remonstrantium ut et Contra-
remonstrantium Synodus perpetua oblivione delendum
censet) studijs et conflictus privatis, modis illegitimis,
disciplina, et ordine Ecclesiae violato, atq; fratrum suorum
monitionibus et judicijs contemptis Belgicas Ecclesias an-
tea florentissimas, in fide et Charitate coniunctissimas
in his doctrinae capitibus graviter ac periculosè admodum
turbarunt, errores noxios et veteres revocarunt, et novos
procuderunt, publicè et privatim, voce ac scriptis in vulgus
spargerunt, et acerrimè propugnarunt, Doctrinam hacte-
nus in Ecclesijs receptam calumnijs et contumelijs enormib⁹
insec-

Censura —.

insectandj nec modum nec finem fecerunt, scandalis, diserdys, cen scientiarum scrupulis, et exagitationibus, omnia passim complexerunt: Quæ certe gratia in fidem, in charitatem, in bonos mores, in Ecclesiæ unitatem, et pacem, peccata, quum in nullo homine tolerarj iuste possint, in Pastoribus Censura gravissima ab omnj ævo, in Ecclesia usurpata, necessario animadvertj debent: Synodus invocato Dej S. Sancto nomine, suæ authoritatis ex Verbo Dej probè conscia, omnium legitimarum, tum Veterum, tum recentiorum Synodorum vestigijs insistens, et Illustrissimorum D.D. Ord. Genlm. authoritate munita, declarat atqꝫ iudicat, Pastores illos, qui pticùm in Ecclesia ductores, et errorum doctores sese prebuerunt corruptæ Religionis, scissæ Ecclesiæ unitatis, et gravissimorum scandalorum, citatos verò ad hanc Synodum, intolerandæ insuper adversus Supremj Magistratus in hac Synodo publicata Decreta, ipsamqꝫ hanc Venerandam Synodum pvicacię reos et convictos tenerj. Quas ob causas, primò, Synodus prædictis citatis omnj Ecclesiastico munerj interdicit, eosqꝫ ad officys suis abdicat, et Academicis functionibus etiam indignos esse iudicat, donec per seriam resipiscentiam, dictis factis, studys contrarijs, abundè comprobatam Ecclesiæ satisfaciant, et cum eadem verè et plenè reconcilientur. atqꝫ ad eius communionem recipiantur. Quod nos in ipsorum bonum et totius Ecclesiæ gaudium unice in Christo Domino nostro exoptamus. Reliquos autem, quorum cognitio ad Synodum hanc Nationalem non devenit. Synodis Provincialibus, Classib: et Presbiterys ex ordine recepto committit: quæ omnj studio procurent, ne quid Ecclesia detrimenti vel in presens capere, vel in posterum metuere possit, errorum istorum sectatores spiritu prudentiæ discriminent, refractarios, clamosos, factiosos, turbatores quamprimum officys Ecclesiasticis et Scholasticis quæ sunt suæ cognitionis et curæ, abdicent: eoqꝫ nomine monentur, ut nulla interiecta mora post acceptum hmins Synodj Nationalis Judicium, impetrata ad hoc Magistratus authoritate, conveniant, ne lentitudine malum invalescat et roboretur. Ex infirmitate et Vitio temporum lapsos vel abreptos, et in levioribus forte hesitantes, aut etiam dissentientes, modestos tamen, sedatos, Vitæ inculpatæ, docilles, omni lenitate, charitatis officys, patientia ad veram et pfectam concordiam cum Ecclesia provocent::

ita tamen, ut diligenter sibi caveant, ne quenquam ad S. Ministerium admittant, qui doctrinę hisce Synodicis ġstitutionibus declarata subscribere, illamqꝫ docere recúsent, neminem etiam in ea retineant, cujus manifesta dissensione doctrina in hac Synodo tanto consensu compo: sita violari et Pastorum concordia Ecclesiarumqꝫ tranquillitas demùm turbari queat.

Preterea Veneranda hæc Synodus seriò monet Eccles: asticos omnes cętus, ut invigilent diligentissime, in greges sibi commissos, omnibus subnascentibus in Ecclesia novitatibus maturè obviam eant, easqꝫ tanquã zizania ex agro Domini evellant, attendant scholis et Scholarum moderatoribus, ne qua ex privatis Sententiis et opinio= nibus iuventuti instillatis postmodum Ecclesiæ et Reipul. pernicies demùm creetur.

Demiqꝫ illustrissimis et Præpot: D. D. Fœd: Belgy Ordin: Generalibus gratę reverenter actis, quod tam necessario et opor: tuno tempore afflictis et labentibus Ecclesiæ rebus Synodi remedio clementer succurrerint, probos et fideles Dei ser: vos in suam tutelam receperint, pignus omnis benedictionis et præsentiæ Divinæ, Verbi nempè ipsius Veritatem, in suis ditionibus sanctè et religiose conservatam voluerint; Nullis labori, nullis sumptibus ad tantum opus promovendũ et perficiendum pepercerint: Pro quibus eximijs officijs largissimam a Domino et publicè et privatim, et Spiritu: alem et temporalem remunerationem toto pectore Synodus comprecatur: Eosdem porro Dominos Clementissimos ob: nixe et demisse rogat, ut sanc salutarem doctrinam fi: delissimè ad Verbum Dei, et Reformatarum Ecclesiarum consensum, a Synodo expressam in suis Regionibus solam et puram publicè audiri velint et jubeant. Arceant subrepientes omnes hæreses et errores. Spiritus inquietos et turbulentos com: pescant, veros et benignos Ecclesiæ nutritios ac tutores Jesu probare pergant, in pœnas supradictas sententiam pro jure Ecclesiastico Patrys legibus confirmato, ratamesse velint, et autoritatis suæ adjecto calculo. Synodicas constitutiones immo: tas et ꝑpetuas reddant.

Approbationem D. D. Ord: Gen: habes Folio – 238.

Subsciptum erat. Nomine et Jussu Synodi.
Sebastianus Dammanus Synodi Scriba.
Festus Hommius. Synodi actuarius.

In testimonium actorum
Daniel Heynsius.

Actio concluditur precibus.

Absoluta premissorum horum omnium prælectione Concluſit Ds Præses actionem precibus et gratiarum actione ad Deum: Et reditum est ex templo in Locum ordinarium confessús, ubj Theologi a D. Præside monitj sunt, ut ex singulis collegijs binos mittant, qui Judicium et Sententiam Synodicam iam prælectam excripiant, eiusq; Exemplaria faciant, quibús facta collatione, D. Præses, Assessores et Scribæ deinde sub: scribant, ut honorificè dimissi ea, ut authentica secum ad suos referant.

SESSIO 146. Die Jovis. 9 May.

Conventús (post absolutam actionē) ad agendum gratias. Deo pro beneficio, et Exteris Thol. pro officio. et vs.

Indicto conventú in eum finem, ut absolutâ iam actione Synodi: ca cum Theologis exteris, gratiæ agantur, et Deo, pro beneficio, et Ds Exteris pro officio in Ecclesias Belgicas collato: præsente fre: quentissimo auditorio, primo D. Martinus Gregorij nomine D.D. Delegatorum, ac proinde D. Præses nomine Synodj conceptis precibus Deo Opt: Max: pro stabilita Veritate egerunt gratias, et ut Ec= clesias Belgicas in eadem, in posterum clementer conservet sup= plicarunt.

Tertij isto casu, et haec peregrinationibus Iudei nihil aeque in votis habebant, quam ut fixa in terra sua sedes illae destinaretur. in monte Sione collocatae, editurq; a Deo memorabile illud oraculum: Elegi Sionem, in Sione aeternum habitabo. Perfusi ob id spirituali gaudio Iudei, in mutuos amplexus irrumpunt, iunctisq; dextris socio socium, frater fratrem alloquens, agite, inquiunt, In domum Domini eamus. Venite ascendamus in montem Jehovae, in domum Dei Jacobi, ut doceat nos de Vys suis, et ambulemus in itineribus eius. Tandem praeses invenit domum et hirundo nidum, in quo reponat pullos. O dilecta tabernacula Iehovae! In his stabimus nos, in his consistent liberi nostri, et nati natorum, et qui nascentur ab illis.

Verum omnia omnium gaudia superabat laetitia Davidis, qui dum videt sincerum Dei cultum esse restitutum, dum subditorum ad sacra se cohortantium audit voces, non potest sibi temperare, quin iubilum animi et ipse prodat, dicens: Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Beatam diem, exoptatam horam, qua concentum hunc animorum Musicum audio, de adeunda domo Domini, de celebrando nomine mei Dei.

Eamus

Erant Regi uxores venustissimæ, erant liberi pulcherrimi, affluebat opibus, affluebat honoribus, at nec in opibus, nec in honoribus, nec in liberis, nec in uxoribus, sed in eo unica lætabatur, quod Deus in populo suo recte agnosceretur et pie coleretur.

Et nimirum hoc illud est, quod a Psalte nostro primo loco diximus, hic docet, summum hominis gaudium fluere ex intuitu floridæ Ecclesiæ, et incontaminati Dei cultus in illa.

Hoc gaudio delibutus Rex noster, diem unam in atriis Domini, meliorem esse prædicat, quam velle mille alias extra illa atria.

Hoc gaudio exhilaratus, subditorum amicas, ad sūmi Numinis venerationem invitationes pluris facit, quam omnes totius regni delitias.

Gaudeant igitur huius mundi cives: alij super frumenti alij super vini, alij super olei copia. Nos coli cives tum lætemur, quando Hierosolyma nostra muros salvos esse cernimus. Neque id vero sine causa, Vix enim verbis expresserim, quantis cumuletur bonis is populus, cuius huius incorrupta vox Evangely quotidie personat. Viget apud illum concordia in domo, pietas in templo, Justitia in foro. Testem omni fide digniorem cito Regium nostrum vatem, qui Hierosolymā veram tunc Ecclesiæ sedem, his decoratam virtutibus celebrat.

> Ierusalem ædificata est ut Civitas, quæ consociata est simul, (vel ut alij) quæ plane coagmentata est inter se pacifice.

O amabile bonum, Civitatem, Provinciam, Regionem consociatam esse ~~simul~~ pacifice. Hoc bonum fluit ex vivulis benedictæ illius congregationis, quæ intemeratam Orthodoxæ fidei regulam tuetur.

Apostolorum mihi coetum vide: Manent in unitate fidei, manent et in unitate animorum, Multitudinis enim credentium qui crediderunt, erat cor et anima una, referente D. Luca. Rumpe unitatem fidei, rumpes et unitatem animorum, hinc primo simultates, mox obtrectationes, postremo odia, et tanto quidem illa acerbiora, quanto

animi

animis primo fuerunt coniunctiones. Vt enim ex corrupto generosissimo vino, acerbissimum nascitur acetum, ita ubi fratrum dirimuntur amores, acerba odia subsequuntur

Vultis exempla Vetera? Israelitæ et Moabitæ ab eodem sanguine descendebant, At ubi hi ad Idolorum cultum desciverant, nullos Israelitæ infestiores hostes habuerunt quam hos ipsos. Donatistæ in Ecclesiæ gremio delitescebant. Hoc ubi deseruere, tanta animorum facta est dissociatio, ut in nonnullis omnes, non dico pietatis, sed congenitæ etiam nobis humanitatis venæ viderentur exaruisse. Nolim mihi fidem habeatis, Auditores; Optatu Milevitano Clarissimo Veteris Ecclesiæ scriptori habete, sic enim ille ad Donatistas:

Nullus vestrum est qui non convitia nostra suis tractatibus misceat. Lectiones Dominicas incipitis. et tractatus vestros ad nostras iniurias explicatis. Profectis Evangelium, et facitis absenti fratri convitium. Auditorum animis infigitis odia, inimicitias suadendo, docendo suadetis. Et paulo post: Aliqui vestrum in perfunctoria salutatione oscula denegatis, solita, et docentur multi, ne AVE dicant cuique vestrum

Teristis est querela Isaiæ Vatis: Singuli carnem brachy sui comedunt. Manasse Ephraim, Ephraim Manassen. Quibus verbis Iudaicum populum comparat iis, quos horrendorum scelerum reos peractos, magistratus fame necandos Carceri includit. Hi post aliquot dierum ieiunia tandem, quasi in rabiem acti, in sua ipsorum viscera dentium morsu grassantur. Hanc querelam ingeminant, qui orta ex Schismate ubiquitario in Ecclesys Germanicis dissidia, non sine gemitu intuentur. Officinæ librariæ scriptis Eristicis, scripta Eristica venenatis fratrum morsibus, sarcasmis, convitiis sunt referta. Stant in pulpitis hinc inde, qui licet cum Reformatis habeant, unum et eundem spiritualis patrem Spiritum sanctum, unam et eandem matrem Ecclesiam Evangelicam, unum et eundem servatorem Iesum, unum et idem animæ pabulum, carnem Christi in mortem traditam: unam et eandem spem beatæ immortalitatis: tamen ita rerum causam agunt, in negotio Eucharistico, ut propter infideles, fideles rejiciant, et Pontificiorum potius Idololatrica, quam Reformatorum purissima sacra adeunda clamitent. Sunt alij quos nulla unquam amoris divini scintilla calefecit, qui audacter tamen et petulanter eos æternæ mortis adiudicant, qui pro Veritate Evangelica vitam profundere, et hostium filij Dei crudelitatem vel sanguine

suo

suo. abluere non sunt Veriti. Rident salse adversary communes, dolent acriter quotquot contritionem Josephi lugent. Et hi scilicet sunt fructus disrupta fidei unitatis.

Felices igitur Vos Belgas itezum dico, felices vos Belgas, quibus consimile quid hactenus expertis, desideratum mali remedium Deus commonstravit, Venerandam hanc Synodum, à qua tota Ecclesia ea exspectat, quae à tam angusta Clarissimorum Theologorum corona exspectari et possunt et debent, nimirum ut nullis praepedita carnis affectibus, nullius q̃ hominis, solius autem Dei astricta imperio de controversys motis, secundum scripturas sanctas liberrime pronunciet, et instar fidissimae matris, membra Ecclesiae dissecta colligat, depressa erigat, languida refocillet, putrida resecet, saucia sanet, sana a futuris morbis praeservet: Et totum hoc Belgium sit consociatum simul, et florentissimae hae Provinciae sint coagmentata pariter in fide, Veritate et unitate, quod praesentibus Videre, absentibus audire, summum utiq̃ erit gaudium, praesertim cum amabili nexu concordiae in domo, pietas quoque in templo erit necessario copulata. Dico necessario: Vera enim et sincera Religio ubi ubi instauratur, ibi pacis non potest, quin verus Dei cultus, quasi de novo efflorescat, Docet hoc pocro Psaltes, aiens:

Illuc ascendent tribus, tribus Domini, ad testimonium Israelitarum, ut celebrent nomen Domini.

Mens Prophetae: Posteaquam Domino Deo placuit, Hierosolymis Ecclesiae suae sedem erigere, confluit omnis caro ad arcam testimonij (quae hic testimonium Israelitarum dicitur) invocatura, laudatura et celebratura Deum Vivum. Non sic, non sic temporibus Saulj, quando ad Reipublicae clavum sedebāt homines ἀγροί, quibus omnis religio ludus erat et iocus, qui sinceram Dei cultarem Davidem sannis excipiebant, et ex ipsa religionum confusione tuepē quęstum quęrebant, Quam deplorandam Israelitica Ecclesiae sortem miseratus Regius propheta Deum fidenter adit Psalmo 7. Versu 7-8.

Exurge ait Iehova in ira tua, et exaltare contra furores inimicorum meorum, et restitue mihi iudicium, quod mandasti, ut Synagoga populorum circum

circumdet te, et propter hanc in altum regredere. Verum non concordia solum in domo, non pietas tantum in templo, sed iustitia etiam in foro dominatur, ubi vera dominatur religio. Illic enim sedent solia, ad iudicandum, solia domus David. Hoc est: exigumtur ibi solia in quibus sedent Iustitiæ Præsides, qui ius ex æquo, pauperi divitj, honorato, inhonorato dicunt, et Virtutj præmia, sceleribus pœnas decernunt. Vbi enim Deus rectè agnoscitur, ibj et propter Deum iudicia utplurimum recte administrantur: Instauret Veram Religionem Samuel, instauret idem et iustitiæ civilis cultum. Purgat Ecclesiam Josaphatus: Idem mox constitutis per singulas civitates iudicibus edicit, in oculis Iehovæ ut iudicent.

Et non lætabimur (Auditores) super flore Ecclesiæ, quandoquidem illis flos, florem concordiæ in domos privatas, florem pietatis in templa, et cœtus publicos, florem iustitiæ in Regum aulas, iudiciúm consiliariorumque subsellia infert? Armj sunt centum, tres et Viginti, quando in comitijs Wormacensibus, quæ Maximilianus, Caroli V. avus primo celebravit. Saxoniæ duces ad cœnam convocarunt Palatinum, Bavarum, Virtenbergicum Duces, et cum singulj suarum regionum ornamenta, adeoque summa animorum suorum gaudia prædicarent, erant qui Venis metallicis, erant, qui splendidis urbibus, erant qui proventu generosissimj Vinj et frumentj se iactarent, at Virtenbergicus ornamentum suum maximum hoc esse profitebatur quod securus in medio æstu, in campo, et solus in gremio cuiuslibet suorum civium dormire posset. Magna quidem hæc erat gloriatio Virtenbergicj, sed nihil ad gloriationem Regis Davidis, qui urbes, qui arces, quj Palatia, qui subditos suos hoc nomine commendat, Psalmo quadragesimo octavo, quod Deus in ijs notus esset. Nihil ad gloriationem Imperatoris Theodosij, quj morituros beato Ambrosio fassus est, magis se gaudere, quod Ecclesiæ Vera civis, quam quod Imperator esset. Hæc igitur Fratres, et nostra sit gloriatio summa, hoc et nostrum gaudium sit summum in hac Vita.

Summum.

II.

Summum hominis Votum.

Iam Votum summum hominis Christiani quod erit? Si carnem et sanguinem consuluerimus, obyeient nobis ab una parte honorum dignitates ab altera, carnis Voluptates, ab alia: Splendidas huius mundi divitias: Et haec optanda ad haec Votis omnibus aspirandum suadebunt. Set apage carnem et sanguinem. Loquentem in Davide Spiritum Dei audiamus. Quid ille.

Precamini pacem Ierusalem
Sit pax in munitione tua: prosperitas in turribus tuis.

Hoc, hoc sit omnium Christi amantium unum et summum Votum, ut Ecclesia denuo instaurata in flore et honore maneat, ut coniunctis manibus et cordibus, Deus Vivus invocetur praedicetur: Ut munitones nostras pax, palatia nostra tranquillitas circumdet, ut denique a cotibus nostris exulent, quotquot oderunt pacem Ierusalem.

Hoc fuit Votum priorum Israelitarum, hoc fuit Votum Sanctorum Apostolorum, qui toties pacem Ecclesys suis precati sunt. Et quid dico de Israelitis, de Apostolis? Ipse Israelitarum et Apostolorum Dominus hoc Voto Vitam suam in his terris clausit, quando paulo ante agonem patri supplex factus, oravit: ut omnes sibi a patre dati unum essent.

Vel hinc ergo intelligitis, quae animorum nostrorum desideria, quae Vota esse debeant hodie: Non alia quam ut Deus sanctos coetus, quos sibi per Vocem Verbi et Spiritum sanctum in diversis mundi locis colligit pacis suis bonis et donis beet: Ut mittat ad eos fidos operarios, ut abigat ab alveolis eorum omnes fucos, denique diversarum gentium animas glutine fidei salvificae, et sincerae charitatis compactos ita aduniat, ut quam credimus vere sit Sanctorum per orbem terrarum communio. Imprimis autem Belgicae Ecclesiae pacem et tranquillitatem, precibus nostris Deo commendemus, ut quae per Dei gratiam, nunc quasi reflorescit, per eius de bonitatem

nova

nova deinceps luce splendescat. Salva enim Ecclesiâ, salva erit Respublica, Salva Republica, salus totius populj erit salva.

Neque vero frustra precabimur pacem nostræ Hierosolymæ, sed quam nos ej votis nostris impetrabimus benedictionem, in eius societatem et ipsj veniemus, Hoc enim et non aliud volunt cordialia illa verba: Prosperentur diligentes. Qui rem tuam strenuè agunt, Ô Ecclesia, qui pro te vigilant, pro te orant, omnibus postremo studijs et officijs conservationem veræ Doctrinæ iuvant: Illorum causam vicissim aget Deus, pro ijs vicissim vigilabit Deus, audiet eos orantes, allevabit afflictos, solabitur anxios, facietque ut illis ijs foeliciter et prospere omnia succedant, in hac vita ornatis coelesti gratia, in futura decorandis coelestj gloria.

III.

Audivimus de summo hominis Christianj gaudio, de summo item eiusdem voto. Restat expediendum illud, exquodnam summum Christianj studium esse debeat in hac vita? Non præterit Psaltes, sed, Procurabo (inquit) bonum tibj. Perinde mihi vir sanctus videtur agere, ac strenuus aliquis militiæ dux quj arcem occupaturus, ubj ad victutem suos est cohortatus, scalas primus conscendit, exemploque alios ad insequendum animat. Ita noster. Et ego, ait, procurabo bonum tibj O Ecclesia. Quo ipso innuit, non solum gaudendum super Ecclesiæ flore, non solum Deo commendandam votis nostris constantem Ecclesiæ prosperitatem, sed cuique etiam suo loco in eo esse laborandum, ut et ipse aliqua et dicat et faciat, quæ Deo grata, Ecclesiæ sint salutaria. Scire vultis, Auditores, quæ tacita cordis mej sint desideria! Libere dicam, Huc feruntur, Vota mea, ut quotquot Christum sincere amant et pie invocant Davidica hæc verba:

Et ego.

Et ego procurabo bonum Ierosolimæ, Intimis cordium suorum fibris infixa, ubique locorum secum conferant. Erit igitur Illustrissimorum, fœderatarum Belg. Ordinum quotidianum hoc propositum: Nos procurabimus bonum Hierosolimæ Belgicæ, Erit hoc Illustrissimj et Fortissimj Herois Mauritij Principis Auraica quotidiana meditatio: Ego procurabo tibj bonum Hierosolyma, Erunt hæ Nobilissimorum, Amplissimorum, Consultissimorum Delegatorum Voces quotidianæ: Et nos ittiabimus orabimus, promovebimus studia Orthodoxiam docentium, discentium in Ecclesys, in scholis. Quanquam non est, cur Vel in Illustrissimis Ordinibus, Vel in Fortissimo Heroë Mauritio, Vel in Nobilissimis Delegatis hic aliquid desideremus. Illustrissimj Ordines, Et Fortissimus Princeps Mauritius, quanto Zelo rem Christj cupiant promotam tam luculentis alys argumentis, tum Venerandæ huius Synodj convocatione Orbj Christiano demonstrarunt, nec aliud loquitur honorifica Nobilissimorum Dominorum Delegatorum, eaque quotiana in hac Synodo præsentia, quam studium insigne Veritatis coelestis, et ex hac profluentis amabilis Concordiæ in Ecclesys Belgicis firmandæ: Me, me, et Vos Patres et Fratres, quotquot Vel ab exteris Regnis, Principatibus, Rebuspublicis, Vel a florentissimis harum Regionum Provincys missi hic convenistis, me inquam et Vos excuscito, exhortor, exstimulo: operam demus hac optata occasione, ut recte utamur, Dei gratiam precibus advocando, fratres dubitantes confirmando, errantes in Viam reducendo, quæstiones inutiles præscindendo, denique meditando, dicendo sanciendo quæ ad Veram Dei agnitionem mentibus ad Verum Dei cultum cordibus ingenerandum omnium sanctorum consensu indicantur esse utilia. Postulant hoc a nobis Fratres in terris, postulat Deus in Cœlis.

Propter.

Propter Fratres meos, et propinquos meos, loquae nunc pacem in te.
ait Rex noster. Sensus est: Dicam et faciam, quæ Hierosolymæ bene cedant, nullus dubitans, pacem huius nobis redundaturam in fratres et amicos, hoc est, in reliquas urbes, in quibus habitant fratres et cognati nostri eiusdem sanguinis, fidei, et religionis socy.

Non sum Vates, Auditores, Ita tamen voveo: Pacem Ecclesiæ Belgicæ, pluriumarum Ecclesiarum aliarum pacem futuram: Firmata Orthodoxia in Belgio, eandem in pluribus alys locis caput exeruram — Itaque propter Fratres, propter amicos, in orbe terrarum dispersos, enitamur, ut Veritas et concordia in omnibus Belgy locis se mutuo amplexentur, quandoquidem in unius Ecclesiæ salute, tot Ecclesiarum salus inclusa est. At esto, fratres, in terris hanc operam et curam non postulare, postulat tamen eam a nobis habitans in coelis Deus. Psalten audite:
Propter domum Iehovæ Dei nostri, procurabo bonum tibi.
Tu sancte Deus, inquit Vates, dignatus nos es hac gratia, ut præterritis tot gentibus, nos tibi in peculium selegeris, et inter nos domicilium quodammodo præsentis tuæ gratiæ fixeris. Video igitur quid a me gratitudo exigat, hoc videlicet, ut quicquid ad domus huius ornamentum, quicquid ad Domini Domus huius laudem pertinet, id omni studio procurem. Et vero procurabo. Avertite, Auditores, mentem ab Hierosolyma, convertite eandem in Belgium. In clarissimo Evangely luce se Deus Belgio patefecit. Ministerio sanctorum Martyrum et Clarissimorum Theologorum, quorum animæ sunt in fasciculo Viventium. Habitavit hic gratiose per Spiritum, Verbum et Sacramenta, possumusque paucis immutatis de Belgio quoque dicere, quod olim Iudæa occinebatur: Non fecit taliter pluribus alys nationibus, et iudicia sua tam clare non manifestavit eis. Agnoscimus impensam gratiam? Agnoscamus et debitam gratiæ gratitudinem. Igitur propter gloriam domus Dei. Imo vero propter gloriam ipsius Dei

curam in eo omnem locemus, ut in vera pietate instituantur iuniores, in eadem confirmentur seniores: Sic erit et manebit ut olim super Hierosolimam Davidicam, ita super Ecclesiam Belgicam miseratio Patris, benedictio Filij, et gratia Spiritj Sanctj.

Habetis, auditores, brevem et succinctam Psalmj centesimj vigesimj secundj enarrationem, documenta pauca sunt sed illustria, de summo hominis gaudio, voto, studio. Gaudium: in Orthodoxae Ecclesiae flore, votum, in continuato floris honore, studium, in conservando perpetuo eius vigore occupatur. Agite ergo Patres et Fratres, hunc Dej vitum ad imitandum nobis proponamus: gaudia mundj, vota mundj, studia mundj, mundo immundo relinquamus. gaudium Davidis, votum Davidis, studium Davidis, sit nostrum gaudium, votum, studium in hoc presertim tempore, quo ad deliberationes, quas Deo gratias, tam Diabolo et ministris eius invisas quotidie convenimus. Confirmo vobis si non defuerimus Ecclesiae nostra cura, Deum non defuturum nobis sua gratia. Si dictis factis et consilijs veritatis ac pacis glorificaverimus Deum in hac Synodo, quando amabilis ille sanctorum Patriarcharum, Regum, Prophetarum Apostolorum, omniumque credentium chorus, in amenissimis Dordrecti coelestis spacijs conveniet, et post primam contemplationem aeternae gloriae, post primum gustum aeterni gaudij exultabundus canet. Letatus sum, letatus sum super his, quae a Domino Jesu nobis dicta sunt: Ite in domum Patris mej a seculis vobis paratam: Quae concupivimus in terra ea sentimus in coelo, plenam Dej agnitionem in mente, perfectum Dej et proximj amorem in corde, de quibus mortales audivimus, ea immortales facti videmus, Patrem in Filio, Filium in Patre, Spiritu Sanctum in utroque, lucem in luce, vitam in vita gaudium in gaudio, gloriam in gloria: Luce irradiati et ipsi aeterna, vita donati, et ipsi aeterna, gaudio perfusi et ipsi aeterno, gloria decorati, et ipsi aeterna.

O

O aterna domus Dei adamata! Quam dulce hic Vivere, quam iucundum morari! In his ateys stabimus, in his ateys sedebimus, in his ateys ambulabimus, glorificatuis Patrem, qui pro nobis dedit Filium suum, glorificatuis Filium, qui pro nobis dedit Vitam suam, glorificatuis Spiritum sanctum, qui spei nostrae et salutis indubitatum fuit signus. Omnes coeli pleni sint gloria creatoris Patris, gloria Redemptoris Filij, gloria santificatoris Spiritus Sancti. in aeternitatem aeternitatis.

Amen. Amen.

PRECATIO.

Aeterne, Vere, Vive Deus, qui te patefecisti immensa bonitate, misso Filio, et effuso Spiritu sancto in Apostolos, gratias tibi agimus, quod nos non tantum, ad brevem usuram luis huius Vitae, ex parentibus nostris nasci, sed etiam ad spem beatae immortalitatis Spiritus sancti renasci Volueris.

Imprimis glorificamus nomen tuum, quod hanc nobis gratiam largiris, ut sub umbra alarum tuarum, in celebri hac urbe, quotidie convenire, et de tranquillitatis Ecclesiae afflictis consultare possimus. Rogamus te Sancte Deus, rege, guberna, dirige Spiritu sancto tuo, quotquot hic adsumus, ut puris et defecatis animis haec subsellia occupemus, et quasi in oculis tuis sedentes ea cogitemus, dicamus faciamus, statuamus quae ad firmandam in Verbo tuo revelatam Veritatem, ad eliminandam exosam tibi falsitatem, adeoq; ad amplificandam nominis tui Venerandi laudem unice spectant

Dirige oculos gratiae, defende manu potentiae tuae Illustres foederati Belgy Ordines, ut quod agunt diu agant, et qui nunc sunt etiam post mortem audiant, sinceae Religionis in Ecclesia, et Iustitiae in Republica constantes Patroni. Tuere ut pupillam oculi tui, clarum coelo et terra caput Illustrissimum et Fortissimum Mauritium, Principem Auraicum, cohibe manus sanguinariorum ne animam tuorum tuis unquam attingant. Benedic illustribus Provinciarum singularum Ordinibus ad hanc

Synodum Delegatis: Praetoj item, Consulj, Senatuj, Civibus, Respublicae, denique inditi huic urbj Dordrecto, qua Synodi huius Membris tam grata praebet hospitia, largire hanc gratiam, ut quemadmodum olim sancti Hierosolimam, vel praeteuntes vel ingredientes canebant, sit pax in muris tuis, et tranquillitas in Palatijs tuis; Ita quotquot honj deinceps vel praetervehentur, vel ingredientur, ys etiam — Vocibus salutent, quae portae nova insculpta legantur.

O FLOS NOBILIS URBIUM
SEMPER TE BONA PAX AMET
ET TE SEMPER AMANTIBUS
CEDANT OMNIA RECTE.

Renova ut aquilae annos Serenissimi et potentissimi Regis magnae Britanniae, Conserva in honore et flore coelum Germaniae Fridericum V. Electorem Comitem Palatinum Ducem Bavariae, Literatissimum item Principem Mauritium Hassiae Lantgravium, et florentissimas Respublicas Helvetiam, Genevensem Bremensem, Embdanam.

Illumina etiam coelestis Pater mentes fratrum nostrorum, qui fidei suj confessionem, huic Synodo examinandam offerunt, ut pari nobiscum studio quaerant bonum Ecclesiae Belgicae, ut tot hominum conscientiae quae inter istos Theologicarum disputationum motus fluctuantur. Vel tandem tranquillentur. Denique da ut quotquot in hac Synodo cordibus, animis sumus congregati, in beata et optata illa Synodo laetj rursum coniungamur, te benignum Patrem cum Filio et Spiritu Sancto, aeternum laudaturj celebraturj.

Finis.

Exhortatio

Reverendissimi et Clarissimi Viri.

D. IOSEPHI HALLI.

Pag.a 26.

Ad Synodum Dordracenam, Ex Ecclesiaste Salomonis Ex capite septimo, Verso decimo sexto.

Ne sis iústús nimis, neque sis nimium sapiens.

De Iuscia mihi hodie cum bono Deo, et de Sapientia sermo erit. Quid vero occurrere potuit opportunius? De Justicia, coram æquissimis Reipublicæ Moderatoribus. de Sapientia coram Amplissimo doctissimorum Theologorum Synodo, et Vice Versa, de Sapientia in prudentissimorum Ordinum Vicariorum cõsessu: De Iusticia in Sanctissima corona Prophetarum. Necest quod dubitem, ne non aure bibula, lubentiqꝫ animo excipiantur ista. ab utroque Vestrum Ordine (Nobillissimi Ordinum Deputati, Theologi gravissimi) quæ utrumqꝫ ex æquo spectare videbuntur. Iusticia se Vobis offert primulum, deque illa tres mira profecto clausulæ convenere istic, seque oculis auribusque Vestris sponte ingerunt: Iustus perit. Vers. 15. Nesis iustús nimis Verso 16. Non est iustus Verso 20. Euge concionatrix anima, quid meditaris, quod ex sacro illo ore pugnantes effluant sententiæ, sesne uti Cadmæa proles mutuo perimant? dum negat ultima, quod prima asseruit; secunda vetat fieri, quod ultimã fieri posse negat? Si non sit iustus qui potest perire? qui potest esse quis iustus nimis? si iustus nemo est? Ali homo, amicę sunt semper scripturarum lites, utinam tales semper fuissent nostræ. Neque hic opús ẽ Mose aliquo Mediatore, qui fraternitatem incúltet. Pulcherrime, scilicet, his in se ultro convenit, ubi tribus clausulis, tria Iusticiæ genera accommodare libuerit. Iusticia absoluta est, sic nemo iustús. Iústicia inchoata, inque suo genere. Sic Iustus perit. Justicia æquivoca. Sic ne sis Justus nimis. Ita facile et nimium iustús est, qui iustus non est, et qui iustus est perit. Non ergo vel animum adimit iustitiæ

afsectis.

asseclis summum Iusticiæ exemplar dum iustum perire
ait, vel veram Iusticiam deprimit dum nimietatem vetat
Facile quidem omnes deterremur à bono, quj vix illis
seu monitorum seu minarum frenis nos à malo divellj
patimur. Quam avide alacriterque omnes accipimus
hoc quicquid est consilij, nempe hoc agere nobis est, ac
si quis febricitantj amico, iamque meum ignem spi-
rantj, poculum frigidæ pleniusculum porrexerit.
Perplacet natura nostra libertas, et quicquid hanc
sapit coræj est. Nos quidem ingeniorum more (Iobj ver-
bum agnoscitis) per hæc mundj deserta solutj dis-
currimus, nec iugo assuetj nec freno. Tota Religio
ligat nobis et mentem et manum. Unde et nomen
Indidit illj Vetustas, et frenum appinxit in manu, inter
Theologos nostrj seculj Poeta maximus. Nullum non
mandatum hamj instar est et retinaculj, quo vaga hæc
et in scelus omne solutissima mens coarcetur ὁλικῶς
λόγῳ est quicquid iubet. Illud vero imprimis, Estote
perfecti sicut Pater vester. Quod Petrus olim de circu-
um lege, idem caro et sanguis de Lege morum: iugum im-
par cervicibus et Patrum et nostris. Laxare nunc habe-
nas hasce videtur Salomon, et pro blandis alicuius Mitionis
more indulgere aliquid parum flagitiosæ sententiæ. Ne
sis iustus nimis. Falleris et hic quisquis es, Parasita tuj,
perditissimæ huic naturæ, ut obblandirj velit sanctus con-
cionator. ut modum imponeret veræ sanctimoniæ, improbu-
lum ut esse sinat, ut iubeat? Apage blasphemiam, dixisset
modo nolj iustus esse, haberes profecto quo petulant hanc
animum demulceres. Sed cum ait: Nolj iustus esse nimis,
Iusticiam præcisit, damnat excessum. Excessus iusticiæ ius-
ticia non est. Ut desit vocabulum, quo hoc experimatur,
res constat. Satis iustus nemo potest esse, nedum nimis:
etiam dum servat iusticiæ modum. Molesta quædam animj
pendentis anxietas et Sanctimoniæ nomen hoc forte an induit
aut opinio iusticiæ. Quod vitia virtutum titulis insignita vulgo prodeunt, præsertim ubi nota additur excessus?

Nimis

Nimis liberalis prodigus est, nimium fortis audax: frugi nimis avarus. Potius istic probatur ὑπερβολὴ quam ὑπερβολὴ prohibetur. Ut ubi Paulus immoderatum pro mortuis luctum vetat, moderatum iubet. Imprimis ergo iustus esto. Da operam ut in te iustus sis, ut in Christo Regula iustitiae lex est, summa legis iusticia. Oportet implere omnem iusticiam inquit Verus δικαιοσύνη Melchisedechi. Suum quique, iustus, vis igitur iustus esse? Da Deo timorem amorem, fidem. Proximo et suum semper, et aliquando etiam ipsius tuum. Illi enim et tuum cedit, ubi tibi superfluit, ipsi defit. Tibi quantum et naturae sufficiat et personae. Utinam enim hoc unum addiscere possemus aliquando: Utinam hac in parte haud paucum peccaretur gravius! Non satis iusti sumus qui iusticiam profitemur. Quisque sibi fere totum tribuit, proximo parum, minimum Deo. utrique certe horum quantulum expediat sibi. Vos appello (Viri Fratres) testes communis hominum vitae morum, quam pepererint penitissime iusticia et veritas a filys hominum. Quippini et vos aeque provocem (Viri Magnates) censores iudicesque facinorum — quae oculos plebeculo vel spectando fatigarint. Conqueremini licet omnes, cum beato martyre Cypriano. Flagrant ubique delicta, et passim multiformi genere peccandi, per improbos mentes nocens virus operatur. Quin et innocentia ne illic ubi defenditur reservatur. Consensere iura peccatis, et coepit esse licitum quod publicum est. Sed, o, si possitis in illa sublimi specula constituti oculos vestros inserere secretis, recludere cubiculorum obductas fores, et ad conscientiam luminum penetralia occulta reserare, aspiceretis profecto ab impiedicis geri, quod aspicere non possit frons pudica. Videretis, quod crimen sit et videre turpes Arctinismos libidinum, crudas nauseabundae ebrietatis reliquias. Fily hominum usque quo gravi corde, quousque diligitis Vanitatem, et quaeritis mendacium?

Estote.

Estote iusti satis. Succurrite Vos interim laborantj Reipub.ae qui sedetis ad clavum, et date operam sedulo, ut grassantibus hominum vitijs, tempestivis aliquando tandem censuris occurratis. Quin claves manu exerit exercetque Ecclesia, quae gladium ozis libere usque vibraverit? Quin fulminum spiritualium vim ac horrorem sacrum redintegratis, facitisque ut qui Dei Ministros flocci fecerint, ad lictorum vestrorum fasces contremiscant. Supponitur hoc primum (Iustus este) Sequitur quod vetatur postmodum, Ne quid nimis, seu opinione seu vere reipsa. Non opinione. Facile qui paucillum in se habeant iusticiae, intestino quodam fermento sua φιλαυλιας effervuntur, iamque se plus satis abundare autumant. Ita iustus erat iactator ille Phariseus (Gratias tibi Domine, non sum ut alij) non ait, ut aliqui: modestiae fuisset istud hominique reperti ἑαυτου ουκ ουδενος. Sunt enim aliqui profecto Daemones, humana specie lavati ut vere Hieronymus: Sed ut alyuniversalis naturam sortitur indefinitus enunciandi modus. Pacem cum Pompeio ferre non vult, nedum cum Cesare superiorem. Iungant vero huic manus Pontificy Pharisaei, homines sacerrimi, qui legem ex amussi servarj, et supererogare demum aliquid se Deo posse iactitant. Ilicet hi vere sunt horum temporum, (quos exprobrare solent alys) Puritanj. Ingenue quod solet Espenseus. Sunt qui hodie status et homines in perfectione iusticiae tantum non aequent angelis, novae veteris Pelagianismj reliquiae. Qua haeresi, ut nulla vel periculosior, aut perpetuae gratiae Christi necessitatj magis contraria, ita nulla vel minus extincta vel plus rediviva. Sed et suus denique Gratianus istos probe sugillat, qui nomen suum (inquit) cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos appellarent. Exigant isti sibj cum Hieron scalam qua in coelum ascendat (monitore Hieronymo) abjecto interim omnis superbiae vindice, in imum barathrum praecipitandj. Mittamus opinionem. Sunt qui reapse nimium ambiant iusticiae, idque vel publice vel privatim. Publice, vel qui ipsum legis rigorem sectantur paulo severius in iudicando,

neglecta

neglecta interim omnis διϰαιοσύνης ratione. pessimi amanuenses qui leges etiam lacteas sanguine transcribunt. **Carnifices plane legales**, qui dum non tam in mentem Legislatoris quam in iuris apices intendunt, magistram Vitæ, matrē sacris salubernimam νομοθεσιαν in ministram mortis iniquæ convertunt. Quo referri dicerem, qui sic poenis früi solent, ut in aliorum delicta atrocius animadvertant, nisi illud malum esset, nullo graviore morbo seculum hoc quam lenitate nimia laborare. **Neque** tam lenientibus, quàm vehementer reducentibus linimentis indiget communem improbitatis ulcus, quam igne et ferro. **Etiam Virtus ipsa nimia licentia languescit, quę moderata coërcione vires perennat, imo reduplicat.** Animosissimus equorum, ni semper laxantur freni, medio itinere deficit: neque iam Virga respondet satis, nec calcaribus. Siquidem Vobis publica rei salus curæ sit, eritis quidem hac in parte iustiores, Vel qui sacræ legis interpretes ita se literis ac syllabis mancipio dare solent, ac si (contra quod olim Tertullianus) ratio divina non in medulla esset sed in superficie. Ita scribæ olim et Pharisæi, censore Christo. Ita Orimges, poenas dando merito tot allegoriarum, Eunuchatum planè allegoricum ad literam paulo severius interpretatus sibi Vim tulit. Qui non minus vim intulerat scripturæ. Virque esse desiit qui non desiit esse malus interpres. Ita et Monachus ille olim Euangelium ipsum Vendidit, a quo iussus est omnia Vendere. Utinam vero Doctores Pontificy immunes se praestarent ab hoc crimine, quibus nimis solenne est coelum terræ miscere, humanitatem Christi in monstrum, in nihilum redigere potius, quam in sacramentali loquendi forma, figuram nobiscum admittere velint, qui tamen multas inibi fateri coguntur. **Non** infimum est apophthegmatum Sapientissimi Regis, quod tamen Vulgata Papicolarum Versio ridiculum faciat, **Emulsor lactis adducit butirum, Emunctor nasis educit sanguinem**, Et quid est hoc aliud quam γαλοκάδολον, **sincerum lac Veritatis, ita nimis agitare ut in butirum congelescat:**

nares.

naresque scripturarum adeo graviter comprimere, ut sanguis demũ eliciatur, et Dorum quidem uterque **nimis iustus est**, insententiis seu ferendis seu interpretandis. Quin et huc revocemus illos male cautos iusticiæ divinæ Vindices, qui causam Dei non aliter agendi censent quam suam. Quasi ipse ille omnis Iusticiæ ac bonitatis fons ac scaturigo immundum fluat, nisi ab ipsorum puteis humorem petat ilicet. Vel qui ex altera parte prodigiosam iusticiam, pysque ne ferendam quidem Deo adfingunt. O homo, ô lutum, sat est: Sis tũ illi, **quem te esse voluit**: Sit tibi ille **quem se fore revelauit**. **Priuatis iusticiæ excessus**, sequitur. Vel ἐν τῷ ἀπεχου, ὑπεχου. ut imitemur Epictetum: Sive in imitandis rebus legitimis, quarum nobis usum liberè concessit Deus, Sive in agendis suscipiendisque quæ Deus nusquam præscripserit. Illud meticulosæ cuiusdam est ac rigidiusculæ anxietatis: hoc Vero superstitiosæ nimiumque affectatæ sanctimoniæ. Quæ deinceps Dorum meditatus eram, quam multa prudens omitto, ne nimis sim. Cum instituto nostro coniunctior est paulo, quæ de sapientia sequitur oratio: **Ne sis sapiens nimis**. Qui data occasione sapientiam sibi elegit, et supra quam mortales solent, sortitus est, nimium damnat sapientiæ? **Ecquid melle dulcius**. Vere Sampsoni **Ne nimium tamen mellis comedito**, prudenter Salomon. Ipse rationis morbus est curiositas, quo vel ad mortem usque laborarunt primi generis humani parentes: nobis quidem hæreditarius cognatusque. Esdras ille suppositititius aliud profitetur, aliud præstat. — **Non proposui mihi** (inquit) **interrogare de superibus tuis**. Et tamen eodem loci, **Nunquid plus futurum est quam præteriit?** Sed bonus ille Dionysius ita de Angelorum ordinibus (ut nostis) disserit, quasi cum Paulo raptus fuisset in coelum. Imo quæ beatus Apostolus Vidit et conticuit, iste non minus profecto conticuit quam Vidit. Neque defuit alter, qui coelestium spirituum numerum æque certo designavit. Quin et Matilda, una ex minorum gentium Divis, fratris cuiusdam rogatu ausa est (nimis quidem familiariter

scisceitarj, quid de anima Sampsonis, quid de Salomonis, Iesaianj, Originis demum fieret. Qui ad pedes Christj diutule sederunt Apostolj, ubj de fidej mysterijs sermo inciderat, audiunt ibico: **Vobis datum est noſse, Sed** ubj de rebus parum necessarijs percontantur (ἐξ ὀνῶν γυνῶναι) Abgœptus est abilla Voragine Plinius, quam prudentius, penitiusque Voluit intuerj. **Et Bethsemitæ, dum sacrum Dei sedem lœti perlustrant oculis suis periere.** Scio me iam ulcus tangere huius ævj, quod tamen faciam levi manu. Liceat mihi (Fratres reverendj) coram Vobis merito quærj, seculum illud prius, nimium ignorantiæ perdidisse. O crudeles plane illorum temporum Scribas et Phariseos, **qui claues coelorum sibi servantes. nec intrarint ipsi. nec alios discupientes sustinuerint:** nostrum Vero hoc nimio pejore sapientiæ. Generosior quidem paulo est iste morbus, sed nihilominus lethalis. Omnes omnia scire Volumus, et ne quid forte lateat, etiam in arcanissima Dej consilia temere irruimus ac precipitamur. Date Veniam huic parrhesiæ. Et plebem et Doctores reos peragro huius malj. Et sane (ne quis nesciat). Theologia duplex, Scholastica et popularis. Hæc Religionis basim spectare Videtur, illa tectorj ipsius formam, et ornamentum respicit. Hæc quæ scirj debent, illa quæ scirj possunt. Huius cognitio Christianum facit, illius disceptatorem (Velsi quis mavult) et hæc Theologum facere solet, illa polire. Ut omnes utriusque sententiam ex æquo ambiant periculj plena res est, et quæ Vulgo in summa rerum omnium confusione desinat. **N**ulla profecto ars est, cuius intima ac secretiora mysteria non soleant peculiarj quadam ratione solis artificibus relinquj; Nemo est qui sibi tantum patrj iuris notum esse velit, quantum hæreditatj suæ, sive adeunde sive tutandæ inservire posse putet, qui tamen summos iuris apicu: los sibj parum disquirendos autumet: Hos Vero potius consultissimis Legum Doctoribus remittat. Sanj modo fit in medicina. Ecquis est qui non eousque se Æsculapio in disciplinam tradere velit, ut quid corporj suo

noxiæ

noxium quid valetudini accommodum esse soleat satis intelligat? qui tamen interim omnes Pharmacopolæ prixides, herbarum vires, morborum rationes, medendiq; methodos susque deque habeat, Quin et hoc idem in artium omnium Domina ac Regina animæ cum iurisprudentia tum medicina, sacrosanctissima Theologia usu venit. Scita ad salutem necessaria quæque imbibant omnes, et licet et iuvat. Saturate animas vestras, quotquot estis Ecclesiæ filij — sacris hisce delitijs, subtiliorum scholarum argutias alio ablegatuj. Τίνων χάριν μάκρος, quanto minus expedit, ut plebeium quodque ingenium summas cœli aræs scandat profano pede, ibique sacra Dei penetralia audaci oculo perlustret, deque profundissimis consilij Divinj arcanis iudicium ferat, ut quivis e plebe nauarum baiulorumve de abditissima prædestinationis ratione rationari præsumat? Regulam cossicam in Arithmetica, dixit non nemo Prædestinationem in Theologia, de qua doctam quandam ignorantiam fatetj non puduit illuminatissimos Ecclesiæ Doctores. Etiam rapta in cœlum anima claravit (S. Bern.) Nos vero breviculâ intellectus nostrj ulnula, Decretj divinj abyssum metirj audebimus? ¶ Neque tam plebem incuso istic, quam Doctores ipsos, qui hæc tam parum tempestive populj auribus animisque ingesserint, imprudenter sane factum ita hæc abstrusissima mysteria e suggestis palam fomisse, quasi in ys solis Christianorum res unica constitisset. Quanquam ut vere dicam, etiam in causis Religionis nemo tenetur secundum ictum expectare, Fervire non licuit licuit impetum hosticum propulsare. Sed neque tam imprudentiæ peccatus istic, quam nimio forsan sapientiæ. Duo sunt, si quid ego animadvertj, huic Ecclesiæ admodum infesta, nihil enim mihi est, cum malis quorundam Politicorum artibus negotij, nimium acumen, et hinc orta nimia prophetandj Libertas. O mutata haud parum Batavorum ingenia, quibus hebescit iam plane orbis reliquus: dignus iliicet qui contraria consectetur. Hinc fit ut spreta communj principiorum via, altiores quasdam speculationum semitas, de ordine

¶ quæque si Angelj stupent, nos conculcabimus?

de Num.

de Numero, de subiecto decretj Divinj, de Physica moralive inclinatione, de actuum habituumque methodo ac discrimine, tanto cum strepitu invic maluistis. Paulo aliter magnus ille Gentium doctor Paulus, qui profecto si revivisceret, Spinosam Iesuitarum ac Dominicanorum Theologiam prorsus non intelligeret. Nihil ille inter suos scire curavit, praeter Jesum — Christum, eumque crucifixum: Figenda hic sunt scholis ipsis suae metae, quas nefas fuerit transilysse. Quantum nos, mei fratres a primogenia illa Christianorum simplicitate defleximus! Sex tantum capitibus, constabat Catechismus Apostolicus. Theologia vero hodierna, quae hominum curiosa mens est, se habet instar quantj, seu Mathematicj seu Physicj, divisibilis in semper divisibilia. Illud quidem — Vere Erasmus, hanc vix finitam questionem subinde emergentium decisionumque farraginem, hoc quicquid est tumultuum, in Ecclesia Dej concitasse, neque dubitaverim — ego non-neminem scholasticorum, verbis Festi compellare, unaque ad Anticyras relegare. Quos nimium eruditionis ad pessimum usque insaniae genus redegerit. At nos (mei Fratres) edocti melius, sobrie sapiamus, hoc est uno verbo, non supra scriptum, non supra Patres. Nos homines ut progrediamur, ubi pedem fixerit Deus! Audi caro et sanguis: **Scrutator maiestatis, supprimetur a gloria.** Quindecim sunt, (ut Judaei observant) in tota scriptura locj, singularibus quibusdam intentionis notulis insignitj. Quorum ille unus et primus est: **Secreta Deo.** Si mihi quicquam consilij sui nobis innotescere voluisset Deus, prorsus silui-isset: Si totum, dilucidius profecto ac plenius rationem illius omnem explicuisset, iam scire nos ista voluit, sed parciùs. Quantum scilicet nostrae tenuitatis modulo, suaque gloriae expedire iudicavit. Huc usque sapere et sanum et tutum est. Et certe, ut liceat mihi hac de re paulo liberiùs loqui (quandoquidem nullarum partium homo sum ego, neque adversarium ago, sed monitorem benevolum) iudicem esse debere controversiarum omnium, Spiritum sanctum in sacra scriptura loquentem — nemo est qui ambigat. Quo nempe recurrant fratres de

iure

iure hæreditatis contendentes, nisi ad Patris testamentum? Gratulabor vero hoc consilij Illustr. Ordin.[is] quorum nos Decretum huc pie prudenterque duxerit. Neque minus illud constat, ea scripturæ loca, quæ quid obscurius, vel transeunde enunciare videntur, ad Illustriora, quæque studio ipsam tractant exigenda. Sed neque hoc denique à quoquam negari potest, nullum esse paginæ utriusque locum, qui æque plene perspicue, deditaque opera disquisierit hoc Prædestinationis caput, ac celeberrimus ille, qui habetur ad Romanos nono. Agite ergo Viri iudices, si me auditis, iubete, ut pars utraque litigantium, brevem, claram apertamque sine fuco, sine ambagibus, illius loci paraphrasin Sanctæ Synodo, fraterna manu exhibeat. Fieri non potest quin præeunte hac luce Divina sc Veritas, pijs ingenuisque oculis conspiciendam sit præbitura. Non super Patres, fidissimos scripturæ interpretes, luculentissima Ecclesiæ sydera. Sed et Rex noster serenissimus, noster Rex Jacobus, cuius nomine exultare mihi videtur tota Ecclesia Dei, Regum quos solium quam vidit, (post unum Salomonem θεοδίδακτον) sapientissimus, in sua illa aurea Epistola, monuit illustrissimos Ordines, nobisque in mandatis dedit, illud totis viribus urgere, illud unum inculcare, ut receptæ hactenus fidei communique et Vestræ et aliarum Ecclesiarum confessioni adhærere usque velitis omnes. Quod si feceritis. O foelicem Belgicam! O intemeratam Christi sponsam! O Rempublicam florentissimam. Navigabit profecto in portu demum hæc afflictata opinionum undis Ecclesia, tempestatesque a maligno illo excitatas tuto videbit ac contemnet. Illud vero ut iam tandem fiat φιλοτιμεῖσθε ἡσυχάζειν. Fratres sumus, simus et collegæ. Quid nobis cum illo Remonstrantium, Contra-remonstrantium, Calvinianorum, Arminianorum titulo, Christiani sumus, simus et ἰσόψυχοι, Unum corpus sumus, simus et unanimes. Per tremendum illud omnipotentis Dei nomen, per pium blandumque communis matris

nostræ

nostræ gremium, per Vestras ipsorum animas, perque sanctissima Iesu Christi servatoris nostri Viscera, pacem ambite fratres, pacem inite, et ita Vos componite, ut seposito omni præiudicio, partiumque studio, ac malo affectu, in eadem omnes Veritate fœliciter conspiremus.
Apage vero Vesanam illam prophetandi libertatem, imo licentiam blasphemandi: ut liceat male feriato cuique Tyroni prodigiosissima cerebri sui phantasmata in apricum producere, et populo commendare et prælo, vidente Mauro, nec dente Iudæo: Quidvis licet, modo hoc liceat: in scholis quidem Philosophicis indultum hoc semper fuit, luxuriantibus adolescentum ingenys, ut liceret sè thesibus, paradoxis, docastricisque argutationibus exercere, sed ut in sacrosancta Theologicæ Veritatis negotio istud obtineat moliri, audaciæ est plane Diabolicæ: Et quod merito nobis obtorqueat illud Prophetæ: Obstupescite coeli, confundere ô terra. Populus meus dereliquit me fontem vivum et effodit sibi cisternas, imo puteos immundos, lutulentos. Nobilissimi Viri, Vosque sancta Synodus, si quis pudor, si qua pietas, reprimite hanc petulantissimam insaniendi libidinem, modum imponite hominum et linguis et calamis. Et facite ut qui vera sentire nolunt, falsa divulgare non ausint. Et error hæresisve, si denasci non potest, discat tamen latere, et invisum cœlo caput tenebris occultare.
Ita ut sola Veritas lucem aspiciat, regnet sola, Vobis salutem, gloriam Ecclesiæ, Reipublicæ pacem allatura.
Quod utique efficiat pacis ille author, Veritatis Deus, Rex gloriæ, cui tri-uni Deo Patri, Filio, et Spiritu sancto sit omnis laus, honor, gloria, in secula seculorum Amen.

316.

Sündi et vestri sunt,
qui secte addicti sunt.

Vitam finem imponamus a festis, exigimus
cum curâ, finimus cum dolore: quare
illud unimam in hoc exegastulo et
quasi spelunco inhabitantes habeamus,
ut ingiter foras eumpat, quasi
alexipharmaca, et tempus liberationis exspectet.

Regnerus Cantio
Ingenioso Juveni in perpetuum
amicitiæ testem hanc et reliqui Lugd. Bat.
Petrus Arminius 14 Cal. Octobr.
1617.

Conclusie Van Antwoord. Van Kerchenraet
in Amsterdam, opt eyndlych Mondlych Gesoch
Van Ht. Burgermen. der Stede Voorts.

Dat hongaden, gehoyrt vp hiernae vber langhe
Jarenstyt Gehat, und noch Van Harte Gehoyrt, overt
staden vp allen Vorderingh, sonder ons ergelet in he
Sacren, Vant tot Behoudenis Van Lehoorsaym En Vrede
dient, Alsso Xplus vp vnsen Gebeden mith dessen, dat
vp met Sonder contradictie, Van Gebeden onse Kercken
ons niet En hinderen, overt niet nemmermeer in sodanen
te laten gebruyken, in sodanne Besunder by Gelouwigen
Gebeden tot mederbelyders Vergaderinge, und nadel Van
gemeene Sake der Kercken, und tot mederen Vbeering
und scharpe tuschen hyrt vp ogenschynlyke stucken.
Tabyseln overt niet of Selle andere Gestgebruycken
Kercken, Sullen in dessen met ons hiertin vber Eendragen
Eyndel. Amen.

P.

ORATIO,
IN
PROMVLGATIONE LEGVM ACADEMICARVM UNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS De Syno= do Nationali DORDRACENA Calend: February. Aº 1619.

Principium et auxilium nostrum a Domino qui fecit Cælum et terram: qui elegit. qui redemit, et sanctificauit nos ad Vitam æternam in Christo Iesu Domino nostro: Amen.

Quanquam languescens hæc ætas mea, quietis amantior, quam Reipublicæ gerendæ aptior, Vel sola abstinere me debuit, ne ego hunc locum cum hoc Volumine statutorum Academicorum tertiò conscenderem: ut non sine causa apud me ambigam, magisne Venerer Amplissimj Senatus iudicium in Magistratu mihi, propter collegarum absentiam, deferendo an admirer Voluntatem meam in accipiendo: Si tamen ex primo mense sequentes æstimandj mihi sunt, singulare Patris cælestis fatum, et quidem propitium agnosco, cuj me obsequj modis omnibus pium et æquum est.

Convocavi igitur Vos hodiè. Venerandi et clarissimj Virj, Domini Professores, Doctores, Licentiatj, Magistrj, Baccalaurej, Studiosj iuuenes, et quotquot sceptræ Vniversitatis nostræ agnoscitis, ut, quod primum ex officio mihi incumbere sentio, Statuta Vniversitatis a maioribus nobis relicta Vobis promulgem.

Non

Non ignoratis enim antiquo Academiæ more, quotannis a novo Magistratu id fieri consuevisse: quanquam hunc morem a prima origine nonnihil variasse, annales nostri testentur.

Primis enim annis xv. quæ erant quasi Academiæ nascentis incunabula, quando trimestris ferè tantùm erat Magistratus, quater in annum iterabatur recitatio. Post cum ex trimestri semestris factus Magistratus esset: bis quotannis statuta promulgabantur: Duravitq; ea sanctio annos C.XXIV. usque ad Reformationem novam Ludovici Pacifici Electoris, rotundę molis, qua arcem Electoralem contra Civitatem sustinere videmus, conditoris: qui occasione belli Rusticani, ut videtur, non paucis in statu Academiæ innovatis, Magistratum ex semestri annuum esse voluit: quem primus gessisse legitur Christophorus Illustris Comes de Hemmeberg et cæt. Proximis ad hoc Philippus Zwengel Iurium Licentiatus, et Professor: Philippi Zwengely hodie superstitis Notarii Academici Pater, anno CIↃ.IↃ.XXV. Hinc iam anniversariâ solemnitate statuta Universitatis promulgantur: nempe ut statarii quidem Academiæ cives, si quid oblivione deletum sit, auditione restituant: qui vero currente anno studiorum gratiâ hùc accesserunt, statutorum ignari cognoscant, ad quas leges, studia et mores suos, totamque conversationem scholasticam componere utiliter debeant.

Leges enim tum in omni Republica, tum in hac nostra literaria, sunt quasi Mercurialis statuæ, monstrantes rectam viam discentibus, quâ ad pietatis et virtutis veræq; eruditionis fastigium pergendum sit: Sunt et vincula disciplinæ, quibus bonis rectisq; amantes, spe laudis et præmiorum propositâ, intra metas honestatis, ad virtutem suaviter dirigantur: ferocibus vero atq; refractariis, libidinem pro lege sequentes, metu pœnæ suppliciorumq; fœmidine, a vitijs absterrito, severiter in officio continentur.

Quoniam.

Quoniam verò Leges tam Scholasticæ quàm Civiles aliæ sunt vivi, ex supremo Divinæ Legis et Sapientiæ fonte deductj: certum est, Deum ipsum approbare honestas Leges, earumq; reverentiam et obedientiam amare: Cyclopicum verò Legum contemtum et ἀταξίαν omnem seriò aversarj. Hinc ubj Legibus vivitur, coelitus ostendit se Divina benedictio, floret Respublica, viget Justitia et pax, civiumq; incolumitas et prosperitas in tuto est. Ubj verò neglectis vel eruptis Legum repagulis, licentia dominatur, ibj necesse est omne genus scelera, quasi agmine facto, Rempublicam obruere, et legnj fatales pœnas.

In corpore humano quamdiù servatur colituræq; aurea illa, non tam medicorum, quam ipsius naturæ lege sancita diæta et exercitiorum mediocritas: viget sanissimorum humorum spirituumq; temperamentum, et τεῖπό-δυτος ὑγιεία, omnibus ter expetita sanitas, actiones vitales et animales salubertime perficiens. Si verò vel foris vi aliqua facta sit continui solutio, vel intus intemperia aliqua turbata sit partium vitalium et animalium debita ἀσκησία, mox foris apparent vulnera, sentitur cum entus et pruriens dolor, actiones vitales intercipiens: Intus ebulliunt morbj, sequitur mors atq; interitus.

Pariter in corpore Reipubl. Oeconomiæ, Ecclesiæ, scholarq; res compagata: quoniam antiquum et planè verum est illud Servatoris dictum: Omne regnum in se divisum desolabitur. Dividitur autem in se, quando legibus non vivitur. Legum enim auctoritas unit et stabilit regna: Contemtus dissociat et evertit. Quid quæso aliud hodiè Bohemiæ pacem perturbat? Quid Ecclesias Belgicas et Galj Schismate hactenus collisit? Sed hic quadum sisto: et statuta ipse iam videbantur promulganda.

Matth. 12. 25.

Quoniam.

Quoniam vero a consuetudine non alienum nec vobis ingratum fore arbitratus sum, si rigidam istã Legum materiam laxiore aliquo argumento, ceú condimẽto temperarem: diu mihi cogitanti, quidnam auribus vestris dignum potissimum deligerem, visum est tandẽ de re vulgo nunc famosissima, omniumq; ore et sermonibus tuta et frequentata. Synodo, inquam, NATIONALI DORDRACENA, quæ Ordinum Foederatorum authoritate, curando Schismati, de quo dixi in Belgio nunc celebratur. Non paucos enim arbitror esse in hoc cotú, qui, quorsum ea Synodus sit instituta, quid tractet, sitne Legitima, et an finem Schismati sit impositura? scire desiderent. De his igitur me, non quidem accurate, ut in Theologorum scholis fieri convenit, disserentem: Sed habita auditory et temporis ratione & tenui filo, rudique, quod dicitur, Minerva nonnulla dicentem, ut benigne audratis, oro.

Causa Synodi Schisma Arminii.

Causam Synodo dedit infelix Schisma Arminianum, non tam ab Arminio ipso, quàm à sectatoribus post eius mortem, in Ecclesys Belgicis excitatum. Ipse enim Jacobus Arminius, cum Anno 1603 Francisco Junio, in professione Theologica primaria Leydensi successisset, clàm quidem argutias et opiniones suas discipulis quibusdam instillabat, et suspiciones exinde de se ortas verborum praestigys eludebat: palam vero nihil ~~aliud~~ adeò movebat: donec anno 1607. indueys cum Hispano pactis (sive proprio motu et fastú, sive pretio conductus, ad res patriæ turbandas, ut suspicio fuit) doctrinam Belgicarum Ecclesiarum de Prædestinatione ad Ordines Hollandiæ erroris accusare, et quædam capitalia obscurius innovare

innovare cepit: qua illo defuncto anno 1609. Sectatores eius apertius exponere, urgere, vulgo inculcare, tantaq3 acerbitate, ne dicam insania, adversus Ecclesias alias agitare non dubitarunt, ut Universum Belgium, hactenus tam Religione quàm Confœderatione civili coniunctissimum, de hinc intestinis discordijs, odijs, iniurijs, seditionibus, armis, exilijs cædibusq3 miserrime dissociaretur, parumq; abesset, quin hisfluctibus, quasi navicula tempestatibus iactata superatq3 naufragio absorberetur.

Quorsum instituta Synodus.

Iam præcipitij vero periculo, quà quidem civile erat quam Heroica prudentia et mascula virtute, obviam tandem itum fuerit a Magistratu, dicere supersedeo, quia ad institutum nostrum non pertinet. In quantum vero Ecclesiarum spectabat exitium, remedium prudens decretum, sed variis impeditum remoris SYNODI NATIONALIS, ad controversias legitima cognitione finiendas. Ordinum Fœderatorum auctoritate, adhibendum tandem fuit. Hanc enim medicinam inde à temporibus Apostolorum, sanandis Ecclesiæ vulneribus, et componendis gravioribus de Religione dissidijs adhiberi solitam esse, Ecclesiastica historia testatur. Habetis quorsum Synodus illa sit instituta. Iam quid ea tractet vel agat, scire vultis.

Quid tractet Synod.

In triplici dissidiorum materia à Novatoribus mota occupatur. Ut enim qui Rempl. turbatam volunt, novas tabulas poscere solent: Sic isti primum 1. Confessionis Belgicæ et Catecheseos Palatinæ, Ecclesijs Belgicis receptæ REVISIONEM postulârũt, et in utramq3 Censuras suas strinxerunt: quas quia hactenus adhuc latent, Synodo relinquimus. Habent deinde articulos 2. quosdam clandestinos, circa quos, cùm quid sentirent, prodere ante SYNODVM vix unquam voluerunt, Sozinianas et Pelagianas opiniones plerisq3 favere, non sine causa, putatj

putatis sunt. Sed et hos Synodo nunc relinquamus.

3. Habent demiq; Articulos confessos, quos quidem tanq faces incendio huic admovendos existimarunt: quia videntur rationi humanæ admodum consentanei, et populares applausus facilè inveniunt, Sunt autem quinque, de quibus, pro informatione auditoru, aliquid dicendum videtur.

1. Articulus de Prædest. Divina.

PRIMUS articulus de Prædestinatione divina (omissis pleonasmis, qui sunt in articuli formalibus) hic: Vitet sic habet: Deum heterno consilio statuisse ex lapsa tantum humana, illos ex Christum servare qui ex hac damnata natura electi sunt, et in fide perseverant: Non electos vero in peccato relinquere et condemnare. Hic Articulus in ipsa serie verborum mihi videtur habere incommodi: nec poterat esse materia litis, si aliud ὑπαλλον non lateret. Quando enim quæritur de qualitatibus salvandorum et damnandorum: seu quales homines Deus statuerit et velit salvare vel damnare: Est omnino verissimum, Deum ab æterno statuisse, et velle in Christo servare credentes, et in fide perseverantes: condemnare verò non credentes, iuxta vocem Evangely: Qui credit in filium Dei, habet Vitam æternam, Qui non credit Filio, non videbit Vitam, sed ira Dei manet sup eo. Joh. 3. 36.

Non respondet suo titulo, de Prædest.

Quid igitur, inquis, deest articulo? Non respondet suo titulo de prædestinatione: neq; dicit, quod vult et debet. Nam neq; Novatorum de Prædestinatione sententiam, quam in Collatione Stagensi et scriptis alys prodiderunt, exprimit: neq; contrariam doctrinam Scriptuæ de Prædestinatione attingit vel lædit.

Sententia Articuli.

Sententia eorum hæc est: Deum ab æterno, nulla recta electione hominem salvandi & damnandi decrevisse: sed universalis gratiam et sufficientem gratiam omnibus hominibus in Adamo lapsis decretam, quod

vel id

ꝓrẽdidit, eam oblatam hmỹ qatuoꝛ, in Xꝛistũ ꝛec: Detuꝛos et ꝓseꝛeꝛiatuꝛos, aut ꝓrẽdestinasse ad salutẽ: quos Deũ ꝓrẽdestinasse ad damnationẽ Hæc ꝓprie est eoꝛũ sententia, licet tam ꝛotunde hoc ꝓferantuꝛ: Sed multis modis Vitiosa, et nisi fallor a Synodo iam reꝓrobata atqꝫ damnata, tanquã falsa, Deo contumeliosa, salutꝫ hmana noxia, denicꝫ doctrina de Prẽdestinatione sacris literis tradita, minime consentanea.

Falsitas patet. ꝓrimo.

FALSITAS inde patet quia ponit tria enoꝛmiter falsa.

Rom. 9. V. 15. 18.

Primum falsum est universalis et sufficiens illa gratia salutis, omnibus hominibus a Deo decreta. Repugnat huic Deus ipse, in Scriptura dicens: Miseꝛeꝛ cui miseꝛeꝛ. Et Apostolus: Miseꝛetuꝛ cuius Vult. Repugnat tam sacra quam ꝓfana hꝛistoꝛia, et exꝓerientia qꝛotidiana, quæ testatuꝛ, Deum ꝓpulis extra Ecclesiam, gratiam salutis, neque olim obtulisse Vel dedisse, neqꝫ hodie offeꝛꝛe Vel dare: ꝓꝛo: inde nec facere id ab æterno statuisse: Sed inde ab oꝛbe condito hmesqꝫ ꝓpulos à ꝓpulis, et ꝓpuloꝛum individua ab individuis, ꝓꝛo suo beneplacito, semꝓeꝛ decꝛeꝛisse, aliis gratiam salutis benigne largiendo, alys eandem ~~benigne~~ iuste negando: Deut. 7. V. 6. 7. 8. Psalm. 147. V. 19. 20 et esq.

2.° Falsum est ꝓꝛæuisa fides et ꝓseꝛeꝛantia etc.

Alterum falsum est ꝓꝛæuisa fides et ꝓseꝛeꝛantia ante ꝓrædestinationem, in hominibus peccato obnoxijs, eventualiter ꝓrædestinatis ad salutem. Hoc enim commentum Vel fingit cum Pelagio fidem et ꝓseꝛeꝛantiam sine gratia, et tollit peccatum Oꝛiginis: Vel ponit gratiam antè ꝓrædestinationem contra Scꝛiꝓturas, quæ Prædestinationem Divinam suꝓremam fontem omnis gratiæ esse docent.

Rom. 8. 30.

Quos enim ꝓrædestinauit, hos et vocauit et iustificauit et glorificauit. Benedixit nobis omni-

Eph. 1. 3.

omni benedictione spirituali in Christo: sicut nos elegit in ipso ante iacta mundi fundamenta &c. p20: quia nos elegit: & cf. xadeos enim p20 ὅτι. familiariter dicitur. Ioh. 17. v. 2. 14. Rom. 9. v. 13. Heb. 4. 3. & cf.

3ª. praevisa fides ante vocationem. falsum.

Tertium falsum est praevisa fides ante Vocationem. Cum enim fingant fidem ante Praedestin. vocationem, etiam fingunt ante Vocationem: quia Apostolus praedestinationem posuit ante Vocationem; tanquam causam ante effectum. Quos praedestinavit hos & vocavit. & cf. Atqui nihil absurdius est, quam fidem fingere priorem Vocatione, cum Vocatio sit fidei causa. Quis enim unquam credidit, nisi vocatus? Quomodo credent de quo non audierunt? Triplici igitur falsitate laborare hanc opinionem manifestum est.

et in Deum contumeliosa dupliciter.

Est deinde in Deum contumeliosa dupliciter, tum quia ex Deo facit Vertumnum quendam, suspendens Praedestinationis consilium, à qualitatibus hominum in horas mutabilibus et incertissimis, quales istorum opinione sunt fides et perseverantia: contra apertas scripturas: Consilium meum stabit: Impossibile est sedere Electos: Oves meas nemo potest rapere de manu Patris mei. & cf. tum quia Deum salutis nostrae gloria in solidum spoliat: prout liquebit Artic IV.

Iesai. 46. 10. Matth. 24. 24. Ioh. 10. 29.

Salutis nostrae perniciosa.

Est praeterea Salutj nostrae non uno modo perniciosa, tum quia hominem superbiae typho inflat, quasi ipse se ab alijs discernere possit: tum quia consolationem Christianam et salutis certitudinem omnem convellit, fidem et perseverantiam Sanctorum in horas variabilem statuit: prout ex sequentibus praesertim artic. 5. & 6. patebit.

a praedestinatione S. lit. tradita discordat.

Denique a Praedestinatione sacris literis tradita multis modis discordat. Cumprimis autem quatuor.

1 Discrimen

Primum discrimen est in forma. Novatorum Praedestinatio est indefinita à priori, et revera eventualis tantum atque incerta: quoniam negat, Deum certa Electione ab aeterno decrevisse servandos à damnandis.

Scriptura

Quid Sacra Script: tradat de prædest:

Scriptura Verò Sacra prædestinationem tradit definitam et certam à priori: quod Deus ante iacta mundi fundamenta, humanum genus in massa perditionis Adamj intuens, idipsum certa electione, in duos definitos ordines seu cœtus, duasq; quasi civitates discreverit: unam salvandorum seu Electorum, et benignè prædestinatorum in Christo ad gratiam: alteram damnandorum, seu reproborum, et iuste prædestinatorum ad pœnam. ut Augist. Cap. 100 Ench. ad Lament. breviter explicavit.

Hanc generis humani definitam discretionem Scriptura sacra passim tradit: Apostolus Verò ex professo docet Rom 9 Et 11. Comparans deum figulo, ex eadem argilli massa fingenti Vas alind ad honorem, alind ad dedecus Et Electos Vocans Vasa misericordiæ, præparata ad gloriam, reprobos Verò Vasa ira adaptata ad interitum.

De servo arbitrio Cap. 143.

De hac discretione Lutherus notanter scribens. Barbarissat, Veritate et sapientia eligendi spoliatus dicit, quid erit nisi Idolum Fortuna, ruinis omnia temere fiant. Et tandem de Deo dicit, Ut homines salvi fiant et damnentur, ignorante Deo, ut qui. Non discreverit certa electione salvandos et damnandos, sed oblatos omnibus hominibus generali benitate tolerante, et indurante, tum misericordia corrigente et ignoscente hominibus neligenter, ut qui volunt salvi fieri sint damnati: Hæc interim forte ad Caubibum imm Aethiopum pertinent. ut Homerus dicit

Alt. discrimen in cā movente.

Alterum discrimen est in causa movente.

Prædest. Novatorum prout olim Pelagy.

Prædestinatio Novatorum facta fingitur ex præviis qualitatibus hominum bonis Vel malis, fide Vel infidelitate: prout Pelagy Prædestinatio olim erat ex prævisis operibus bonis Vel malis: manifesta absurditate. Si enim electio facienda erat ex prævisis qualitatibus Vel operibus bonis: nemo hominum eligendus fuit, quia in massa perditionis Deus ne unum—

quidem previdere potuit bonum futurum nisi quem ipse efficeret bonum. Si reprobatio facienda erat ex previsis qualitatibus vel operibus malis, omnes ad iram reprobandi fuerunt: quia omnes pariter in massa perditionis damnabili inventi Deus.

Electio vero et reprobatio Scriptura predicatur facta, non ex previsis hominum qualitatibus vel operibus: sed ex mero Dei beneplacito, secundum quod elegit misericorditer in Christo ad gratiam, quos voluit, reprobavit iuste ab eadem quos voluit. Ita enim Apostolus: Cum enim nondum nati essent, et neque bonum vel malum fecissent, ut propositum Dei secundum electionem firmum maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum fuit: Maior serviet minori: sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau odio habui plura non addo, quia pergendum est.

Rom. 9. 11.

Tertium Discrimen est in Efficacia

3^um^ Discrimen in efficacia.

Prædest: Norat: et Pelagy fingitur otiosa.

Prædestinatio Novatorum et Pelagy fingitur planè cæca et otiosa. Qualitates enim et causas medias salutis, Vocationem, fidem, conversionem perseverantiam salvandorum, non ipsa operatur in Prædestinatis, sed prærequirit in prædestinandis. Quod enim, inquiunt, alii efficaciter vocantur, iustificantur, in filios per suberam glorificantur, causa non est, quod absolute ad vitam æternam electi sunt, et cæ.

Prædestinatio vero scripturæ est ἐνεργητική: quoniam qualitates et causas medias salutis, Vocationem, fidem, conversionem, perseverantiam, in salvandis efficaciter operatur: qualitates vero et causas medias damnationis; naturalem vitiositatem, peccata, infidelitatem, impœnitentiam et cæ. in damnandis non operatur, sed invenit et relinquit, quandoque et insto iudicio aggravat, peccata præcedentia sequentibus puniens. Sic Apostolus Vocationem, iustificationem, glorificationem ex Prædestinatione tanquam effecta gratiæ ex prima causa deducit.

Prædest. S. Scripturæ.

Quod

Rom. 9. 13.
Act. 7. 48.

Quod prædestinabit & ab æterno, instituerit, glorificabit. Et in concione Antiochena causam, cur ex gentibus alij crediderint, alij non, in Prædestinatione ostendens. Credent, inquit, cum hæc audierint, scilicet sunt et crediderunt, quotquot ordinati erant ad vitam æternam

Homil. 30. in Acta.

h.e. interprete Chrisostomo. quotquot prædestinati erant a Deo. Et Salvator ipse hæc gratiæ beneficia et iustitiæ indicia, ex divino æternæ prædestinationis beneplacito descendentia considerans, patheticè admodum exclamat:

Matth. 11. 25.

Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quod absconderit hæc à sapientibus et intelligentibus, et revelaverit ea parvulis? Etiam Pater, quia sic placuit tibi. Et conversus ad Discipulos: Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum ut videntes non videant et audientes non audiant, et cet. Et Apostolus:

Matth. 13. 11.

Rom. 11. 7.

Electio asseruta est: cæteri obcæcati sunt: sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum soporis, oculos ut non videant et cet.

Quartum discrimen est in consequentibus.

4m. Discrimen in consequentibus.

Prædestinatio Novatorum et Pelagij Deum gloria sua spoliat: hominem superbia inflat, et præcipitat: quia discretionem credentium et non credentium non Deo, sed libero hominis tribuit arbitrio: ut clarius patebit artic. IV. Exemplo saltem nunc ostendam. Quando ex duobus, eandem foris concionem audientibus eandemque intus gratiam universalem et sufficientem sed RESISTIBILEM (ut vocant artic. IV.) a Deo habentibus, alter libero suo arbitrio resistit gratiæ et non credit, alter libero suo arbitrio gratiæ non resistit, sed assentitur, et credit ut isti volunt: Apostolus iam non potest dicere credenti: Quid habes quod non

Prædest. Novat. et Pelagij Deum gloria sua spoliat. hominemque superbia inflat.

Exemplo ostenditur.

1 Cor. 4. 7.

quod.

quod habet quod non arrogasti? Quod si arrogasti quid gloriaris? ut qui non arrogavit. Respondebit enim. Ego non resistendo gratiæ resistibili, me discrevi: Voluntatem non resistendi, non accepi. Erat enim gratia tam mihi quàm alteri resistibilis. Ego vero ex meo libero arbitrio resistere noluj, sicut alter ex suo libero arbitrio resistere voluit. De hoc igitur possum gloriari, quod non acceperim. Hæc vero nonne Diabolica superbia est adversus Deum? sed barathrum inferni in quod Sathan homines istos præcipitat.

Prædest: S. Scriptura omnia Divinæ gratiæ in solidum attribuit.

Prædestinatio Sacra Scriptura, totum, quod vocati sumus, quod vocationi obtemperavimus et credimus, quod justificati fide hucusq; perseveramus, et porro in finem perseverabimus: totum hoc, inquam, divinæ gratiæ in solidum attribuit, quia scriptum est: Quos prædestinavit hos vocavit, justificavit, glorificavit, elegit nos ut essemus sancti et immaculati. &c.

Rom. 8. 30. Eph. 1. 3.

Hinc est consolatio solida in vita et in morte: Quia fides et perseverantia nostra, non in lubrica voluntate, et infirma potestate nostra relicta est, sed in æterno, immobilique divino Prædestinationis consilio fundata: sicut dicitur: Solidum stat fundamentum Dei, habens sigillum hoc: Novit Dominus qui sunt sui. Hinc et gloriatio omnis exclusa: quia qui nos discrevit Deus est. non arbitrium nostrum. Hinc denique cum timore et tremore conficimus salutem nostram, quia Deus est qui operatur in nobis velle et perficere, pro bona voluntate suo, non arbitrio nostro.

2 Tim. 2. 19.

Philip. 2. 13.

Conclusio.

Concludam et illustrabo hæc Divinæ et Pelagianæ Prædestinationis discrimina, memorabilis D. Lutheri sententia, in qua, quod ad extremum vitæ halitum usq; pene: vexaverit, omnes S. Bibliorum editiones eius Teutonicæ testantur, in indicium illis, qui, cum Lutheranis audire gelint, Bibliaq; Lutheri manibus versent, Lutherum tamen jugulare audent. Extat vero præfatione in Epist. ad Rom. Vernaculis verbis. Am

Luth. in Epist. ad Romanos.

Am ix. x. xi. Capitel leret er von der Ewigenn Versehung Gottes, dasser ed nsers zeitlichen klugheit Vber glauben oder nicht glauben soll, Von sunden losz oder nicht Vberden kan, damit ab in gar aus vnsernn händen genommen, Vnd allein in Gottes hand gestellet sey das wir fromb vberden, Vnd das ist ansenglich aller fursste noth: Dan wir sint so schwach Vnd ungestalt, Vnd wen ed ons Vnd stünde, Vnsere frombkeit nicht ein mensch sehlig, der Teuffel vberde sie gantz eitel alle vberwaltigen, Aber nun Gott gnedig ist, dasz ihme seine Versehung nicht felet, vnd niemandt ihne weren kan, haben wir noch hoffnung vberder zu sinde. Hoc est. Capite 9. 10: 11. docet Apostolus de aeterna Dei prædestinatione, & qua originaliter fluit, quid nec: debeat vel non credere debeat, a peccatis selbi vel non selbi possit: nempe ut e manibus nostris & corum auferatur, ingz solius Dei manu constet institutio nostra. Est id quidem modis omnibus, summeqz est necessarium. Etenim nos adeo infirmi sumus atqz incerti, ut si in nostra staret potestate, certe ne unus quidem homo selbus fieret. Omnes enim profecto Diabolus supplantaret. Quoniam vero dent est certum, quod prædestinatione sua fallj nequeat, nec à quoquam impedirj potest: iccirco fiey adhersus peccata reliquum habemus.

Hypotheses 5.

Ex quibus Verissimae hypotheses istae habentur a quibus Novatores desciverunt. 1. Quod fides ordine non sit prior sed posterior Prædestinatione, exqz ea defluat, tanquam effectus ex causa: 2. Quod Prædestinatio discreverit non solum eos, qui credituri essent vel non, sed eos, qui credere deberent vel non: 3. Quod institicatio proindeqz fides, perseverantia et salus nostra necessario in solius Dei manu relinquatur atqz consistat. 4. Quod ex arbitrio nostro nihil nisi incertitudo salutis habeatur: ac ne unus quidem homo servaretur: 5. Quod demiqz tota certitudo institicationis et salutis nostrae, a certitudine Prædestinationis fluat atqz dependeat.

Atqz

Atq; hæc de articulo primo: prolixius quidem opinione mea, sed non indigna, ut arbitror, auditione vestra. In hoc enim articulo reliquorum cardo vertitur: in quibus prolixe ero brevior.

Secundus Articulus.

SECUNDO articulo, qui est de morte Christi pro omnibus: non hoc quæritur: Utrùm Christi mors plenitudine suæ pretij et meriti sufficiens sit, omnibus hominibus à morte liberandis et Deo reconciliandis, si omnes redederent? Neq; hoc etiam: Utrum Christus morte sua omnes pariter homines, fideles et infideles, re ipsa liberavit à morte, et Deo reconciliavit? Quod est Pucciano rum et Huberianorum delirium: Consentienter enim Orthodoxi et Novatores vtrinq; affirmant: posteriùs negant.

Quid in quæstione positum.

Hoc vero propriè in quæstione est positum: Utrùm Christus de consilio Patris debuerit, et sua intentione voluerit, pariter pro omnibus tam infidelibus quam fidelibus: An vero pro illis tantùm (qui salvi fiunt) mori, h. e. hos solos, non illos, morte sua à morte redimere seu liberare? Hoc enim propriè est, pro alio mori, alium morte sua a morte liberare, ut vivat. Ita enim David in sua lamentatione exclamat: Fili mi Absalom, quis det mihi mori pro te? pro utinam ego morte mea possim redimere vitam tuam, seu à morte te liberare. Sic Christus dicitur mortuus esse pro nobis inimicis et impijs. h. e. nos inimicos et impios existentes morte sua liberasse a morte.

2. Sam. 18. 33.

Novatores prius offendunt posteriùs negant etiam se ipsos et scripturas.

Hic Novatores contendunt priùs, negant posteriùs: utrunq; falsò: quia contra seipsos, et contra scripturas.

Collat. Hag. pag. 497.

Contra seipsos. Fatentur enim: Christum non omnes homines morte sua semel à morte liberasse atq; restaurasse. Hoc vero est fateri, Christum non esse pro omnibus absolutè hominibus mortuum, quandoquidem mori

pro

pro alio est morte sua alium à morte reipsa liberare. Vel igitur tuxpeç secum confligunt, Vel inanj λογομαχια, verborum pugna Ecclesiam malitiosè pertrubant.

S. Sacris repugnant.

Etiam Scripturis sacris repugnant.

Patris consilium.

Patris enim consilium non fuisse de omnibus absolute hominibus etiam incredulis, sed de solis credentibus et electis, morte Filij suj à morte redimendis, ipse Filius liquidò testatur dicens; Deum sic dilexisse mundum, ut

Joh. 3. 16. Filium suum unigenitum daret, nempè in mortem. Quo consilio? an ut omnes promiscue, etiam incredulos a morte liberaret? Minimè, sed, ut OMNIS QUI CREDIT in Eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Particulam VT. Consilium Patris notate, manifestum est, ut OMNES CREDENTES in Filium (qui soli Electj sunt) morte Filij a perditione servarentur, minime vero, ut OMNES promiscuè, etiam INCREDVLI:

Joh. 3. 36. quoniam Deus sub ut maneret ira Dej, fuit consilium Patris, testante Baptista ibidem.

Hoc etiam consilio Patris Apostolus se et OMNES CREDENTES de certo perpetuoq; Patris favore et præsidio consolatur, exclamans: Si Deus pro nobis quis contra nos? Cui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus (credentibus quibus se accenset) tradidit Eum. &c. Non igitur Pater tradidit Filium pro omnibus, etiam incredulis.

Intentio Servatoris.

INTENTIONEM Servatoris quod attinet, ipse Servator eam clarissime aperuit ardentissima precatione dicens: Pater ego pro eis oro: Non oro pro mundo, sed pro eis quos Dedisti mihi. En quod affirmant Novatores, aperte negat Servator: idemq; aperte affirmat, quod illi negant. Negat Servator Se orare pro mundo, h. e. pro Infidelibus. Si pro his non voluit orare, quanto minus pro eis voluit vitam profundere: quod illi contendunt. Affirmat Servator Se pro solis sibi à Patre datis, h. e. electis, credentibus orare, proinde et mori, atq; se sacrificare voluisse, ut

Joh. 17. 9. pro-

Ioh. 17. 19. Homil. 82 in Joh. apertius mox dicit: Ego pro eis (quos dedisti mihi) me sanctifico. h. e. sacrifico, Victimam offero, Chrisostomo interprete: atq; etiam Cirillo. Nam quorum (inquit) Mediator est atq; Sacerdos, eis tantummodo Mediatoris bonum attribuit. Pro solis igitur credentibus electis non pro incredulis, reprobis Christus moriendo se sacrificavit.

Joh. c. 19. Idem confirmat Angelus dicens: Vocabit nomen eius Iesus, quia salvabit populum suum a peccatis eorum: sicut. Ergo vi nominis sui, tantummodo populum suum servavit, quem servare debuit et voluit. Populus autem eius non sunt infideles reprobi, sed soli fideles electi. Hi soli etiam sunt Ecclesia, quam proprio sanguine acquisivit, quia hanc acquirere debuit et voluit. Soli sunt oves Christi pro quibus animam suam posuit: quia pro his eam ponere debuit et voluit. Soli sunt corpus eius, cuius ipse est SERVATOR: quia huius tantum Servator esse debuit et voluit.

Matth. 1. 22. Confirmatio angeli. Act. 20. 28. Ioh. 10. 15. Eph. 5. 23.

Exceptio Novatorum. Num forte Novatores excipient, quod faciant oportet pro opinione sua: Servatorem omnes quidem, etiam infideles, servare consilio Patris debuisse et intentione sua voluisse: Sed vitio liberi arbitrij hominum, gratiae resistibili resistentium, Patrem consilio suo frustratu, Filium intentione sua falsum vel spoliatum, impotentiâ defecisse, ut pauciores servarit, quam consilio Patris debuerit, suaq; intentione voluerit? Hoc vero atroci blasphemia impudentiaq; non carebit.

Tertius Articulus in suis formalibus bene habet, sed

TERTIUS porrò articulus totus, in suis formalibus benè habet: Fidem et conversionem nemo habere aut habebit, neque ea vi liberi arbitrij: sed ex gratia Spiritus sancti, illuminante mentes et regenerante corda et ex. Convenit enim Sacris Scriptuis, consentaneum. Jacob. 1. 17. Eph. 2. 9. 2 Corinth. 3. 5. Joh. 10. 6. et ex.

QUARTUS.

Quartus etiam priore membro controversia Vacat: Initium, progressum, et perfectionem omnis boni hominis regeniti, gratiæ deberi. Videtur enim et hoc Scripturis Consentaneum. Jac. 1. 17. Eph. 2. 9. Phil 1. 6. &c.

in cauda Venenum se:

Cæterum in cauda Venenum est, quod dicitur. Clausula addita articulo IV. fucum prodit: modum quo gratia: tia haec omnia operatur non esse irresistibilem sed resistibilem: quo barbaro termino Novatores hoc Volunt, in hominis nondum regeniti potestate esse, Gratiæ assentiri vel resistere, eandem veri, vere vel regendiare: Dixi terminum barbarum. Nego enim dici arbitror Gratiam resistibilem passive, cui resisti, sed neutraliter, quæ resistere, repugnare possit: sicut neutraliter dicitur, stabilis in stabilis, repugnabilis, qui stare vel repugnare potest vel non potest. Unde rectius Voluntatem Hominis quam gratiam Dei Resistibilem Vocarent. Voluntatem enim Volunt Gratiæ dei et Deo, creaturam Creatori resistere posse, h-e, mentiri stupes: tolum dicentem: Voluntati cui fuit resistet?

medium quo gratia operatur non esse irresistibilem

Rom. 9. 20.

Sed maneat sanè barbarus terminus. Quod utroq; articulo prolixè dederunt, totum eo unum anferunt, et nihil nisi inanes Verborum fumi fuerunt, quicquid Gratiæ magnificè concesserunt. Si enim gratia (de qua agitur) est resistibilis, iam nec fides, conversio, et bona operatio, nec initium progressus, et perfectio salutis nostræ, erunt — Gratiæ Dei, sed Voluntatis humanæ, Gratiæ resistibilis non resistentis propriissima effecta: sicq; iacebit sub pedibus hominis gloria Dei: stabit contra Deum hominis gloriatio ut supra exemplo declarabi.

Barbarus terminus.

Declarabo.

Exemplum illustrius.

Declarabo exemplo illustriore, quod annis ab hinc quinquaginta ex hac ipsa cathedra a Professore non tam profundo Theologo quam Vulgari Philosopho, tertium Ethicorum Aristotelis de Libertate Voluntatis explicante pro hac universali omnibusq; indifferente gratia adesse audivi, meoq; excepturn calamo adhuc habeo.

Sicut (inquiebat ille) Paterfamilias liberis suis mensae accumbentibus ex aequo et indifferenter omnibus catillum opsonys plenum proponit, ut qui Volunt capiant, qui non Volunt careant, sic Deus omnibus hominibus ex aequo et indifferenter gratiam salutis offert atq; proponit, ut qui Volunt amplectantur, credant et salventur, qui non Volunt amplecti et credere damnentur.

Quaso, vos, auditores, nunquid non haec doctrina valde est popularis, rationi humanae adblandiens, et Philosophiae Aristotelicae consentanea? Nostis enim Aristotelem in Ethicis etiam fatetur, beatitudinem esse donum Dei: addere vero, eam Virtute parari: Virtutem esse, in nostra potestate, liberoq; arbitrio.

Lib. 1 Eth. cap. 2. et 3. 5.

Verum enim vero, qui vel primis labris sacras Litteras degustarunt, intelligere possunt, enormiter falsum esse, quod primo de gratia salutis universali et indifferente omnibus hominibus exposita fingitur, contra Scripturas: Misericordia Dei. Vobis est datum &c. non est datum &c. ut supra ostensum fuit. Enormiter quoque falsum, quod secundo hominis in peccatis mortuo facultas et Voluntas applicandi se ad gratiam salutis adfingitur, contra scripturas: Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei: Sapientia carnis est inimica: stia adversus Deum, et legi Dei non subjicitur, nec vero

Rom. 9. Matth. 13.

1 Cor. 2. Rom. 8. 7.

enormiter

Enormiter falsum et Deo iniurium: Voluntatē hōis Gratiæ DOMINAM statuere.

Enormiter denique falsum; et Deo iniurium, quod tertia Voluntas hominis Gratiæ DOMINA statuitur: homo supra Deum effertur: contra scripturam: Quibus disrobur. Hæc Verò ita esse, exemplum perspicuè ostendit.

1. Cor. 4. 7.

Sicut enim gratia Patris familias proponentis opsonia omnibus indifferenter. et resistibiliter, ut qui Volunt capiant et ret. revera est indifferens: neque est causa, ut quis capiat et habeat: Sed bona specificatio gratiæ indifferentis, et causa cur hic pro illo capiat, et habeat est sola capientis Voluntas: proinde non patri proponenti, sed filio capienti acceptionis gloria debetur: Sic gratia Dei, iuxta hos, omnibus indifferenter et resistibiliter proposita, revera est indifferens, hoc est, talis, qualem quisq; eam sua Voluntate sibi faciet: neq; est causa cur hic præ illo credat et servetur: Sed bona specificatio gratiæ resistibilis, et causa cur hic præ alio credat, et servetur, est sola hominis, gratiæ non resistentis VOLUNTAS. Proinde non Deo gratiam offerenti, sed hominis gratiæ non resistenti, fidei et salutis gloria debetur. Quod si ita est, expugnandæ prorsus erunt Scriptuæ. Non nobis Domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Cum essetis mortui in peccatis vivificabit vos cum Christo: Non potest arbor mala, fructus bonos ferre. Pigo: Arbor Ethica mutare nolle suum, et quidem malum: etiam vos potestis bona loqui, cum sitis mali. Gratia dei salvati estis non ex nobis et cæ. Auferam cor lapideum et dabo vobis carneum. Deus est qui efficit in nobis ut velimus, et ut perficiamus pro bona placita sua, et similes infinitæ. Atqui Scripturæ hæ solvi non possunt. Hic igitur Veræ gloriam Dei, et salutem Christianam, cum modis omnibus à Synodo vindicandam, nemo non intelligit.

Psal. 115. 1.
Eph. 2. 3.
Matth. 7. 16.
Ierem. 13. 23.

Eph. 2. 9.
Ezech. 36. 26.

Phil. 2. 13.
Ioh. 10. 35.

QUINTUS.

QVINTVS denique articulus est de PERSEVERANTIA Sanctorum in fide: quam Augustinus iam olim contra Pelagianos divino libello de Bono Perseverantiæ fidelissime asseruit: cuius Libelli thema hoc est:

Perseverantiam Sanctorum esse singulare Donum Dei, à deo assidue petendum: verbo dari omnibus sanctis, secundum propositum vocatis et prædestinatis: quia secus caderet prædestinatio, et periret illis quod Christus dixerat fieri non posse. Si vero aliquibus qui videntur sancti et Filij Dei, perseverantia non detur: id fieri, quia non sunt ex vocatorum secundum propositum, et prædestinatorum numero.

Perseverantia Sanctorum a Novatoribus hostiliter oppugnatur.

Hanc Perseverantiam Sanctorum, Novatores hostiliter oppugnant, asserentes contra, multos sanctos vera fide Christo insitos, et Spiritu Dei regeneratos, fide sua penitus excidere, atque æternum perire: nimirum, ut sicuti prioribus articulis, infidelium et reproborum PATRONOS: ita nunc etiam sanctorum et Electorum ADVERSARIOS sese declarent: in quorum proinde opprobrium, libellum de APOSTASIA SANCTORUM contumeliosissimum evulgare non erubuerunt.

Verum pro Pers. Sanctorum contra eos portas inferorum stat:

2. Tim. 2. 19.

Ierem. 32. 40.

De bono pers. c. 2.

Iesa. 46. 3.

Luc. 22. 32.

Verum enimvero, adversus omnes inferorum portas pro perseverantia Sanctorum: SOLIDVM stat fundamentum Dei, habens signaculum hoc, novit Dominus qui sunt sui. FIRMA stant Dei promissiones. Dabo timorem meum in corda eorum, ut non recedant a me. hoc est, interprete Augustino, ut mihi PERSEVERANTER adhærent. Audite domus Iacob qui portamini a me lb utero: usque ad senectam ego vobis eum sum, et usque ad canitiem ego portabo vos: ego feci: ego feram: ego quoque portabo, et eripiam.

Firma stat pro perseverantia Sanctorum Christi in

cochl

Rom. 8. 34. coelis intercessio, indesinenter interpellantis apud Patrem ne deficiat fides eorum. FIRMUM stat præsidium et Virtus Dei, custodientis sanctos in fide ad salutem teste Petro Apostolo: Qui virtute Dei custodimur per fidem ad salutem, et Davide in Psalmis: Justus si ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum ejus. Firma stat pro Sanctorum perseverantia Pauli Apostoli triumphus: Nam mihi certus est, neque vitam neque mortem &c. posse nos separare a dilectione Dei in Christo Jesu: Et: Deus confirmabit vos usque ad finem irreprehensibiles in die Domini nostri Jesu Christi. FIRMUM stat ipsius fidei et renascentiæ nostræ semen immortale, quod ex Deo natos, nunquam sinit ita peccare, quin maneat in eis. STANT et preces Ecclesiæ quotidianæ ad Deum pro Sanctorum perseverantia: quia Deus Ecclesiam suam exaudit justa promissione petitas et dabitur vobis. STANT denique firmæ ipsorum sanctorum preces ad Deum, pro sua perseverantia, assidue precantium cum David: Usque in senium et senectam Deus ne derelinquas me: Ostendisti mihi angustias multas et magnas: reversus vivificasti me. Domine da nobis fidem: Credo Domine, opem fer incredulitati meæ.

1. Pet. 1. 5. Psal. 37. 24. 1. Joh. 3. 9. Mat. 7. 7. Psal. 71. 10. Luc. 17. 5. Marc. 9. 25.

Quin, teste Cypriano, et post eum Augustino, fideles certum perseverantiæ signaculum habent, vel solam quotidianam precationem Dominicam: qua in dies perseverantiam precantur, apostasiam deprecantur; dicentes: O Pater, sanctificetur nomen tuum. Ergo da perseverantiam, quia fide perseverante sanctificatur nomen tuum in nobis. Adveniat regnum tuum. Ergo da perseverantiam quia fide perseverante regnum tuum gratiæ et gloriæ

De orat. Dom. De bono pserevant. cap. 2. 3. 4. 5.

Venit

Venit ad nos, Fiat Voluntas tua, sicut in celo, ita et in terra. Ergo, Da perseverantiam. Fidej enim perseverantia, fit Voluntas tua in nobis. Et remitte nobis Debita nostra. Ergo da perseverantiã. Fide enim perseverante, fit accipitur remissio peccatorũ. Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Ergo ne sinas nos a Sathana et carne nostra tentari usq; ad defectionem et rel. Quid sit aliud. Dicit Augustinus. quam ut in sanctitate perseverent perseverantes sancti? Num profecto temere so Sej ista dono Dej, ne inferantur in tentationem, nemo sanctorum est, qui non teneat usq; in finem perseverantiam sanctitatis. Haec omnia fuerunt Cyprianj et Augustinj pro perseverantia Sanctorũm argumenta.

De bono p. sev. c. 6.

Qui igitur perseverantiam Sanctorum negant, et de sua dubitant: & profecto Vel nunquam orant, Vel quid orent nesciunt. Qui perseverantiam negant, promissionis divinarum destinationis immobilitatem: promissionum divinarum Veritatem: Christi intercessionem: Dej Virtutem et castodiam: sanctorum fidutiam: Fidej et renascentiæ immortale semen: precum dignæ Ecclesiæ et fidelium efficaciam abnegant. Qui perseverantiam Sanctorum negant, justificationem fidej non credunt corde, licet profiteantur ore? Quomodo enim confiderent de gratia Dej presente, qui dubitent de futura: cum Deus sit ἀμεταμέλητος? Qui perseverantiam Sanctorum negant, Vitam æternam non credunt: Quomodo enim crederent Vitam æternam qui non credunt crastinam? Itaq; convulso hoc de Perseverantia Sanctorum articulo, omnis fides, certitudo, consolatio Christiana convellitur: contrà, hesitatio, dubitatio, desperatio inducitur.

Qui pseverantiam negant nimis orant:

Ex quibus omnibus, Auditores, intelligi plus satis iam arbitror, non de lana caprina, quod dicitur rixam esse; sed gravissimis fidej Christianæ capitibus. pro gloria

Rixa non de lana caprina sed de gratiss. fidei Christianę capitibus.

gtoria Dej, et fidej, consolationis et salutis nostrae incolumitate asserendis. SYNODVM hanc occupasse.

An sit legitima Synodus.

Exposui causam Synodj, et quid agat. Explicandū restio breviter videtur: Sitne legitima? Reclamant enim Novatores, seqz eius submittere iudicio recū. sant. Quid ita? Sunt (inquiunt) Contrarie monstrantes, Antagonistae nostri, pars nostra adversa. Igitur Judices causae suae et nostrae competentes esse non possūnt. Nemo enim in sua causa index esse, et ius sibi dicere potest. In re gravia, inique admodum est, alterij licentiam tribuere sententiae, inquit Imperator l. Generali. C. de quis. Et Stephanus Papa: In una eademqz sententia, melius simul esse potest accusator, et index et testis. 2. q. 1. c. De manifesta: et 4. q. 4. c. Nullus.

primo — Auth. Ord. General.

Jecum enimvero, malitiose reclamant, quoniā falsum est, praeter regulam iuris quicquam hic agi; seu partem judicare causam suam huic Synodo, supremi Magistratus imperio Legitime authorata. Tribus quasi partibus Synodus constare videtur.

Sunt primo Amplissimi Ordinum Generalium Delegati: Viri splendore generis, virtute, doctrina, pietate, prudentiaqz praeclari, rerum divinarum et humanarum experientissimi: qui proinde in rebus etiam sacris, album an atrum quid sit iudicare norint: Cognitores ac moderatores actionum Synodicarum omni iure probatissimi: Hos vero pars Arminy in suspicionem partis adversae vocare absqz crimine no potest.

Theologi Extranei.

Sunt deinde Theologi Extranei, quos tanquam fatalium illarum litium Vacuos, ad pacem iuvandam diversis locis evocatos, Ordines Foederati cum authoritate Synodo adhibuerunt. Hos etiam quasi antagonistas nostros, et litem adversam criminari Novatores nullo iure possunt.

Sunt —

Theologi indigenæ Deputati a 7 Provinc: Fœderat. authoritate.

Sunt denique Theologi indigenæ, quos Septem Provinciæ fœderatæ publica authoritate Synodo Nationali deputarunt. Hos antagonistas quiritantur, indices recusant. Atqui cum paucioribus horum litem illi sum antehac disceptarunt: Et si universi in lite fuissent, postquam eosdem illi, qui cum Imperio sunt iustis moti rationibus, causæ cognitores cum authoritate esse voluerunt: quis non intelligat, Maiestatem ipsam lædere, qui istis authoritatem abrogant?

Equidem ius cognoscendi disponendique legitimè, etiam de Ecclesiæ statu et bono, Summis Potestatibus convenire, minimè isti inficiantur. Est enim Magistratus Minister Dei, subditorum bono, non solum Civili, et et Spirituali curando constitutus, ad hoc, ut tranquillam et quietam vitam degant cum omni pietate (coram deo) et honestate (coram hominibus). teste Apostolo. Quin ipse Philosophus Politicam potestatem hoc agere docet, ut cives faciat non solum bonos, et ad bene operandum idoneos, sed etiam beatos.

Rom. 13. 4. 1 Tim. 2. 3.

Lib. 2. Eth. c. 9. 13.

Sicut vero de bello per Bellicosos, de agricolatione, mercatura, fullonia et q. per horum negociorum peritos, de iure Civili et Politia, per Iuris et Legum consultos, rerumque Politicarum expertos: Sic de Iure Divino, bonoque Spirituali, per Sacræ Theologiæ, rerumque divinarum peritos, Theologos, legitime, in illis quidem secundum honestas Reipublicæ leges, in hoc vero secundum Sacrarum normam Scripturarum cognoscit atque disponit suprema potestas. Hoc cum præsentibus de Religione litibus componendis, prudentissimo fecerint consilio Fœderati Ordines: foto errant cœlo Novatores, præcedentium actionum prætextu, legitimè delegatis litium cognitoribus authoritatem derogare præsumentes.

Non sic.

Arrius ipse non sic insanivit. ut Novatores.

Non sic insanivit Arius Hereticus, ut contra Alexandrum Alexandriæ Episcopum, quo cum sibi controversia fuerat, exciperet, cum Episcopis eum sedere non posse judicem: Quem Constantinus Imperator nobili officio judicem sedere voluit. Quin Episcopi Catholici universi, in Synodo Nycena congregati, 318 numero, præter paucos, Ario aversabantur: quos tamen Imperator contra Arium sedere, et omnj, (ut verba eius sunt apud Theodoretum) sedatiosa contentione depulsa, literarum divinitus inspiratarum testimonijs, veb in quæstionem deductas dissolvere, jure præcepit. Atqz adeo Vix ulla Synodus ex antiquioribus illis legitur celebrata, in qua non pars una, publica munita authoritate, partem alteram judicavit: quod ad jurisdictionem Synodj satis est: Licet non raro, imò frequentius (Arianis illis et postea Antichristianis hisce temporibus) pars deterior potestate abutens, meliorem damnasse damnat legatur de facto, sed non de jure: quod ne fiat, quomodo sit providendum explicare non est præsentis institutj.

Theod. Lib. 1. hist. c. 7.

De Eventu Synodj.

Extremum restat, quæsitum de Synodj eventu, Optime lectum discentura, finemqz Schismati et quæstionibus istis impositura? Sed enim, plus satis, auditores, Vobis aures sentio fatigatas, itaqz finibus, ut potero, rem expediam Verbis.

Eventum quidem quis præstabit, nisi qui solus omnia nutu moderatur, et in manu habet corda hominum DEUS. Opt. Max. a cuius clementia petendus est, ut consiliorum omnium ita Synodj institutæ exitus felix et salutaris. Tria Verò simul quærunter diversissima: quorum unum in Synodj, alterum in Christianj Magistratu fectum in neutrius Videtur potestate situm.

L.

Lites.

Lites de Religione exortas dirimere, h. e. iuxta normam divinarum Literarum diiudicare, Veras doctrinæ et fidei Sententias a falsis discernere. Illas Verbi Divini authoritate stabilire atq; tueri, istas refellere atq; damnare, semper fuit Ecclesiasticarum Synodorum potestatis atq; officy Idem ab hac Synode expectemus tanto magis, quanto id præstare poterit facilius, fonte illo falsitatum, qua ex primo articulo in reliquos defluxerunt, probè obstructo, atq; destructo, de gratia generali et sufficiente salutis omnibus hominibus, a deo decreta, deq; præscisa hominum in peccato mortuorum fide ante prædestinationem: contra probè assecta, ex verbo Evangely, speciali illa Dei gratia, ad quam benigne prædestinavit, quos Voluit, in Christo salvandos, pro quibus et Filium proprium, propriè tradidit in mortem: quosq; solos donat Spiritu regenerationis, fide iustificante, perseverantia, et Vita æterna irrefragabiliter,

De Vero infelicj, ac monstrosa Remonstrantiũ et Contra Remonstrantium Nomenclatura, et schismale Provinciarum suarum debinc collidantur Ecclesiæ, sed ad pristinam Christianæ fidei et Caritatis unitatem pacemq; omnes reducantur, Summarum Dotes: tatum erit, illud quidem, quanta Valent authoritate, Severitateq; cavere, ut fatales poenas a servicibus sabditorum avertant: Illud Vero omni pietate atq; officio providere, ut pax et gloria in terra habitet. Psal. 85, 10.

Deniq; ut Lites et quæstiones Legitimè dirempta definitæq; simul finiantur, litigiaq; Sophistica et turbulenta abiectis erroribus Veritatem oppug-

oppugnare cessent: id vero neqꝫ Synodus, neqꝫe Civilis potestas, nec Vis ulla, nisi Divina præstabit. Nunquam enim quod sciam, fando auditum vel lectum est in Ecclesiæ historia, consiliorum, imo ipsarum scripturarum authoritate, ita finisse diremptas controversias de fide, ut simul finierint finitæ atqꝫ sublatæ.

Apostoli controversiam de iustificatione ex Fide et operibus mixta, Synodico decreto diremerunt, cui et tunc acquieverunt et nunc acquiescunt piæ mentes. An ideo finita? Diversum Epistola Paulinæ, Secunda ad Corinth. ad Galatas. ad Colossenses, ad Titum testantur. Imo hodie Papatus, mixtam illam ex fide et operibus iustificationem, verbis solùm interpolatam, adversus apostolicam Synodum defendens testatum facit.

Synodo Nycæna controversia Ariana Legitime iudicata fuit atqꝫ dirempta: Verum adeo non finita et sublata ut nec hodiè litis illius pestifera Virus sit ubiqꝫ extinctum. Ne igitur nos expectemus a Synodo quod eius non erit potestatis.

Quorsum igitur, inquis, opus Synodis, si non finiunt controversias, sicut Lites forenses finiuntur iudicys? Ita Politici quidam sentiunt: qui non considerant in foro suo agi de rebus sensibilibus, stillicidiis, limitibus, commercys, iniuriis vel causis externis: et iudicem sic esse armatum gladio, qui et Litibus et Litigantibus modum finemqꝫ imponere (iure an iniuria) possit. Sacra omnia habent in foro conscientiæ, quæ intuetur imperium nullum, nisi Dei, agnoscens. Nihilominus prosunt Iudicia Synodica, ad eruendam et stabiliendam Veritatem: ad detegendos et refellendos errores: ad confirmandos

imbe-

imbecilles; ad sanandos dociles. et cet. Finem
litium de fide oremus à Deo, Vix Verò expecte=
mus ante seculj finem. Oportet enim esse
Schismata et Hæreses. Quia Satban non cessa:
bit esse Satban, mendax et hostis Veritatis:
Et Deus non cessabit esse Deus, immittendi effi:
cariam Deceptionem illis qui credunt mendacio,
pro eo, quod humanam Veritatis non receperunt:
Neq3 Hypocritæ cessabunt esse Hypocritæ, quos
per exibrationem Hæreseon et tribulationum manifes:
tos fieri, atq3 a Sinceris Separarj oportet, teste
Scriptura. &c.

1. Cor. 11. 19.

2. Thes. 2. 11.

1. Cor. 11. 19.
Matth. 13. 21.

PETRI MOLINÆI
Pastoris Ecclesiæ Parisiensis Confessio
Super controversys quæ in Belgio Agitantur.

Quam Sacro cœtui Reverendissimorum Patrum Synodi Generalis Dordracenæ examinandum proponit.

PRÆDESTINATIO est Decretum Dei, per quod in salutis negotio Deus constituit, quid de unoquoq; homine facturus sit.

Huius Prædestinationis duæ sunt partes, Electio & Reprobatio.

ELECTIO est Decretum æternum, eoq; immutabile, quo Deus ex genere humano lapso, et corrupto, decrevit certos quosdam homines, ex mera sua gratia, per Christum servare, et fidem ceteraq; media eis dare, per quæ ad salutem perveniant.

Certum esse numerum Electorum non modò in Dei præscientia, sed etiam ex eius Decreto et Voluntate credo et profiteor: alioqui enim, quicquid Scriptura dicit de Libro Vitæ, qui nihil aliud est quam Album Electorum, et de numero fractum nondum repleto, et de ovibus Christo datis Joh. 10, etiam ante conversionem, evaneſceret.
Quapropter damno ARMINIANOS & eorumque Sectatores negantes numerum Electorum Dei Voluntate et Decreto esse definitum.

Credo et profiteor Electos non posse reprobari nec Reprobos salvari. Sic enim refigerentur certa Dei decreta et immutabilia. Arminij scholam secus sentientem damno & abominor.

Electionem generalem et conditionalem nullam agnosco, quo Arminiani volunt, omnes homines Electos esse ad salutem conditionaliter: id est, dummodo credant. Per hanc enim Electionem Simon Petrus et Simon Magus pariter electi sunt. Non potest dici Electio, quæ ad omnes extenditur. Is demum eligit, qui aliquos cæteris præfert.

Credo unicum esse Decretum Electionis quo Deus decrevit, non tantum quales, sed et quinam servandi sint: Nec tantum constituit credentes esse servandos sed etiam quinam et quot suo dono et beneficio sint credituri.

Tota illa disceptatio Pauli, quæ est a V. 6. Capitis 9. ad Rom:

Romanos usq; ad Vers. 29. agit de Electione et Reprobatione singulorum, non Vero (ut Volunt Arminianj) de Electione tantùm, aut Reprobatione qualium, id est credentium, aut non credentium. Id evincunt exempla singulorum: Isaacj et Jsmaelis, Jacobj et Esaüj. Tum illa Verba, miserebor cuius misertus fuero, aperte agunt de certis quibusdam personis, non Vero de qualibus: Alioquj Paulus dixisset, miserebor qualium misertus fuero: non Vero cuius aut quorum.

Scopus Apostolj non est agere tantum de Electione ad iustitiam, sed de Electione ad Salutem. Non opponit opera iustificationj per fidem, sed Deo Vocantj, idque ex Electione secundum propositum, et ex mera gratia.

Isaacum et Jsmaelem quemadmodum et Jacobum et Esaum, nego ibj proponj ut typos eorum qui iustificantur per fidem, et eorum quj Volunt iustificarj per opera. Nulla enim esset convenientia inter typum et rem typo adumbratam: quum Esaü et Jsmael talem iustitiam nunquam affectaverint: nec ibj de iustificatione sermo sit.

Electionem ex fide prævisâ nullam agnosco: sive prævisa fides pronata ut causa Electionis, sive ut conditio præcedens. Deus non elegit nos ex fide, sed ad fidem. Nec nos invenit bonos sed facit. Nec quicquam in nobis prævidit bonj, nisi quod ipse facturus est. Deus enim nos elegit in Christo ante iacta mundj fundamenta, ut essemus sancti Eph. 1. 3. Non ergo quia futurj eramus sanctj, fides enim pars est istius sanctitatis, utpote qua iustificamur, non tantum efficienter sed et formaliter. Deus nos prædestinavit, quos adoptaret in filios per Jesum Christum Vers. 4. quos autem prædestinavit ad adoptionem, necesse est prædestinaverit ad spiritum adoptionis ei dandum, quia testimonium quod Spiritus adoptionis in nobis perhibet est ipsissima fides. Consonant hæc loca. Misericordiam consecutus sum a Domino, ut essem fidelis. 1 Cor. 7. Non ergo quia futurus eram fidelis. et Actor. 22. 14. Deus te elegit ut cognosceres eius Voluntatem. Hæc autem cognitio pars est fidei. Quocirca Paulus ad Tit. 1. V. 1. Cum posset dicere, Electionem esse fidelium, maluit dicere, fidem esse Electorum: Nempe quia fides electis peculiaris est, et ab Electione fluens. Nam fidej Voce doctrinam Evangelij hic non posse intelligi, hinc patet, quia

doct

doctrina Evangely etiam Reprobis proponitur; nec Electis peculiaris est.

Concinit Lucas Act. 13. V. 44. dicens: Credidisse quotquot erant ad Vitam æternam τεταγμένοι, ordinati: Vbi qui per τεταγμένοι intelligunt διαχειμενους, dispositos, seu bene affectos, Vocem Græcam depravant, et sensu Lucæ excidunt.

Quod si Deus non elegit quenquam ex prævisione operum (ut fatentur Arminiani) sane nec ex prævisione fidei, et recti usûs gratiæ: Quandoquidem hic usus gratiæ, et obsequium fidei opus est quoddam, idq; longè præcipuum.

Neque vero sine summo scelere dici potest Decretum Electionis dum hic Vivimus, non esse peremptorium et irrevocabile: Cum Scriptura dicat; Solidum Dei fundamentum stat, habens hoc sigillum, Novit Dominus qui sunt sui. 2. Tim. 2. 19. Et ut propositum Dei quod est secundum Electionem firmam maneret. Rom. 9. V. 11. Et do ovibus meis Vitam æternam non peribunt in æternum, non rapiet eas quisquam de manu mea, Joh. 10. Et quicquid Pater dedit mihi ad me veniet Joan: 6.

Quicunq; asserunt Deum in Electione considerare fidem et perseverantiam in fide, ut rem iam præstitam non vero ut præstandam, cum alys multis cassis, tum hoc solo nomine erroris arguuntur, quod hoc facto statuunt neminem eligi nisi consideratum iam ut mortuum, aut certè ut constitutum in extremo puncto, quod est Vitæ, mortisq; confinium. Non enim censetur perseverasse, nisi qui cursum absolvit —.

N. Multus est in eam rem Johannes. Apud eum Cap: 6. Christus sic loquitur: Quicquid dat mihi Pater veniet ad me, Ergo prius dati sumus Christo, quam ad eum veniamus: Venire autem est credere, ut docetur vers. 35. Et Cap. 8. V. 47. Propterea non auditis quia ex Deo non estis, Ergo ex Deo sumus antequam audiamus. Et
N. Cap: 10. V. 26. Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis: Ergo qui credunt, ideo credunt, quia sunt ex ovibus Christi: Non ut Arminius, qui ideo vult aliquem esse ex ovibus Christi quia credit. Enimvero ovium nomine hic censentur non modò credentes, verum et qui nondum credunt, sed qui beneficio Dei sunt credituri: ut disertè docetur V. 16. Non absimile est illud Joan: Cap 17. V. 6. Patefeci nomen tuum illis, quos dedisti mihi. Ergo prius erant dati, ac proinde Electi, antequam Christus eis nomen Dei patefeciset. Non enim hic agi de solis Apostolis, ut fingunt Sectary, indicant verba sequentia V. 20. Non tantum pro vys rogo, sed et pro vys, qui per sermonem eorum sunt credituri.

Idem patet ex eo quod Apostoli ibidem opponuntur Mundo, ut è mundo selecti, quod sanè ad solos Apostolos non potest pertinere.

Quicunq; prædestinatus est ad vitæ sanctitatem et charitatem, necessario prædestinatus quoq; est ad Fidem, à quâ hæc Sanctitas fluit, et quæ per Charitatem operatur. At Paulus ad Rom. 8. 28. Dum dicit nos prædestinatos esse, ut conformes fiamus imagini Christi, dicit nos prædestinatos esse ad Sanctitatem. Ergo dicit etiam nos prædestinatos esse ad Fidem. Etsi autem Paulus hæc dicit ad consolationem afflictorum, eos tamen solatur consolationibus quæ ad omnes fideles pertinent, inter quos multi sunt quos Deus habet indulgentius, et cùmmis eximit. Id vero evincunt verba sequentia: Quos prædestinavit, Vocavit, quos Vocavit, iustificavit, quos iustificavit, glorificavit. Quæ Series concatenata donorum Dei, cum ad omnes fideles pertineat, non potest conformitas cum Christo, ad conformitatem crucis restringi, utpote a quâ multi fideles excipiuntur:

Præcipuj ponderis est, quod ibi Apostolus docet, nos esse prædestinatos ad Vocationem, et per Vocationem ad iustificationem: Quod si prædestinati sumus ad iustificationem: Ergo ad fidem per quam iustificamur. Mitto quod Arminiani evertunt illud Apostoli, quos iustificavit, glorificavit; quippe qui docent multos iustificatos esse, qui fide excidunt, ac per id damnantur.

Idem evincit totum Cap. 9. ad Rom: ubi inter alia Jacob dicitur amatus a Deo, antequam quicquam fecisset boni aut mali —: ergo et antequam credidisset ut recte usus esset gratiâ. Tum illud falsum esset, non est Volentis neq; currentis, sed miserentis Dei, si ex fide prævisa Deus hominum misereretur. Actus enim credendi Sectarij nolunt gratiam solam esse causam, sed partim gratiam partim Liberum arbitrium penes quod sit gratia, uti vel non uti, eamq; Vel admittere Vel respuere.

Neq; Vero consentaneum est, Christum qua homo, aliâ ratione esse prædestinatum, quam eius membra, Eum autem esse prædestinatum ad tantum culmen gloriæ ex prævisa ulla Virtute, ne Sectarij quidem affirmare audeant.

Immo nec Electio ex fide prævisa potest Vocarj Electio sed potius admissio, seu receptio eius, qui ultrò Venit ad Chrm. et qui prius Deum elegit, in quo fiduciam poneret, quam à Deo eligeretur.

Quid.

Quid quod hac ratione omnes Infantes, immaturâ morte præcepti ab Electione excluduntur, quippe qui non possunt dici, electi ex præ=visa fide.

N. Deniq; si Electi sumus, ex præviſa perseverantia in fide, nemo potest nec debet credere se Electum esse: sic enim crederet rem quæ nondum est, et quæ ordine posterior est fide, et perseverantia in fide: Sed debet juxta Arminium sic secum loqui; Si perseveravero in fide, Electus ero.

De quatuor Decretis. Quod ad texturam illam quatuor Decretorum, quibus Arminius totam doctrinam de Prædestinatione comprehendit. quorum 1. est: Decretum de mittendo Christo, et morti tradendo. 2. De Salvandis credentibus et perseverantibus. 3. De dando omnibus Vires sufficientes ad credendum. 4. De salvandis singulis, quos Deus providit credituros.

Credo et pertendo hæc Decreta digesta esse ordine non probo, et hoc Decretorum perturbatione Evangelium quoq; everti.

Secundum enim Decretum, cum includat mandatum Dei de credendo ad salutem, non potest esse Decretum Electionis. Nam per prædestinationem Deus decrevit, quid de nobis ipse velit facere, non vero quid nos facere iubeat. Accedit hoc quod hæc series Decretorum, Electionem singulorum à Voluntate Humana suspendit. Tum sic fiunt duæ Electiones — una generalis, quæ eligit, non quos, sed quales: altera particularis quæ eligit singulos. Cum tamen Scriptura unam tantum Electionem ad Salutem agnoscat, eamq; singulorum. Tum illud gravissimum, quod Electio singulorum sit posterior morte Christi: quæ opinio Arminianos transversos egit. et præcipitat in multa absurda. Docent enim, Christum non esse mortuum pro ovibus, quas Pater ei dedit, sed ut omnes homines fierent oves Christi. Nec Christum in morte plus sibi Salutem petij, quam Judæ proposuisse: Cum tamen Christus dicat, se mortem oppetere pro amicis, se animam tradere pro ovibus, et pro eis quos Pater ei dedit. Quæ si vera sunt oportet, ut prius considerentur ut oves et ut à Deo amati et Christo dati, quam Christus morte pro eis passus sit.

Nec potest ulla esse capitalior oratio, aut in Christum contumeliosior, quam velle ut Christus per mortem sit

constitutus caput Ecclesiæ, antequam Deus constituisset, quæ futura essent eius membra. Et cum Caput Ecclesiæ esset certum, corpus tamen fuisse incertum.

Immo verò ex Arminy doctrina sequitur, Christum potuisse esse caput sine corpore, Cum enim sentiat nullum esse Electum, qui non possit reprobari, et rectum usum gratiæ prævenientis, et comitantis pendere ex libero arbitrio hominis, idcoq; numerum Electorum Dei, Voluntate non esse certum potuerat fieri, ut omnes gratiam istam respuerent, et sic Deus suo fine in mittendo filio, et Christus fructu mortis sua privaretur.

Tutius est Decretum Dei de Electione non considerare scrupulosè in fausta, nec scrutari momenta, et ordinem Divinarum cogitationum. Ad Electionem enim, unum Dei decretum sufficit, quo etiam statuuntur media, per quæ Deus ad finem destinatum nos perducit. Decretum enim de fine, includit Decretum de mediis ad finem: non secus ac uno eodemq; Decreto Deus decrevit dare hominj Vitam, et media ad Vitam puta respirationem, et cibum. et c. Sic Deus uno eodemq; Decreto quos prædestinavit ad Salutem, prædestinavit ad fidem.

Illud Pauli ad Eph. Cap i. Elegit nos in Christo, sic interpretor, destinavit nos ad salutem, in Christo seu per Christum adipiscendam. Non pugnant. Eligere ad salutem, non credentem, ut credat: et Velle salvare credentem.

Etsi Deus magis amat Justitiam suam, quam salutem hominis non tamen plus amat executionem suæ iustitiæ, qua punit nostra peccata in Christo, quam executionem suæ misericordiæ, qua homines salvat: Nam ob idipsum voluit Christum luere nostra peccata ut servaremur.

Quanquam Deus prius dat fidem, quam salutem, non ideireò Decretum de fide danda prius est decreto de salute conferenda: Deus enim prius intendit finem quam media, et finis semper intentio prior est. Salutem igitur Deus prius intendit quam fidem, quia fides est medium ad salutem.

Per Doctrinam de Electione præcisa non tardatur prius conatus fidelium, nec languescit industria.

Nam

Nam quid obstat quo minùs gnaviter incumbatur laborj, cuius eventus a Deo definitus est? Christus probè norat, Vitæ suæ in terris terminum, nihilo ceciùs tamen Vitabat pericula, et manibus Judæorum non semel elapsus est. Ezechias recreatus ex morbo, scicbat Vitam sibj ad annos 15 esse prorogatam, quo tempore tamen non est dubium, quin ederit, et biberit. Paulus certus incolumitatis Vectorum, et evasionis è naufragio, nautas tamen hortabatur ad laborem—. Nihil tam æquum est, quam ut Decreto Dej, sive noto sive ignoto subserviat piorum labor et industria.

Ad quæstionem qua quærj solet: Utrum Christus sit Electionis fundamentum, sic sentio respondendum: Christum quatenùs est homo et Mediator, esse caput Electorum— sed non causam Electionis, cum ipse qua homo sit electus. Est quidem causa meritoria salutis et λυτρόυ, sed non est causa, cur de duobus pariter peccatoribus, alter alterj præferatur.

Causa quærenda est in Dej beneplacito, et amore gratuito, qua ordinè antecedit intercessionem Filj, quandoquidem Pater misit Filium, et dedit redemptorem. Nihil detrahitur de magnitudine pretij redemptionis, cum Voluntas eiús, qui pretium hoc obtulit dicitur antecessisse. Id Christus ipse docet. Joan. 3. V. 16. Sic Deus dilexit mundum ut dederit filium. et r.

Ergo prius nos amavit Deus, quam filium pro nobis dederit. Qua dilectione dum Remmanj dicunt, Deum non Voluisse nobis Vitam æternam, perinde agunt, ac si dicant— Deum isto amore Voluisse nos in morte relinquere: Et Deum quando decrevit filium dare pro nobis, nondum constituisse an per eum nos salvaturos esset. Profecto Christus non est causa amoris, per quam Pater Voluit mittere filiũ. Nec ulla fit Christo iniuria, cum dicitur esse mediam, per quod et in quo Deus nobis confert salutem—.

Neqꝫ Vero dum Volumus amorem Patris per quem nos elegit ordine antegredj Intercessionem Filj, per hoc Volumus, Electos esse à Deo amatos extra Christum. Nam etsi amor Patris antecedit missionem Filj, nunqꝫ tamen

tamen nos amavit, sine consideratione filij: Nec unquam voluit Electis bonum ullum largiri, nisi per Christum et in Christo. Priorítas ordinis potest esse inter duas res inseparabiles: præcipuè inter Decreta Dei, quæ pariter sunt æterna. Sic in Dei cogitatione prius fuit velle creare hominem, quam velle eum imbuere iustitiâ et luce: Non tamen inde sequitur Deū unquam voluisse creare hominem sine iustitia et luce, sic planè dicimus Deum nunquam nos amasse, extra Christum, etiamsi eius amor antecedat ordine intercessionem Christi.

De Reprobatione.

Quosdam esse Reprobos ipsa Vox Electionis arguit: non enim essent aliqui Electi, nisi cæteri essent postpositi.

Reproborum mentionem facit Scriptura. 1 Pet. 2. v. 8. et Jud. v. 4. Hi in Apocalypsi designantur per eos quorum nomina non sunt scripta in libro Vitæ.

REPROBATIO est decretum, quo Deus ab æterno statuit certis hominibus non dare gratiam, quâ ab insitâ pravitate, et debitâ maledictione liberentur, eosq; ad iustas et commeritas pœnas ob peccatum destinavit.

Reprobos posse salvari, dogma est Arminianum, Christianis auribus insolens.

Porrò etsi peccatum sit causa meritoria destinationis ad pœnam, non est tamen causa Voluntatis per quam Deus ponit discrimen inter Electos et Reprobos. Sint enim duo pares rei eiusdem criminis; Placeat autem Regi hunc damnare, illum absolvere; Peccatum quidem causa est cur ille plectatur capite, at non est causa cur Rex aliter sit affectus erga unum quam erga alterum, cum par utrobiq; sit culpa. Causa discriminis est quod aliquid intercesserit, quod ab uno horum pœnam avertit. Quod quidem in Prædestinationis negotio est mera Dei eudoxia, qua ei visum est, hos donare Christo, cæteros vero in insitâ corruptione, et commeritâ maledictione relinquere. Super quo delectu nefas est Deo litem intendere, aut eum vocare ad calculos. Sed usurpandum illud Pauli. O homo quis tu es. etc. Rom. 9.

Hoc unum—

Hoc unum stet mentibus nostris infixum, Deum his dare gratiam indebitam, illis irrogare poenam debitam: ut illi habeant quo laudent eius bonitatem —: hi non habeant quod conquerantur de eius iustitia.

Quamvis autem corruptio naturalis, sit causa sufficiens ad reprobationem, non secus ac serpentes rupto ovo recens in lucem editi, merito necantur, quamvis neminem adhuc infecerint veneno: non est tamen dubium, quin ob quam causam Deus damnat, ob eandem damnare decrevit. Damnat autē reprobos ob peccata actu commissa: Luunt enim poenas in inferno, non solum peccati originalis, sed et actualium omnium: unde et inaequalitas poenarum. Ergo et Deus eos damnare decrevit ob eadem peccata. Nihil enim obstat quominus Deus considerans hominem iacentem in corruptione et pravitate naturali, eundemq; quoq; consideret pollutum ys peccatis, quę ex istam pravitatem naturalem est commissurus.

Inter peccata ob quae aliquis destinatur ad poenam, sine dubio est incredulitas, et reiectio Evangely. Nam hoc ipsa reiectione peccatur in Legem moralem, per quam Deus homines iudicaturus est. Lex enim iubet Deum — amari toto corde, eiq; in omnibus et sine exceptione — morem geri: ac proinde et credi loquenti, et iubenti credere, obtemperari: quodcunq; tandem illud fuerit, quod Deus vel iubebit vel dicet.

Et reprobetur ob reiectum Evangelium et gratiam Christi spretam, is cui Evangelium nunquam est revelatum, nulla ratio patitur. Sed quem Evangelium non revocat, sub Lege relinquit, ut per eam iudicetur. Quae tum demum adstringit hominem ad credendum in Christum, cum Christus annunciatur: Nec est Paedagogus ad Christum, nisi quibus Christi cognoscendi facta est copia.

Deum quemquam destinasse ad poenam aeternam, sine considerazione impoenitentiae aut incredulitatis, nec dicimus nec sentimus.

Heyß

Neqꝫ vero sic Prędestinavit Deus Electos ad fidem, ideirco prędestinavit Reprobos ad incredulitatem. Distinguenda enim sunt media, quæ Deus in homine invenit, ab eis quæ ipse facit. Invenit Deus in homine corrupto media ad damnationē, nempe incredulitatem. At fidem non invenit sed ipse facit. Inde est quod prędistinavit quidem ad fidem, at non ad incredulitatem. Ad id enim demum Deus prędestinat, quod facere decrevit. Demqꝫ impœnitentia antecedit ordine Reprobationem: at fides posterior est Electione, quippe Electionis effectum.

An Christus pro omnibus mortuus sit?

Enodatio quęstionis, An Christus pro omnibus mortuus sit? hoc est an Christus omnibus et singulis impetraverit et acquisiverit reconciliationem, et remissionem peccatorum, pendet ab aliâ, Videlicet an iustum sit, ut reconcilientur Deo, ysqꝫ remittantur peccata, qui Christi gratiam respuunt, et in infidelitate ac impœnitentia perseverant. Nam convenire cum Dei iustitia, ut ad tales reconciliatio per Christum pertineat, nemo non agnoscit, nisi qui de Deo male sentit. Cum enim hanc Legem Deus fixerit, ut nemo servetur nisi qui in Christum credit, planum est, id a Deo statutum, quia scit ita æquum esse, et consentiens cum nostra iustitia. Nec fanè par est, ut morte Christi reconcilietur Deo, qui mortem Christi abnegat. Hoc posito, huius questionis solutio est in promptu.

Quærere enim, an mors Christi sit sufficiens ad servandos omnes incredulos et impœnitentes, nihil est aliud quam quærere an sit sufficiens ad aliquid iniusti impetrandum, et ad faciendum aliquid, quod Dei iustitiæ adversetur.

Christum ergo pro omnibus esse mortuum, hoc sensu Verum est: nempe Christi mortem sufficientem esse, ad servandos quoslibet credentes, imò et abundè sufficientem ad servandum omnes homines, si quotquot sunt toto orbe homines in eum crederent. Quod autem omnes non servantur, causam ea non in insufficientiâ mortis Christi, sed in hominis pravitate et incredulitate.

Demqꝫ

Deniq; eodem modo potest dicj, Christum morte sua reconciliare omnes homines Deo, quo dicimus Solem illustrare oculos, omnium hominum, quamvis multj sint cecj, multj dormj-entes, multj in tenebris abditj. Nempe si omnes et singulj essent oculatj, et Vigilantes, et positi in media luce, sufficeret lux Solaris ad eos illustrandos.

Hac de causa Scriptura S. quę interdum ait Christum mortuum esse pro omnibus, eo sensu quem dixj, frequent- generalem illam locutionem coarctat et restringit, dicens: Christum animam suam tradere pro ovibus suis. Jo. 10. 11. Et pro Ecclesia sua. Eph. 5. 25. Et sanguinem eius effusu esse pro multis Matt. 26. 28. Et filium hominis venisse ut daret animam suam in redemptionem pro multis. Matt. 20. v. 28. Et oblatum esse semel, ad tollenda peccata multorum Heb. 9. v. 28.

Contra hæc Sectary pretendunt. Christum morte sua omnibus et singulis impetrasse reconciliationem et remissi-onem peccatorum. Quod sanè tam multis vegetav- incommodis, et tam multa trahit impia, et absurda, ut mirum sit, eos posse contra obnitj.

Principio, morte Christj esse Judæ impetratam reconci-liationem; cum ipsa mors Christj, esset eius crimen, eumq; ad laqueum adegerit, non est consentaneum.

Cumq; eo ipso tempore, quo Christus mortem oppetebat multj iam cruciarentur in inferno, oportet ut sit Vacuj capitis qui credat morte Christi eis reconciliationem im-petratam esse.

Tum hæc doctrina, Deo aperte illuditur. Fingitur enim Deus concedere Filio reconciliationem hominis, quem ab æterno damnare decrevit, eiq; largiri rem, quam scit non profuturam. Enimvero si Christus pro Pharaone et Juda impetravit reconciliationem, satis sciebat istam impetrationem ipsorum bono, et utilitati non cessuram. Inducitur ergo Christus, sic rogans Patrem. Obsecro te, recipe in gratiam eos, quos scio te nunq; receptum in gratiam. Nempe si homines id videntur dare opam, ut Religio christiana tuenda propinetur.

Nec solum Deo sic illuditur, sed et ipse Deus fingitur illudere generi humano. Constat enim usu, et omnium seculorum experientia Evangelium vix decimo cuique annunciari, et nomen Christi maximae partis orbis esse ignotum. Quod quidem—ficri Dei Providentiâ sic dispensante, nemo negabit, nisi qui res suscque deque fieri, et temere fluere putat. Quod si Deus omnes homines sibi reconciliavit per Christum, cur hoc beneficium—non promulgat per totum orbem? Cur patitur hanc reconciliationem, maximae parti generis humani esse ignotam?

Cum vero dicunt Christum pro omnibus esse mortuum quod ad impetrationem reconciliationis, non vero quod ad applicationem, planè fatentur Christum non impetravisse, ut haec reconciliatio omnibus applicaretur. Unde fit ut inanis sit haec impetratio et ridicula. Perinde enim loquuntur, ac si dicerent, alicui impetratam esse liberationem, sed non ut liberetur: aut alicui cibum esse impetratum, sed non esse impetratum ut hoc cibo vescatur.

Non minus ineptiunt cum fatentur quidem fructum Resurrectionis ad solos credentes pertinere, at fructum mortis, id est reconciliationem, et remissionem peccatorum, ad omnes et singulos extendunt, perinde ac si dicerent: Christum mortuum esse pro aliquibus, pro quibus non superavit mortem. Et ad omnes quidem pertinere fructum pugnae, at non victoriae. Et exuntaliqui pro quibus, cum se obtulerit in cruce, non tamen pro ijs se offert in coelo. At scriptura haec nectit ut individua et inseparabilia mortuum esse pro nobis et resurrexisse pro nobis. Rom. 8. v. 34. Christus is est qui mortuus est, imò qui etiam resurrexit, qui etiam est ad dextram Dei postulans pro nobis. Et 2 Cor. 5 v. 15. Ut qui vivunt, posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Nimirum quia fructus mortis Christi nemo fit particeps, nisi per resurrectionem.

Quid, quod si haec generalis impetratio reconciliationis totius generis humani admittetur, necesse est infantes omnes nascentes extra fœdus esse reconciliatos, et peccatum eis esse remissum. Unde fit ut non alio maiore beneficio possint affici, quam si quis eos clementi crudelitate in cunis jugulaverit. At ydem vivi et superstites educabuntur in Paganismo, qui est certissima via ad damnationem.

His addo, quod hic reconciliatio cum applicatione confunditur. Cum enim nemo possit servari, nisi cui reconciliatio impetrata, applicata quoq; fuerit, apparet in his infantibus impetrationem nihil differre ab applicatione, siquidem infantes in hoc statu reconciliationis mortui, per hanc solam reconciliationem salvantur (si his creditur) ac proinde haec impetratio reconciliationis in eis vicem applicationis obtinet.

Quod si haec duo inter se conferantur, impetrare inimicis reconciliationem, ut serventur, et salutem eis iam reconciliatis conferre, non dubium est, quin longè maioris sit amoris mori ad reconciliandos inimicos, quam dare salutem iam reconciliatis, Id disertè docet Apost. ad Rom. 5. v. 10. Si cum inimici essemus reconciliati sumus Deo p. mortem filij eius, multo magis reconciliati servabimur p. Vitam eius: nempè Si Paulo creditur, res est longè facilior et probabilior, servare reconciliatum, quam reconciliare inimicum moriendo pro eo. Cum ergo quod est summe maximum et summi amoris τὸ ὑπὲρ ἐλεον Christus pro omnibus praestiterit (si fides Arminio) dicendum erit, Christum mortem oppetendo pro nobis, non minus Pilatum, Judam, Saulum, Pharaonem, quam Petrum et Johannem amavisse. Ut autem Christus summo amore amaverit, quos Pater ab æterno odit, et quos scit a Patre ab æterno destinatos ad pœnam, nemo à se impetrabit ut credat, nisi qui vult decipi.

Quod si Christus moriendo fuit Vas, et λυτρὸν pro oĩbus etiam damnatis, Deo inurget nota iniustitiæ, qui duas pœnas pro uno peccato sumpserit, cum prior satisfactio sufficeret, et bis in idem iudicaverit: Semel enim Christi damnati mortui sunt in Christo, quando Christus in cruce eorum personam sustinuit, et tamen ipsi in sua persona morientur morte æternâ. Etenim vero de vs omnibus, pro quibus Christus est mortuus, dici potest, quod dicit Apostolus 2. Cor: 5. Si unus pro omnibus est mortuus, nempe omnes sunt mortui. At Reprobos cum Christo, aut in Christo esse mortuos, nemo hactenus quod sciam ausus est dicere. At profectò sequentia Verba Apostoli arguunt, eum loqui de oĩbus, ad quos pertinet fructus Resurrectionis, et qui sunt nova creatura.

Idem.

Idem Apostolus ad Rom. 5. v. 11. docet reconciliationem ad solos fideles pertinere. Gloriamur inquit, in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem assecuti sumus. An Paulus tantopere gloriaretur beneficio quod ipsi cum Juda et Herode commune esset? Sic Cap. 3. v. 25. Deus Christum proposuit placamentum per fidem in sanguine ipsius. Non est ergo placamentum sine fide, ac proinde nec reconciliatio.

Quoscunq; Christus reconciliavit, et quibus impetravit remissionem peccatorum, pro ysdem intercedit. Hæc enim duo Scriptura coniungit, mori pro aliquo, et pro eo intercedere. Rom. 8. v. 34. Et 1 Joan 2. v. 1. et 2. At Christus pro mundo non intercedit sed pro solis fidelibus, ut dixit ipse Christus. Joh. 17. v. 9. Ego pro ys rogo, non rogo pro mundo. Sed pro eis quos dedisti mihi: quia tui sunt. Ergo Christus mundum non reconciliavit, nec ei impetravit Remissionem peccatorum.

Arminiani κατὰ ἐγγύην hic adhibent, et distinctiuncu-lam: Faciunt enim duplicem intercessionem Christi, unã generalem, quæ fit pro omnibus, alteram particularem, quæ pro solis credentibus. Quo dicto ipsi se implicant, et ossa a se detexunt. Nam universalis ista intercessio sine particulari planè est supervacanea. Frustra enim impetratur reconciliatio, si salus non impetratur. Quod si universali ista intercessione Christus petyt Salutem Pilati Judæ, denique omnium hominum frustra petyt, et repulsam passus est. Cum tamen ipse dicat Joh. 11. v. 42. Se semper a Patre exaudiri. Quod si petyt solam reconciliationem, sine salute, inanis fuit eius intercessio.

An fortasse Christus petyt Salutem omnium hominum, sed sub conditione, nempe, si crederent, et ea lege ut credant? Hoc si ita est eum non intercessisse pro omnibus, quod enim petitur sub conditione, sublata conditione non petitur. Tum hæc petitio est ἀπὸ διορυσμοῦ, in eo qui petit aliquid sub conditione, quam ipse scit non implendam, neq; esse possibilem. Satis enim sciebat Christus moriens, non posse omnes credere nec servari, cum tam tam multi essent damnati.

Sed operæ pretium est cognoscere quæ sit illa particularis intercessio Christi

Christj. Joan. 17. et quid per eam petat. Pater (inquit) Conserva eos. et paulo post. Rogo te ut conserves eos à maligno. V. 15. Si hæc intercessio est particularis fidelibus, no video quid supersit intercessioni generali. Nam sine his omnis intercessio inanis est. Cum autem in oratione Dominica, hæc duo simul et iunctim petantur, remissio peccatorũ et Liberatio à maligno, quis ferat tam audax figmentum, quo Sectary hæc divellunt, et Volunt Christum impetrare omnibus remissionem peccatorum, at non Liberationem a maligno?

Quod si Christus orat pro omnibus, orat etiam pro ys, quos scit peccare peccato ad mortem, pro quibus, ne quidem patitur nos orare. 1 Joh. 5. V. 16.

Non inficior Christum orasse pro crucifigentibus eum at non pro ys omnibus oravit, sed pro ys tantum qui id faciebant per ignorantiam, dicit enim. Pater remitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Quos paulo post ad fidem esse conversos testatur Luc. Act. 2. et 3. V. 17.

Cum ergo scriptura dicit. Deum usq; adeo dilexisse mundum, ut dederit filium Jo. 3. 16. Et Christum esse propitiationem pro peccatis totius mundj. 1. Joh. 2. Etsi concederemus per Mundum totum genus humanum in solidum intelligi, non tamen inde sequeretur, Christum, omnibus et singulis impetravisse remissionem peccatorum. Nam reconciliatio quorundam hominum adhuc testatur genus humanum a Deo diligi. Christus est propitiatio pro peccatis totius mundj, quia in toto mundo neminj remittuntur peccata, nisi per eam. Eodem plane modo quo 1 Cor. 15. V. 22. Paulus dicit In Christo omnes vivificarj, quia nemo, nisi per eum vivificatur.

Speciosè ostentant locum. 1 Tim. 2. 6. Christus semetipsum dedit Redemptionis pretium pro omnibus. Tum illud. Tit. 2. Illuxit gratia Dej salutaris omnibus hominibus. Sed hic p omnes intelligi quosvis et cuiuslibet conditionis homines, loci textura evincit. Priorj loco Paulus Vult orarj pro Regibus: Posteriori iubet servos ee fidos et nihil vos ἐξειν. Huius exhortationis αἰτιολογία hæc est, quia etiam ad Reges, quantumvis tunc tempore alienos à Christo, et ad servos quantumvis sortis abiectæ pertinet promissio salutis, nec ulla conditio hominum à salute excluditur.

Nihilo

Nihilo plus ad rem facit locus. Rom. 14. 15. Nec escâ tuâ illum perdito pro quo Christus est mortuus. Ibi enim perdere non est damnare, sed scandalo percellere, et conscientiam alicuius offendere, et sic, quantum in nobis est, trahere in ruinam. Nam absolutè quemquam perdere, aut damnare, non est in nostra potestate.

2 Pet 2. V. 1. Christus dicitur redemisse pseudoprophetas qui eum abnegant. At ibi non agitur de redemptione à morte aeterna, sed de Liberatione ab ignorantia, et errore, ac tenebris seculi per Lucem Evangely, quod isti pravae doctrinae admistione corrumpebant.

Eadem Epist. Cap. 3. V. 9. Idem Apostolus dicit, Deum nolle quenquam perire. Nempe, quia non est causa perditionis cuiusquam, omnes enim hortatur ad poenitentiam, sed non tenetur omnibus dare fidem, et dona Spiritus Sancti, nec restituere hominj Vires, quas culpa sua amisit. Non est autem dubium quin lapsu Adamj, amissae sint Vires credendi in Christum. Quia hic lapsu amissae sunt Vires amandi Deum et obsequendi eius Verbo. Cum enim Adam ante lapsum teneretur credere omni Dei Verbo, quodcunq; tandem illud futurum esset, non dubium quin haec obligatio ad posteros transierit.

Inculcant Sectary ad nauseam, et nullibj non ingerunt hoc argumentum.

Quod tenentur omnes credere, id Verum est.

At Christum pro se esse mortuum, omnes tenentur credere.

Ergò id Verum est.

R. Huius Syllogismj minor est falsa. Nam y quibus Chr̃s non est annuntiatus, non tenentur credere, Christum pro ipsis esse mortuum. qui tamen sunt pars generis humanj longè maxima. Sed neg; y. quibus Christus annunciatur tenentur credere absolutè et sine conditione, Christum pro ipsis esse mortuum: Sed sub hac demum conditione, si convertantur. Nam si in impoenitentia perseveraverint, tenentur credere mortem Christi ad se nihil pertinere.

An Deus Voluntate antecedente voluerit oēs hoīes servarj, consequente vero aliquos tantum: Et an oīum salutem ex aequo velit.

Damascenus

Damascenus lib. 2°. Orthodoxæ fidei. cap. 29. et posteum Arminij duas faciunt Dei Voluntates, unam antecedentem, alteram consequentem. Eorum mens non est asserere, inter Dei Voluntates, seu potius Volitiones, alias alijs esse priores: Hoc enim est extra controversiam. Sed Voluntatem antecedentem, eam esse Voluntatem quæ præcedit humanam Voluntatem: Consequentem vero, quæ posterior est humanâ Voluntate. Voluntate antecedente multos vocari ad nuptias, qui consequente declarantur indigni, ob eorum pervicaciam Matth. 22. Accedente Voluntate Deum velle omnes homines servare; sed consequente aliquos tantum, nempe eos quos prævidit credituros. In hanc latebram se precipiunt Arminiani quando se sentiunt urgeri. Dicunt autem Voluntate Dei antecedenti resisti posse, et Deum posse frustrari suo Voto & intentione, ac desiderio naturali (sic enim loquuntur) at Voluntati consequenti non posse resisti.

Hæc Doctrina si quæ alia, in Deum est contumeliosa, cum accusat insipientia, et humanis affectibus induit, eique affingit imbecillia Vota, et desiderium inefficax, ac si Deum sic inducerent loquentem. Vellem Vos servare si velletis. Sed cum Vos frustrer mea intentione, mutabo consilium, et alio sum flexâ Voluntate Vos perdam in æternum. Hoc pacto Deus Voluntatem suam antecedentem, et desiderium naturale, quod est longe optimum, precario tantum obtinet, et quantum licet humanum arbitrium! Ut sit quod doleamus Vicem Dei, qui desiderio suo naturali, et longe optimo frandatur.

Tam illud absurdum, Deum cui omnia ab æterno sunt non tantum prævisa, aliquid interdere quod scit ab æterno se non assecturum. Nec minus est absurdum, velle ut firmitas Voluntatis Divinæ, de servandis hominibus, pendeat ab hominis Voluntate. Illud vero longe pessimum, quod Deus inducit secum pugnans, quippe qui omnes cupit servare Voluntate antecedente, quosdam vero vult perdere, Voluntate consequente: Ergo cupit quod non vult.

De irresistibilitate.

Causam cur Deus se patiatur frustrari, Voluntate sua antecedente, et desiderio, quo serio cupit omnes homines servari. Arminius hanc esse dicit: quia si in convertendo homine exereret suam omnipotentiam, vim inferret libero

arbitrio, et cogeret hominis voluntatem. Quam in re viz bonus plurimum hallucinatur. Potest enim Deus sine coactione, sic flectere voluntatem, ut sponte sequatur. Sine coactione subito immutavit animum Esau. Gene 33. et Saulj. 1 Sam. 19. V. 23. et Aegiptiorum Psalm. 105. V. 25. et Regum. proverb. 21. V. 1.
Hanc immutationem voluntatis illibatâ libertatj humanj arbitrij, si Deus facit in improbis, quantò magis in probis et fidelibus. Christus vim non intulit cordj Lazarj in cruce. Nec trahuntur invitj, sed ultro sequuntur, quibus datur cor carneū ex lapideo. Ezech. 36. V. 26. Etsi certò, et infallibiliter convertuntur.

Quid quod irresistibilitatem nemo magis statuit quam Arminianj. Censent enim intellectum irresistibiliter à Deo luce veritatis imbuj: Censent vires ad credendum irresistibiliter darj. Censent moralj et efficaci suasione affectus trahj. At his positis necessarium est ut voluntas sequatur. Nam ubi mens firmam persuasionem imbuit, et affectus voluntatē exstimulant, cum mente conspirantes, impossibile est quin voluntas eorsum se moveat quo dictat mens à Deo imbuta, quando appetitus eodem impellit. Haec enim sola sunt incitamenta voluntatis, nec ullo alio movetur impulsu. Nec dubium est quin Deus, qui pernovit texturam facultatum animae, et arcana momenta motionum internarum, possit suasionem moralem tam claram et vehementem imprimere mentj, et affectus sic accendere ut voluntas non possit non velle, et ultro se moverе ad id quod mens suadet, et suggerit affectus.

His adde quod Arminius censet. Electos trahi a Dej gratiâ efficacj, cuius effectus est certissimus et infallibilis, quia (inquit) Deus eos trahit tempore, et modo congruo, quo qui trahuntur certissimò sequuntur, quamvis possint resistere. Caeteros vero trahit modo non congruo, quo qui trahuntur nunquam sequuntur vocanten. Frustra igitur irresistibilitatem exagitant, quam ipsi tam firmiter stabiliunt, et inconditam vocem et Barbaram in medium producunt, ut speciosius certitudinj et infallibilitatj Electorum illudant.
Nempè hoc est quod Christus docet. Joan 6. V. 37. Quid quid Pater mihi dedit ad me veniet. et V. 45. Quicunqs audivit a Patre et didicit, veniet. Et Cap. 10. V. 16. Habeo alias oves quas oportet me adducere, et audient vocem meam.

Instant

Instant tamen et obgciunt illud Matth. 23. v. 37. et dicunt. Christum Voluntate antecedente Voluisse congregare Iudeos, ut gallina pullos, consequente verò Voluisse spargere per nationes. At ego pertendo hos pullos actu et revera esse congregatos quanquam reclamantibus Hierosolymis. Nam per Hierosolyma Primores. Sacerdotes, et Scribæ intelliguntur. per pullos vero populus cuius Deus miseretus est.

Tum illud QVOTIES VOLUI. malè intelligunt de Volun: tate antecedente, quæ est decretum Dei, cum velle sic nihil aliud sit, quam invitare et iubere.

Quod si Deus seriò intenderet, et cuperet omnes servare ut loquuntur Sectary, efficeret ut omnibus Evangelium innoteseeret sine quo nemo servatur.

DE IMPVTATIONE PECCATORVM PROAVORVM.

Frustra causatur Arminius, multis non annunciari Evangelium, quia in proavis aut tritavis gratiam oblatam repudiaverunt, quo actu posteri meruerunt a Deo deseri. Sane sic loqui nihil est aliud, quam assignare causam cur Deus non seriò velit salutem omnium, et singulorum, et sic secum ipse pugnare.

Quanquam ne quidem causa hæc est idonea. Hoc enim adversatur regulæ iustitiæ Dei, quæ habetur Ezech. 18. Anima quæ peccaverit morietur. Filius non feret iniquitatem Patris. Et cum in Lege iniquitas Patrum dicitur Visitari in filys: Hæc pœna non ultra tertiam aut quartam generationem extenditur. Ac planè vera est et sine exceptione Sententia Pauli. 2 Cor. 5. v. 10. Ubi ait, unumquemque reportaturum, quod in corpore suo fecerit sive bonum sive malum. Non ergo quod fecerit in alieno corpore.

Neq; vero si peccatum Adami, imputatur posteris, ideirco sequitur peccata proavorum proneptibus imputari. Causæ differimus hæ sunt. 1. Quia peccato Adami puritatem originalem amisimus: Peccatis proavorum non amisimus. 2. Adam acceperat Dona, quæ ad nos transmitteret: quod de nostris proavis dici non potest. 3. Accedit quod mei proavi peccatum erat mere personale, quod de Adami peccato dici non potest. Nec esset compos mentis qui diceret Salom—

Salomonem in Davide Uriam occidisse, quemadmodum nos peccavimus in Adamo. 5. Mitto absurda infinita in quę se precipitant. Potest enim fieri ut alicúius Paternus avus Evangelium respuerit, maternus receperit. 6. Tum gentj integræ offertur, vel aufertur Evangelium, in qua tamen diversi sunt, ~~et~~ diversis maioribus ortj, pys, impys, bonis, malis. 7. Quid, quod experimento constat pessimorum maiorum pessimam, et profligatissimæ improbitatis prosapiam ad fidem esse conversam? Et, (ut ait Apostolus) ubj abundavit peccatum, ibj abundasse gratiam? Quid deterius Romana urbe, in quam ex toto orbe rapinæ erant congestæ? Quid erat Corinthus, misi Lupanar totius Græciæ? Et fœdissimarum libidinum Emporium? nihilominùs tamen in istis urbibus exexit Deus trophæa Chri. insuper habitis multis populis barbaris, quorum stolida feritas videbatur dignior commiseratione, si res non ex arcano Dej consilio, sed ex humana ratione penderetur.

Non ergo omnium hominum salutem Deus æqualiter cupit. sed Vocatio tum externa, tum interna secundum arcana Divinæ Prędestinationis dispensatur, ut non sit Volentis neq; currentis, sed miserentis Dej.

Exclusus temporis angustia, non potuj de alijs quæstionibús agere pertractatè. De quibus tamen quid sentiam sic breviter expono.

Gratiam universalem datam omnibús hominibus, quæ vel mediatè vel immediatè sufficiat ad perveniendum ad salutem, nullam agnosco.

Credo nullam gratiam posse dicj sufficientem sine cognitione Christj.

Sententiam Arminianorum dicentium, Deum tenerj dare omnibus Vires credendj, repudio, ut falsam et temerariam.

Discrimen inter Vocationem externam et internam agnosco, et asserо Vocationem externam posse esse sine interna Spiritus efficacia.

Credo Deum non modo dare Vires credendj, sed et ipsum actú credendj: Quem actum qui dicunt partim esse a gratiâ, partim a libero arbitrio, merito Semipelagianis accensetur.

Etsi homo libere credit et sponte. totam tamen illud quod facit est donum Dei.

Credo fidem iustificantem esse donum Dei, Electis peculiare.

Credo electos, quamvis subinde cespitent, et fides eorum vacillet, non posse tamen finaliter excidere.

Potrò etsi dubitatio de Salute, pys subinde obrepat, Deus tamen in Verbo iubet, nos esse certos de ea. Ad quam certitudinem totis Viribus contendendum est. Nec dubium est quin ad hanc certitudinem multi perveniant, cum Scriptura plena sit his exemplis.

Quisquis autem certus est suæ salutis, oportet etiam certus sit, se nunquam a Deo desertum iri: ac proinde se perseveraturum ad finem.

PETRVS MOLINÆUS
hoc credo, hoc profiteor.

INDEX.

A.

Articuli de indictione Synodi — pag.ª 1.ª

Apocryphorum iudicia ——— pag.ª 20. et 21.

Apocrypha quo loco ponenda. pag.ª 22.

Appendix Collegy Noortbollandorum de re typographica. p. 34.

Abrahami Scultetj D. et Professoris Heydelberg. Concio Lat. 58. 201.

Academias reformandas. — pag 83.

Articuli de hominis corruptione et cett. item de hominis
priorsit. degr Sanctorum perseverantia. qui ab omnibus
approbantur. — — — pagg. 146.

Appendix subjiendus erroribus Remonstrantium, et formu-
la rejectionis calumniarum — p. 146 —

Actio precibus concluditur. fo 195.

Actio gratiarum à Synodo et D.D. Deputatis, nomine
D.D. Ordinum Generalium. Regj. Principi. Comitibus,
Respublicis Ecclesiis. et c. — 195.

Actio gratiar. vicissim à Theologis exteris 195. —

D. Aspery translatie in diverse talen, ernstich verzocht — p. 227.
jeapprob. byd. H. Staten.

B.

Brandenburgens. Electoris literę quibus suorum Theolog.
rum excusat absentiam.

precans Synodo fausta omnia. petensq; acta Synodalia
ad Celsitudinem suam mitti ut a Theologis suis legan-
tur et approbentur. ——— fa. 143. —

C

Canones de Divina Prędestinatione ab omnibus approbantur, etiam de morte Christi, hominumqꝫ per eam redemptione. 145

Canonibus inserendis. etiam de morte Christi errores Remonstrantium ——— ——— ——— pag. 146.

Canonibus omnibus prælectis, Theologi ac Seniores omnes nemine excepto, manu propria subscribunt. ——— pag 146.

Campensis magistratus scripto petit intercessionem Synodi, pro dimissione D. Guilhelmi Stephani, et D. Petri Plancii iunioris, apud Præsbiterium Arnhemensem et Magistratum, item Hassultanum ——— p. 148.
